D N.

VDALRICI
ZASII LL. DOCT. CLARISS. IN TIT. INSTIT. DE ACTIONIBVS, ENARRATIO.

NVNC denuò, additis (ut uocant) Summarijs, quibus quicquid præclarè in quolibet huius tituli Paragrapho continetur, breuiter oſtenditur, in ſingularem ſtudioſorum Iuris utilitatem edita, ac recognita.

HVIC ACCESSIT

ORATIO Nobilis adoleſcentis Chriſtophori ab Hochemberg, in funere Zaſii dicta.

Epitaphium Zaſii, per [redacted]



LVGDVNI,
SVB SCVTO COLONIENSI,
ANNO M. D. LI.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

NOBILI ET MAGNIFICO

VIRO DOMINO IOANNI PANNgarter, à Panngarten, domino in Erēbach, ciui Auguſtenſi, Cæſareæ & Regiæ maieſtatis conſiliario præcipuo &c. Nicolaus Freigius Doctor, & Dn. Rupis Spoletanæ, aliàs Rapoltſtein, à conſilijs,

S. D. P.

SI QVAM *liberi parentibus pietatem, ſi quam præceptoribus diſcipuli gratitudinem, ſi patronis denique liberti reuerentiam aliquam uel obſequia debemus, fieri, fateor, nunquam poſſe, Nobilis & magnifice uir, quin haud immeritò poſtomi naribus iniecta (ſi ſaltem alioqui nollem) inuitis dentibus ad hoc & obtorto collo, inſtar Cerberi cuiuſdam protrahar. Sed tamen non admodum ſum à ciuilitatē remotus, qui non aliqua ſaltem ex parte & nouerim hæc, atque ſæpe mecum ſæpiuſq; repetam. Verum enim eſt, hanc naturalem noſtram uitam, atque adeò qua aura hac ætherea ueſcimur, parentibus quidem acceptam ferimus, eis eam debemus, ut puta qui nos generarint, pepererint, miſerè calamitatibusq; plurimis educarint, ad ſtudia hæc illaq; multò diuerſiſsima, pro ſua uirili inſtituerint, mirè ſimul & ſuperſtitioſè ſoliciti, ut matris erga filium Perſius meminit:*

Quicquid calcauerit hic, roſa fiat.

Sed quid hæc obſecro? an non miſeria tota? an non calamitate ipſa calamitoſior eſt uita noſtra? cùm iuxta Græcorum Poſidippi uel Cratetis ſententiam melius foret aut naſci nunquam, aut natum aboleri quamcitiſsimè: quod & Archias pulcherrimo epigrammate proſequitur, quod ita traducendum putarim:

Laudet quis Thracas, pueros quòd luce donatos,
Maternóque ſinu proſiluiſſe dolent,
Queis q; beatus erit uitam qui morte relinquat,
Dum rapit incautum diraq; Parca uirum.
Hinc illos uiuos mala ſingula uoluere tentant,
His illinc miſeris pharmaca finis erant.

Hanc in ſentẽtiam, niſi Chriſtiani nomine gauderem, & manibus & pedibus itarem. Video nanque uitam illius liberam (eſt hoc tamen aliquid) & ingenuã (uitijs autem plerunq;, uel hæc ſi deſint, perturbationũ affectibus eo magis ſeruam & deiectam) huius ſeruilem, alterius paulò tolerabiliorem, libertinam tamen, adſcriptitiam, cenſitã, cõditionatam, originariam uel alioquin proprietatis nota, labéq; aſperſam & infectã. Atq; hæ nihilominus noſtræ hominũ deliciæ (ſi dijs placet) & ſunt & habentur maximæ. Hinc ſi cuiquã à domino ſuo ciuilis & noua uita uix tãdẽ ex ſeruili cõditiõe obtenta cõtingat, huic obſequijs nihilominus obſtringitur, illi adſurgere tenetur, nutu, ſignis, uerbis, oculiſq; obſeruet neceſſe eſt: illũ, ſtet, ſedeat, incedátue, reuereatur oportet: illum pauperem, ſed quandoq; moleſtiorem, alet: ſi quæ fortuna quandoq; ſibi arriſerit proſperior, in partem illum uocabit, ut nõ ſuus magis quã etiã alterius eſſe cogatur. Grata tamẽ interim hæc, & præ quibus uulgus uix aliud ſtudioſius ambiat, & ſic etiã ut Perſianus Marcus uiliſſimus exclamet:

An mihi non liceat iuſsit quodcunq; uoluntas?
Excepto ſi quid Maſuri rubrica uetauit.

Sed tantò bene uiuere & uita bona, uitæ & uiuere præſtãt, ut qui non bene uiuat, non uiuere, atque in uita affligi ſolum, mihi perſuaſum ſit. Si quæ ergo mihi bona uita ſuperet, ſi quæ uiuendi ratio ſanior ſuperſit, hanc præceptori meo ac-

ceptam fero, ad hunc eã refero, authorẽ huius eũ agnoſco, ad hũc quicquid philoſophicæ conuerſationis, quicquid huius ſtudij mihi reliquũ eſt, defero. Cùm igitur uitã parentes, bonã patronus & ciuilem, bonã autem (ſi ſaltem aliqua ſperetur) præceptor efformet, atq; hæc illis ambabus præſtet, quid ſupereſt, niſi quantò hæc illis præualet & potior eſt, tãtò præ illis huic plus debeã? Sed cùm erga præceptorem quicquã demerendi facultas crudeli atq; inuida morte prærepta ſit, commodiſſimum uidebitur ſi id in liberis eius fiat, quod ſanè (ſi qua fortaſſis olim obtulerit occaſio) me facturum coram te nũc hic obligo, atq; in eius rei teſtimoniũ (quõ plenius aliquãdo probare poſſis) tibi pro me fideiuſſori Titul. hunc præceptoris mei Inſti. de Actionibus, obligatoriæ cautionis loco inſcribo, tũ multis alijs nominibus, tũ maximè, eoq; libentius, quòd idẽ præceptorẽ meum facturũ audierã. Sed utinã prouinciã hanc uiribus meis intolerabilẽ, ipſe, quẽ deceret, obiret: utinã fata nobis illud cõdonaſſent, utinã inuidæ & inexorabiles Parcæ Gratijs hoc dediſſent, telaſq; ſuas & fila paulò lõgius produxiſſent, & tu quoq; meritas nimirum ab eo laudes, & beneficiorũ, quæ tua in ſe iactitabat, encomia retuliſſes cumulatiſſimè. Optarim ergo aut eũ illi rei ſuperſtitẽ, aut eius me ſimilem, quo ſcilicet nõ conficta, ſed quæ uerè poſſunt, egregia de te prædicarẽtur. Si enim Virgilius Maro poëtarum princeps, ſi Horatius Lyricorũ uera quædã amœnitas, ſi Terentius Comicorum dulce quoddã delicium, ut interim innumeros alios taceam, ſuos quique Mecœnates & habuerũt, & literis eos cõmendantes ab obliuionis iniuria uindicarunt, & immortalitati aſſeruerunt, num te cuiquã Mecœnatem, aut illum tibi uindicem & aſſertorem huiuſmodi, quiſquam inuideat? Non ad-

admodum uideo multos qui uitæ ſuæ rationem melius te & prudentius inſtituerint: nõ uideo qui ſtudioſorum rationem accuratius habeant. Nam quia de te in ſtudioſos liberalitatem per Bonifacium Amerbachium Baſilienſem Iureconſultum doctiſsimum prædicari audio, tum ex præceptore meo Dn. Zaſio olim didici, uerè & ingenuè affirmare auſim, Græcorum illud egregiè per te perpenſum:

ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

Tanquàm perpetuò uicturus opes inſignes optimis tuis à parentibus relictas, adſeruaſti quidem, ſed Chriſti ſeruatoris noſtri uerborum memor, ut ſcilicet ex iniquitatis mammona amicos nobis cõciliaremus, ſtudioſius iam nunc huic inuigilas negotio, conſiderans hinc bonorũ à Deo Opt. Max. conceſſorum adminiſtratorem te atq; diſpenſatorem eſſe, illinc eadẽ citra diſpenſationis reddendã rationem, non profligandã fore. Hinc in populares tuos (quod de te præceptor meus ipſe dixit) præcipuè egenos & Chriſti pauperes, quos (quod Chriſtus teſtatur) ſemper nobiſcũ habituri ſumus, ita liberalis es, tanta erga illos pietate, humanitate affectus, largitate profuſus, ut patriæ ſuæ deliciũ te iuſtè appellitarint. Quid melius, rogo, quàm hominẽ, ut in prouerbio eſt, homini deũ? Deũ antiquitas nihil aliud quàm homini prodeſſe putabat. Natura hoc docemur, ut homo hominẽ beneficio iuuet & afficiat. Inde cùm uitæ noſtræ periodus uel ſemel tandẽ claudenda ſit, pulchrũ tamen exiſtimetur, eadẽ olim nobis fuiſſe inſigniori aliquo facinore teſtatum eſſe: aliã ecce uiã præripis, in qua exẽplo planè laudatiſsimo honeſtiſsimoq; cõprobas, quòd eũ uero amore ſe mutuò proſequentium inter ſeſe

adfectũ crediderim, ut quãtò quis alterius familiaritate perfruẽda deſtituatur, tantò illum ardentius cupiat, uelit, illum ſomniet, & licet Hylã ſe uocare norit, uocet tamẽ illum & inclamet: id quod tibi quoq; modo cõtigiſſe nõ ignoro, qui ſcilicet queẽadmodũ ſenem Zaſium omniũ diſciplinarũ, præcipuè tamẽ Iuris noſtri ciuilis, cõſummatũ quendã & abſolutiſſimũ circulũ, in uita, amore ſyncero es proſecutus, ſummo coluiſti ſtudio & obſeruaſti, & beneficijs, quæ innumera abs te impẽſa prædicabat, adcumulaſti, ita filium quoque eius Ioannẽ Vdalricũ magnificis tuis ſumptibus, unà cũ dilectiſſimis filijs tuis, doctiſſimo ſub præceptore Doctore Rupilio, literis quibuſq; optimis imbuendũ, pius Mecœnas pijſſimè & liberaliter confoues. Quid obſecro piũ magis, quid honeſtius, quid præclarũ magis, quid pulchrius, quã illos fouiſſe, coadiuuiſſe, impẽſis ſuſtinuiſſe, quã educaſſe & excoluiſſe illos qui honori ſummo famæ tuæ immortalitati, memoriæq; perẽni tibi futuri ſint? dum quicquid ſunt, in te referũt, tibi de his gratias agunt, patronũ te & Mecœnatẽ inclamant, liberalitatem tuam erga ſe ingeminant, nihil non laudum recolentes. Perge igitur tu uir magnifice, laudabili quod ſuſcepiſti propoſito inſiſtere: perge inquã, & tibi laudi, ſtudioſiſq; auxilio & cõmodo eſſe ne deſtiteris, Zaſiiq;, ſicuti quondã, ita etiã nunc quoq; tui, lucubrationũ, quarum (ſi domino Deo uiſum fuerit) pulchrũ theſaurũ, tẽporis ſucceſſu, ſtudiorũ utilitati dabimus & impẽdemus, fiduciariam ſolũmodo tutelã (quãdo nullã aliã exigere poſſum) ne detrectaueris rogo, ac tã præceptoris mei quã meos labores hoſce ſtrenuè defenderis. Bene uale. Datũ in oppido noſtro Alſatiæ Rupis Spoletanæ uilla, uulgò Rapoltſchuuylr, Anno Domini M. D. XXXV. Calendis Iulijs.

ORNATISS. IVVENI IOANNI VDALRICO ZASIO CRISTOPHO- *rus ab Hochemberg* S.

TANTA fuerunt diui parentis tui in me merita, eximie iuuenis, vt quo pacto pares, verùm quid dico pares, certè aliquas gratias referrem, ſæpe cogitarim, deſperarim ſemper, & adhuc deſperem. Nam quid poteſt ad tantam benignitatem humanitatémque addi amplius, quòd à tanto viro in intimam familiaritatem & quaſi amicitiam receptus ſum? ita vt ab Aeneæ ſocietate nomina mutuatus, Achatem me ſuum vocare non dubitauerit: atque id, ne ſcilicet quiſquã mortalium huius eſſet humanitatis immemor, ſcriptis ſuis publicitus atteſtatus ſit. Certè, vt multa prætereã, cùm tantũ ei deberẽ vt me nõ ſoluendo eſſe re ipſa manifeſtũ eſſet, tamẽ quod ſolent facere bona nomina, hac ſaltem confeſsione, ſi non ſatisfacere, aliquã ſaltem ingratitudinis notam effugere volui. Ideóq; hanc meam declamationem ad te potiſsimum mittendam cenſui, vt per te, qui ſicut in fortunarum & gloriæ hæreditatem ſuccedis, ita & ingenii veſtigia aliquando relaturum ſperamus, notum fieret, Zaſium non immeritò etiã fato iam functũ à ſuis amari, adorari, coli. Cæterùm cùm plures alii eſſent qui ingenio me longè antecederent, ego tamen, quoniam me plus deberi aliis arbitrabar, funus eius hac declamatione ſi non eleganti, vtcunq; certè pia proſecutus ſum. Eam cùm plures præceptores mei vt in publicũ emitterem efflagitaſſent, diu equidem, fateor, reluctatus ſum, tandẽ pertinacia eorum victus, nulla honoris ambitione inflatus (Deum Op. Max. teſtor) ſed in id quod diui Zaſii ornamẽtum, per te potiſsimum in ora hominum peruenire volui, quia nullus occurrebat cui iuſtius dedicãda foret: ſciebam enim nullum me iudicẽ te ipſo æquiorem habiturum, quippe quem nõ magis verborũ balbuties offendat, quã pium illud propoſitum delectabit. Suſcipias igitur haſce meas nænias animo hilari beneuolóque, ſicq; tecũ ipſe cogitabis: Si Zaſiũ, qui ſatis laudari nunquam poterit, non vt merebatur ornaui, tamen quantũ & pro ingenii dotibus, quæ perquàm ſunt exiguæ, & pro tẽporis incommoditate, quod erat & perbreue, & luctu ſqualoréque ſordidum, licuit ornaſſe. Vale.

ORATIO CHRISTOPHOri ab Hochemberg, habita Friburgi, frequenti doctiſſimorum uirorum cœtu, in funere Zaſii.

QVVM ipſa vltro mors Zaſii, viri vndequaque doctiſsimi, humaniſsimi auditores, ſatis ſupérque ſit calamitoſa, tum haud modicæ miſeriæ eſt, hoc eum præcipuè tempore è viuis exceſsiſſe, quo tot diebus, contra antiquum Romanorum pro roſtris laudandi morem, tantus heros à nullo verbis ritè celebratus iacuit: idq; partim quòd non parum multi, qui peſtem declinauerant, in vrbe præſentes nō fuère, partim quia alius alium expectans, & hunc honorē alius alii relinquens, omnes interim obmutuerunt. Mihi vtrunq; vſu venit. Nam cùm cogitarem, dolorē illum, quem ex Zaſii morte ceperam maximum, locorum diſtantiam nonnihil mitigaturam, ſeceſsi verius quàm fugi: & cùm non pauci eſſent ingenii dotib. verborūque diuitiis me longè maiores, illis egò lubens in hunc vſque diē locum dedi: qui cùm tardius prodirent, tum verò mihi non ceſſandum ratus, quin & optimè de me merito, hac ſaltem confeſsione gratiā aliquam referrem, & opinioni eius, quam tum de me, quem Achatem ſuum nominare ſolebat, tum de pluribus aliis cōceperat, ſatisfacerē. Conſolabatur enim ſeſe dulciſsimus ille ſenex iamiam moriturus, atque id ſe fideliſsimis præceptionibus adeptū gaudebat, vt plures fore arbitraretur, qui mortem ipſius meritò lugerent, plures qui ipſum ſolēni oratione celebrarēt. Quæ ne eum ſpes falleret, cùm tot doctiſsimi ſedeāt, ſolus proſilii, & ad tot virtutes enarrādas modici ingenii, & ad tanti viri authoritatem ætatis nō ſatis maturæ: nihil veritus ſi cū pietate linguæ balbutiem deridendam vobis exponere malui, quàm taciturnitate incurrere ſummam impietatē. Sed quorſum tā altè repetita apud æquos & beneuolos iudices purgatio, præſertim in cauſa adeò iuſta, æqua, honeſta? Quamobrē ad rem

ipſam accedamus. Quò igitur me vertam? quid primò dicã? querárne tantum nobis bonum fata diutius inuidiſſe? at res ipſa clamat. Leuem animos noſtros cõſolatione aliqua? at in eum miſeriæ locũ deuenimus, vt cõſolationi locus ferè non ſit. An virtutũ magnitudinem præceptoris noſtri ter maximi (qui eſt præcipuus huius loci modus) enarrẽ? at vereor vt ingenii mei vires tantis bonis reſpõdeant. Optant alii cùm aliquid magni dicturi ſunt, Tullianã eloquentiã, Demoſthenis alii facundiã, tertii Periclis curioſitatẽ, qui cõcionaturus, ne quod ineptũ verbũ imprudẽti elaberetur, deos precatus dicitur. Optant ſibi poëtæ centũ linguas, Virgilius etiã ferreã vocẽ. Ego verò quid mihi optare ſatis ſit neſcio, niſi illius ipſius de quo dico orationis diuitias, & verborum fulmina, vt quę ipſe ſempiterna memoria digna geſsit, ego digna laudibus eius oratione poſsim aſſequi. Nec ego diutius verſabor in iis quæ ætatem illius præceſſerunt, patriam inquam & parẽtes, ne aliena magis laudaſſe videar quanquã ne his quidem parum clarus fuit. Natus eſt enim in celeberrima ciuitate Conſtãtia, quæ non parũ multum ſibi gloriari debet quòd hoc lumen non Germaniæ ſolũ, ſed toti rei Iuridicæ genuerit. Parẽtes habuit fumoſis quidẽ imaginibus minimè nobilitatos, ſed nec populari vilitate abiectos, imò aurea illa mediocritate (vt Flacci dicto vtar) mirè cõmendabiles, animo verò ac in tãtùm filium pietate prorſus tales quales oratori ſuo futuro optat Fabius Quintilianus: qui ſic vitam eius inſtituerunt, vt cum etiamnũ ab eorum collo pẽderet, atq; in nutricum cura verſaretur, nihil quod in robuſtiori ætate dediſcendũ eſſet, diſceret: nihil audiret, quòd ferè (prò pudor) fieri ſolet à parentibus, dictum obſcœnius: ita honeſtè & ſanctè viuebatur cum familia, vt Deo potius dicatum diceres locum illũ, quã priuatæ domus œconomiam. Quis non iam tum aliquid magni ſperaret? quis non cùm etiã inter nutricũ manus reperet, aliquid ſingulare ſibi de eo polliceretur? Habebat domi honeſtè viuẽdi, quod imitaretur, exemplũ paternũ: foris verò, ſi mulac reddere voces ſcierat (vt cũ eodẽ Horatio loquar) ac pede certo ſignaret humum, optimis diſciplinis imbuebatur, quibus & honeſta vitæ ratio cõſeruaretur, & eruditionis creſceret incrementum. Vnde nihil mirũ ſi mox in eum doctrinæ gradum peruenit, vt omnes æquales facilè vinceret. Quæcunq;

cunq; enim ingenij acrimonia citò perceperat,ea fidelis memoria firmiter cuſtodiebat,& ad hoc indefeſſa laboris tolerantia ſemper durabat,nec vnquam fatigabatur. Si quando verò cōtinui ſtudij tædiũ(vt eſt humanũ genus imperfectius ad omnia)obrepſerat,hoc ipſe nō ludo,vt alij ſolēt, pellebat, ſed ſtudiorũ viciſsitudine:quæ ita temperabat,vt ſeſe iucũda variatione diſtinguerēt,ſic alterius artis ſtudiũ alterius excipiebat,ſic vnius authoris lectionē recreabat alterius:vt in flu minib.videmus,alia aqua aliam(ſecundum poëtarũ ſententiam)trudit,donec cōtinuo curſu quò volunt, perueniunt. Hoc itaq; modo diuinus noſter Zaſius, quod in vniuerſum natura omnib.negauit, arte penſabat, nec vllum remittebat tēpus quod ſtudijs decederet:ſæpe cōtinuo ſtudio totas inuigilabat noctes,neq; id vt ſolum ſuo cōmodo ſeruiret,verùm cùm eſſet ad multorũ vtilitatē natus, laborauit vt quæ alios poſtmodũ doceret, ipſe vigilanti prius ſtudio diſceret. Hoc per totā iuuentutē egit,vt alios aliquādo cōſilio auxilioq; iuuare poſsit:quæ eum ſpes minimè fefellit. Cũ enim id ſe ſtudijs conſecutũ arbitraretur, vt ad docendũ maturũ ſeſe putaret,ad publicũ ſe cōmodum accinxit:ac primo quidē huius vrbis ludo literario præpoſitus,iuuentutē eo modo inſtituere cœpit,quo ipſe ſuā iuuentutem tranſegit: hoc eſt, optimis artibus erudiuit, quæ hominib. eſſe ſolent & ornamento & emolumēto.Quo pacto quod ipſe multis vigilijs, perpetuo labore adeptus eſt,hoc in multorũ capita ita diuiſit,vt ſinguli totũ caperent,ac ipſe interim eruditionem ſuā locupletaret. Ex illa igitur inſtitutiōe emerſerũt multi eximiè docti viri, multi graues prudētesq; ſenatores,ac prīcipũ cōſiliarij.Hæc illa Reſp.literaria effecit, ne penuria bonorũ ciuiũ hæc vrbs laboraret. Et ſi apud antiquos Romanos in maiori pretio ſint habiti,q̃ plures liberos patriæ ſuſtuliſſent,& quē primo ſeniorib.honorē dederāt,ſi mox patrib.& maritis tribuerũt, Dij boni quantũ honoris diuinus noſter Zaſius merebitur, qui ſæpius ingenti turba liberorũ circũſeptus ſtipatusq; inceſsit.Niſi quis eos demũ parētes dicat,qui nihil vltrà q̃ vitā largiũtur,qui,ſi Alexādro illo maximo Macedonũ regi credas,lōgè à ſcopo abeſt:illũ enim à patre Philippo viuēdi, ab Ariſtotele præceptore bene viuendi normā accepiſſe, dicere ſolitũ legimus.Nam pater ille quidē naturalis animal generat,

rat,præceptor demum hominē format, vt vrſa dicitur catu-lis ſuis lingendo formā dare. Nihil dicam vltrà de educatione,quàm alteram naturā veteres philoſophi credidere. Non referā illud Lycurgi ſtrategema (ſi ita vocare licet, quod extra arma peregit)qui duos canes,diuerſæ quidē educationis, ab eadem tamen matre natos,producendo,quid teneræ ætatis inſtitutio valeat oſtendit. Nō numerabo tot eximios philoſophos,qui de puerorū inſtitutione plura præclara volumina edere nō ſunt dedignati,nempe quòd maximi eſſe momenti arbitrati ſunt rudem ætatē ſtatim optima imbibere. Valeant igitur qui patrū honorem præceptoribus auferunt: imò non obſcurè intelligitis,quantū laudis Zaſio noſtro ab illa iuuētutis formatione adcreuerit,cuius cùm tota vita publica fuerit,ab eo tamen potiſsimū exordium cœpit,quo illa ætate nihil poterat agere ſalubrius, meliúsve. Quid autem poſt hanc inſtitutionis curā,cōiecit ne ſeſe in otium?aut laboribus honeſtiſsimis animū fatigare,ac benemeritis ſibi homines deuincere ceſſauit? Dij melius:mox enim ad maiora animū adijcit,& qui prius ſcholæ regimen tenuerat,Reipub. curā aggreditur : ibi cōtinuò ſupremi ſcribæ officiū magno bonorum ciuium fauore nactus,tanta prudentia vrbis adminiſtrationē ſuſtinuit,vt ab illo omnis cura penderet:ipſe oppreſsis tutiſsimū refugium erat, ipſe viduarū pupillorumq; cauſam fouebat, ipſe ne quid in in infimos potentes machinarētur,aſsiduè curabat,deniq; ipſe omni rei priuatæ ſimul & publicæ certiſsimū aſylum exiſtebat,ad eum conuolabant quicunq; Rempublicā ſaluam volebant, ipſe ſi quid ē Republica agebatur,inuentor,inceptor,perfector erat. Referā hic quod tēpore quidē ſecutū eſt cùm verò adhuc in huius vrbis Republica verſemur, huc aptiſsimè quadrat. Itaq; cū omnibus hominibus in patriæ cōmodum vitam naturā tribuiſſe cum Platone Stoici ſentiant,in hoc ipſam quoq; naturā Zaſius ſuperaerauit,quod hæc quidē mortalē genuerat,illi Reip. bonis nunquā intermori,ſed eius vtilitati ꝑpetuò inuigilare videatur. Quid, inquis, num homo à mortalib. parentibus mortalis per naturā hac lege genitus,vt aliquādo moreretur, is,inquies,homo perpetuò viuit ? imò & viuit , nec priuatus ſed publicè:nec viuit ſolū,ſed dominatur etiā,non vt Minos & Rhadamanthus inferis,ſed his qui viui has terras incolūt.

Nam

Nam vel Athenienſibus Solon, vel Lacedæmonijs Lycurgus, vel Romanis Decemuiri, nónne perpetuò ſpirare viſi ſunt, ac illis ipſis pręeſſe, qui ſibi pulchrè viuere videbātur? abſq; illis qui naturæ mortui, ſunt pluſquā mortui. Quæ eſt enim vita ſine lege viuentis, cū nec mortui legibus careāt? Quod itaq; alijs Solon fuit, alijs Lycurgus, alijs alij, hoc huic oppido eſt Zaſius, tantò illis maior, quantò ciuiū trāquillitati ſalubrioribus legibus cōſulit. Quis enim illorū huius ſtatuta nō pręferat? quæ non ſolum malorum ciuium mores (vt illa ſolent) pœnis in melius emendent, bonorū præmijs foueant, deniq; tota publicæ vtilitati inſeruiunt, verū etiam ſingulorū contentiones & iurgia ita ſopiunt, vt non legū aſperitate magis, quàm voluntate victi cenſeantur. Denique vt apes ex varijs floſculorū differentijs dulciſsimū illum mellis ſuccum conflant, vtq; antidotum ex varijs cōponimus, ſic hic noſter legum conditor leges ſuas ex multis aliorū ita temperauit, vt nec duritie & aſperitate intractabiles ſint, nec mollitie diffluāt, & probatā Catonib. ſeueritatē amittant, ſed per omnia ſummum ius, quam ſummam eſſe iniuriam in prouerbium abijt, Lesbia illa regula cōdiat. Quo pacto efficit, vt Friburgenſium ordinatio nulli alij cedat, & Zaſij gloria dum huius vrbis mœnia ſtabunt, ſemper ſit duratura. Quoties igitur, ô ciues Friburgēſes, leges veſtras, quas Zaſius vobis cōpoſuit, reuoluitis, mementote æternum vos veſtræ Reipublicæ principem ter maximū Zaſium elegiſſe, corpore quidē minimè præſentē, verùm meliore ſui parte præſentiſsimū. Solis igitur Friburgenſibus natus eſt? aut hi ſoli Zaſio multū debent? Abſit. Nam (vt ad vitæ ordinē redeā) cùm iam in ſummo gradu poſitus, re ipſa & experimento diſceret, omnē Reipublicę ſtatum ſine legū cognitione planè mancum eſſe, & fruſtrà ad ciuitatē regendam accedere qui iuris expers ſit, à Republica ad ſcholam reuertitur: quod alij parū ſibi laudi ducerent, hoc ipſe ſibi glorioſiſsimū fore iudicauit. Et eſt odioſum genus hominū, qui quæ neſciunt diſcere, tamen faſtidiūt. Ille verò ſapiēs plura ſe neſcire arbitrabitur, nec ſe dicere detrectabit: quemadmodum Solon, qui iam animā trahens morientē ſe quoq; diſcere aiebat. Hunc igitur ſecutus eſt Zaſius noſter, qui tametſi æqui boniq; artē iam antè aliqua ex parte deguſtauerat, eam tamen ad ſummū perficere volens, ad Iuris ſe

ſtudium

ſtudium contulit: vbi an in percipiendo ingenij acrimoniã prius probem, an perceptorũ fidelißimã cuſtodẽ memoriã, an in eligendo quæ diſceret acerrimũ iudicium prędicem, an laborẽ nuſquã ceſſantẽ, vigilias perpetuas laudẽ, neſcio: imò cùm eum pulcherrimis animi dotib. natura donarit, nec hoc ſcio, num naturæ eruditionẽ ſuã acceptam ferre debuerit, an ſibijpſi, qui eas ingenij opes non deliteſcere, nec ſitu obduci, aut rubigine intermori paſſus eſt, ſed laborando, vigilando ita exercuit, quouſque vberrimos ingenij fructus percepit. Nõ enumerabo quib. rationibus ductus ad ciuilis ſapientiæ ſtudiũ ſeſe applicuit, nam hoc vulgo notũ eſt. Hoc dicã, alios qui ſe huic ſtudio dedunt, antequã iudicare nouerint, in Iuris prudentiæ auſpiciũ nomen dare, qui tamen minimè falluntur. Zaſius verò legũ operã non prius conſummauit, quàm & præ ætate iudicare plenè potuerat, & iudiciũ multarũ rerũ experiẽtia firmauerat, tum primũ ſenſit nullũ in Republica tranquillitati locũ ſine legib. fore: tum primũ intellexit paruas res cõcordia creſcere, concordiã legibus conciliari: tum primũ expertus eſt nullas neq; publicas neq; priuatas res ſine legũ obſeruatione diuturnas cõſiſtere poſſe. Quare cùm eſſet nõ ſine diuina prouidẽtia in Germaniæ gloriam natus, curauit vt ortus ſui partem, imò totam rationẽ perciperent quamplurimi: quod meliori modo efficere non potuiſſet, quàm ſi Iuris cognitione eſſet maximè ornatus. Quamuis autem ſacratiſsima legũ profeſsio mediocritatẽ, quoniã neceſſaria Flacci teſtimonio ferat, dubiũ tamen id nõ eſt, quin quò quiſq; plus in hac re profecerit, tantò eum Reipublicæ ſaluti plus cõſulere poſſe: nec enim ſpecie veri falletur, & iuſtitiæ fines interius rimabitur, tum multũ authoritatis, qua ferè hæc ars nititur, eruditio ipſa præſtabit: natura enim eum libentius audimus ac paremus, quem multa eruditione coruſcum, varia lectione mirabilem, plurimarũ rerũ experientia exercitatũ arbitramur. Sic Zaſius nõ cõtentus in cõmuni illa & vulgata legũ peritia cõſidere, &, vt ſic dicam, gregarius Iuriſcõſultus permanere, ſed altius quidpiã animo molitur. Vt palma, quoniã contra quoduis impoſitũ onus altius inſurgit, & ſeſe erigit, ſola inter cætera victoriæ ſignũ eſſe meruit: ſic ille nullo labore deterritus aut fatigatus ceſſauit, ſed omnes moleſtias, omnes ſubtilitatis colles ſuperauit, donec

ad ſumm

ad ſummũ virtutis & eruditionis verticem peruenit,ita vt alter nobis redditꝰ ſit Vlpianus,aut certè ipſe Zaſius.Cui enim magis ſimilis quàm ipſe ſibi?ſed & ſeipſo maior. Cum enim eſſet haud dubiè maximus,ſeipſum tamen quotidie pulcherrima victoria vincere nõ deſtitit.Quamobrẽ quomodo eruditionis multitudinẽ enarrẽ,neſcio. Exigit enim tanta Iuris peritia maiores ingenij vires,& parem Zaſio eloquentiã,cuius magnitudinẽ niſi qui ſimili orationis alueo currat,nemo verbis ritè efferre poterit.Omnibus hoc in ore eſt,Scæuolæ olim Romæ domũ,vrbis oraculum habitũ eſſe.At Zaſij domus nõ vnius vrbis, ſed totius Germaniæ, ſed multarũ gentiũ,ſed totius Europæ,nõ oraculum,ſed ille ipſe Apollo Delphicus.Ad eum cõuolabant ex omnibus paſsim regionibus reſpõſum petituri:in eo omnis omniũ ſpes erat:ipſe oppreſſis extrema anchora erat:ipſe quid decernere deberẽt incertis formam præſcribebat: vt meritò dicere poſsis, ſi vllibi in terris iuſtitia habitaret, apud Zaſium eam ſedem ſuã habere voluiſſe. Nondum egò attigi noſtram, cõmilitones optimi, quam ex Zaſio habuimus cõmoditatem : quo viro,dij boni, qua felicitate noſtra ſtudia prædita fuere? Multũ debuit iuuentus tempore ſuo Bartolo, multum alijs alij: at nos ſolo Zaſio felices fuimus: &,ſi vt militũ multũ intereſt quo duce rem gerant,ſic & legib. militaturo plurimũ prodeſt præceptore quãoptimo operã Iuri nauare, nõ poſſumus nõ beati iudicari,quib.is præceptor ſatiſdatus eſt, quem admirantur Galliæ,ſtupet Italia,laudat Hiſpania, amant Germani, cuius deniq; fama omnib.oris notiſsima eſt. Deum immortalem quæ erat in aperiũdis obſcuriſsimis felicitas, quæ erat in docendo cum fidelitate facilitas, quàm legũ antonomias mirè cõciliabat,quàm à ſcribentiũ errore veritatẽ aliquãdo vindicabat egregiè,& ad hæc omnia quàm ad inſtar Pylij ſenis mellita ab ore eius elocutio volabat.Quo pacto quæ ſingulis data ſunt ſingula,ea vni Zaſio ita vniuerſa natura tribuit, vt nihil ſit qđ parũ cõſonare videatur.Videmus alijs politioris literaturæ cognitionẽ deeſſe, alios cũ ipſi docti ſint,docẽdi artẽ neſcire,in alijs legũ ſubtilitates miramur,linguę deteſtamur balbutiẽ:alij oris loquẽtia inflãtur, Iuris colles nõ pinde callẽt:horũ auſtera eſt obſcuritas,illorũ ſine baſi facilitas:demũ alij nõ niſi ſumma ſcrutãtur,alij nõ attingunt,illis

non eſt perfecta praxis, hi neſciūt theoricam: quæ omnia q̃ mira arte Zaſius temperauerit, vos mihi dulciſsimi cōmilitones teſtimonio eritis: vos qui eū meritiſsimo amore proſecuti eſtis, ſcitis qua arte nos ineſcare potuerit, ne ab eius amore recederemus, ſed ab eo omnes penderemus. O crudelia fata, quæ nullum mortalibus bonum diuturnū eſſe patiuntur: nam hic noſter Zaſius, quoties eum aut in lectionē venientem excipiebamus aut redeuntē domū conſequebamur, quis noſtrûm erat cui non angelus quidam viſus fuerit? non dico corpore, quod rugis obduxerat ſenium, ſed animo, qui doctrinis adhuc valens, virens ac viuidus erat. Quoties verò domi ſuæ inuiſebamus, quis erat qui nō ſedentem in hemicyclo, & diſputantem Scæuolam putaret? Quis non, qui deducendi ac reducendi ſenem officio fungeretur, præſenti alicui deo inſeruire ſe iudicabat? Taceo quod eſt minimum tacendū, quàm ipſe nos viciſsim amauerit, ſic, vt pater filium amare magis nō potuerit; nam & noſtri gratia maximū legendi laborē pluſquàm ſenex nō fugiebat, & nihil eum perinde iuuabat ac frequens auditorum copia, qui & ad feliciſsimum in cœlos iter iam petaſatus, auditorū ſuorū frequentē mentionem habuit. O mors quid & illum hoc amore, & nos tanto viro diutius frui prohibuiſti? num veritaes ne iugum tuum excuteret, & aufugeret potentiā tuam? & certè aufugit, nam & feliciter DEO viuit, & apud nos quotidie magis floreſcet. Videor ego mihi hactenus non tam Zaſij gloriam extuliſſe, quàm patriæ felicitatem, qua ego præſente vtebatur, enarraſſe. Nam ſi totā eius vitā contempleris, quid erit quod non publico bono deſtinatū iudicare poſsis? Itaq; nihil mirum ſi eo adempto lugeamus: & cum per omne vitæ ſpatium publicè vixerit, quid mirum ſi publicus quoq; luctus, vt Brutum olim, conſequatur? nam ille à regum tyrannide patriā liberauit, Zaſius ex ſordida & fœda barbarie, atq; ex pluribus antiquorū erroribus Legum philoſophiam eripuit. Sed tempus eſt animi nunc dotes, quibus Zaſius fulſit, in vnum colligere, atq; ordine enumerare, quæ in duas maximè partes ſecernuntur. Hæc multarū artiū peritia conſtat, illa virtutibus animi inſignis eſt. Prior illa quamuis & ipſa virtus animi ſit, & maxima quidem, quis neget? habet tamen in quo ab alijs ſegregatur: propriè enim in mentis agitatione conſiſtit, aliæ

etiam

etiã ad actũ perueniũt. Ideóq; illa mihi prior experiẽda eſt, in qua duæ mihi res multũ laboris adimũt. Prior iudiciũ, nõ ſolũ veſtrũ, quod de præceptore habetis optimum, ſed omniũ quibus aliquid lucis doctrina addidit. Altera, quia non parum multa ſuperius paſsim attigi, ſed de ea nunquã ſatis dici poteſt, quæ limites ſuos ipſa ignorauit. Nã quod ad artes attinet, nulla eſt quam non guſtauerit. Grãmaticus fuit inſignis, ſubtilis Dialecticus, Rhetor facundiſsimus copioſiſsimúſq;: philoſophorũ præceptiones omnes excuſsit: nihil eſt in Ariſtotele quod neſciuerit: Platonẽ ſemper in manib. habuit: ita eum nec naturalia fugiebant, moralia omnia ad vnguẽ tenebat: nullus eſt claſsicorũ authorũ quem non viderit, legerit, didicerit. Hiſtorias omnes tã antiquas quàm nouas in promptu habebat. Poëtarũ fabulæ ei omnes erãt cognitæ: interdũ & ipſe ludebat carminibus. Tragœdias Comœdiáſq; omnes percurrerat: ex quibus omnibus illam quam meritò mirati ſumus, eruditionem conflauit. Nihil enim erat ex his quibus Cyclopædiam cõſtare Græci autumãt, quod illi non eſſet cognitũ, perſpectũ, exquiſitum. In Iure verò nullum ei hoc ſeculo facilè parem dices, ita omnium textuum veritatẽ compertam habebat, ita gloſſematum ſyluas peragrarat, ita opinionum procellas inueſtigauerat, commentariorũ ſcrupulos ſuperauerat, denique omnia ingenii acumine euoluerat, donec ille nobis Zaſius euaſit, quẽ toto orbe prædicãt. Quid quòd nec ſacras neglexit literas? ſed omnes Euangelii locos in recenti ſemper memoria habebat. Paulus ei ſemper in ore erat: Hieronymus apud eum tenebat præcipuas: non relinquebatur vnà cũ reliquis Ambroſius, vſqueadeò omnibus felix ingenium vacare poterat. Sed tempus me prius quã res deficeret, ſi omnia recenſere pergam, quibus animũ ſuum Zaſius excoluit. Inſedit iam pridem multorũ opinioni hæc hæreſis, vt humaniores literas Iuris cognitioni non ſolùm nõ neceſſarias, ſed nec vtiles, imò nocituras exiſtimauerint, adeò vt nec latini ſermonis candorem non ob aliam cauſam non admiſerint, quàm quòd ipſi ab eo longè alieni fuere: quorũ adeò in Zaſio falſa eſt ſententia, vt hic triplicẽ laudem meruerit, tum quia politioris literaturæ peritiſsimus, tum qa Romanæ linguæ cuſtos vindéxq; accerrimus, tũ quia Iuriſcõſultus celeberrimus, & nulli eorũ qui priora duo exclu-

dunt minor. Quid autē multarum rerū cognitio proderit, ſi abſit virtutū exercitium? Nam ei demū bono claróq; viro eſſe licet, qui ad exemplū Phœnicis Homerici, & dicere & facere ingentia poterit. Itaq; ab eruditione ad alterā quā virtutibus inſignē dixi partem deſcendo, vbi primus iuſtitiæ locus eſt, qua tantò magis ornatus fuit, quantò eam ex Iuris ſophia eruere melius & potuit, & ad actus hominū applicare voluit. Nam ſi eū miraris qui ipſe noceat nemini, aliorū cōmodis inſeruiat, quid ei facias qui nō ſeipſum ſolū quamiuſtiſsimū voluerit, verumetiā quoſcunq; alios poteſt, eo moneat, trahat? Hic eſt ille iuſtitiæ ſitis quę ſaturari CHRISTVS pollicitus eſt: hic eſt ille amor recti, qui ſui ſimiles quāplurimos optet, quíq; nō ſolū ſuo nomine, ſed omniū quos lucratus eſt, præmia cōſequetur. Prudētia verò, ſiue multarū literarū peritia, ſiue plurimarū rerū experientia cōſtet, vtroq; hercule mirabilis fuit: nā & prçteritorū bene meminerat, prçſentia ritè gubernare poterat, de futuris nunquam fallebatur. Quid dicam de fortitudine? Ita omnes fortunæ impetus facilè temnebat, ita dolorib⁹ minimè frangebatur, ita proſperitate nō tumebat, vt nullo Stoico affectib. minus ſubiectus eſſet: omnes mūdi delicias fortiter deſpiciebat, & cū nulla re moueretur, omnibus dominabatur. Nunc ad liberalitatem, quā & conſilio, & auxilio, & re fortiter impartienda ſemper retinuit. Temperantia verò ac modeſtia ita vitam ſuam condiebat, vt nihil feciſſe nimium argui potuiſſet. In dicendo ſimul & ſcribendo cum grauitate iucundus erat, cum iucunditate grauis, in docendo fidelis ac facilis, in reſpondendo mitis, in monendo placidus, in conſulendo ſeuerus, in iocando vrbanus, erga ſuos facilis, hoſpitalis erga alienos, deniq; in omnes benignus & beneuolus. O raram induſtriam. Iam vitę ſanctimonia bonā ſpem præbet, CHRISTO, quem ſemper corde ſuo geſtabat, ore profitebatur, imitabatur operibus, nunc illum viuere: in precibus erat aſsiduus, in danda eleemoſyna liberalis, ab omnibus procul vitiis alienus. Similis his omnibus colophonem exitus addidit, ſic vt vitam potius ingredi, quàm relinquere diceres. Sed quantò ego Zaſium altius tollo, tantò dolorem noſtrum magis exaggero: amiſimus enim vno temporis puncto tantā felicitatem, quam vereor vt poſt multa ſecula nō ſimus habituri, Quid ego nūc quærar? quid

lugeą

lugeam? quid vociferabor? ô cœlum, ô terra, ô maria Neptũ ni, adeò mortalibus inuiſam eſſe mortis tyrãnidem? at enim iure ſuo vtitur: quid nõ idem in tyrannos ac peſsimos quoſque? ſed vt in plurimũ in perniciem hominũ hos relinquit, in bonos ſæuitiam ſuam exercet. Heu mihi quoties egomet ſic mecum: Hora eſt, hem in lectionem eundũ eſt, audiendus eſt Zaſius, præcepta illius doctiſsima auribus hauriẽda. Torquet ſcrupulus? adeundus eſt Zaſius, & conſulendus. Decantatur in ferijs Dei laudes? deducendus eſt Zaſius, ac reducendus. At dum hæc cogito, quàm ſit miſera hominum cõditio, non poſſum non reputare. Nam ſi ab initio ad calcem humanam vitã conſideres, quid erit quod miſeria vacare videatur? Naſcimur primò magno labore magnisque tormẽtis, mox in ſignum calamitatis noſtræ eiulamus, deinde tot incidunt miſeriæ, tot pericula, vt ſæpius de ſalute deſperandum ſit. Diues eſt aliquis? timet opibus ſuis. Pauper eſt? ab omnibus relinquitur. Bonos viros torquet inuidia, improbi ipſa malitia laborant, vt meritò quidã primum felicitatis gradum fecerit, nunquam naſci, proximum citò mori. Paucisſimi enim ſunt qui nullã perpeſsi ſunt calamitatẽ. Romani ſolum nominant Quintum Metellum, Græcia Ageſilaum, te ipſa omnium pauperrimũ, cupiditate habendi ditiſsimum. Euenit tamen interdum vt miſeriam aliqua felicitatis pars compenſet, quæ ſimulac nonnihil inualuit, tum neutiquam ſaturata mortis rabies interuenit, atq; te è medio tollit, ne felicitatem aliqua ex parte deguſtare cenſeare: vnde meritò hominem bullam eſſe Cato aiebat. Hæc enim ſumma humanæ vitæ eſt, aut perpetua miſeria, quæ frequẽter, aut æterna felicitas, quæ quam rariſsimè contingit: aut ſecundam fortunam ſequitur aduerſa, tunc plus hæc vexat, quàm illa bearit: aut aduerſam proſpera, tum filium Clotho incidit. Sic nobis in præſentia accidit. Amiſimus ſpem noſtram, refugium noſtrũ, ſalutem noſtram, & vt breuibus multa comprehendam, Zaſium noſtrum, hoc eſt magnũ illud Germaniæ lumẽ. Heu quàm ego illum mihi ſæpe videre videor, ac cum eo colloqui: quàm illius ſæpe ante oculos meos obuerſatur imago. Iam mihi nodum aliquem explicat, nunc verba legentis excipio, quin & ipſa quoque ſomnia ſæpe mihi eum nõ ſine delectatione viuere fingunt. Quando verò me colligo: miſerum me eſſe ſen

tio. Hæc ſi cui veſtrûm cõmilitones vſu veniãt, nihil mirum ſi eius deſiderio teneamur, quo viuo beatos nos eſſe iudicabamus. Verùm cohibeamus nõnihil lachrymas, & videamus ſi cõſolationi locus eſſe poſsit. Vereor enim vt nimius luctus in Stoicorum cenſuram incidat, & conſtantiæ pulcherrimæ virtutis fines tranſgrediatur. Quid eſt per deũ immortalem quod iure incuſare poſsis, num mortẽ? at hac lege natus erat, vt mortis imperio ſubiaceret. nũ morbũ? at nullus fuit, niſi qui ijs adeſſe ſolet quibus fata inſtant. Quid igitur, nũ Deum ipſum Optimũ Maximum, qui eum vlterius ſuperſtitem eſſe noluerit? at tempus aderat quo emeritum militem coronaret, eiq; iuſtiſsima æternæ ſalutis præmia conferret. Quamobrem cõgratulandum ei potius videtur, quàm lugendum, qui preſertim adeò turbulẽtis huius ſeculi fluctibus ereptus, in eum locũ peruenerit, qui omnis curæ & ſolicitudinis expers eſt, vbi quieta, ſedata, trãquilla ſunt omnia, vbi omnium voluptatum fons eſt. In hac verò miſeriarũ valle, hac potiſsimum ætate, diris factionibus, tumultibus, bellis inteſtinis omnia ſcatẽt, nũc periclitatur fides, iuſtitia ſopita eſt, pax mortua, nulla virtutũ nõ latet, vitia ſceptrũ tenent, ita vt beati meritò habeãtur, qui huius nequitię ſentinę nõ interſint. Quid nunc dicam, quòd fruſtrà id lugemus quod mutare nõ poſſumus? nã fato ſemel functus, poſthac nullo auro eſt redimendus, nullis lachrymis, nullis precibus. Nã vt Horatius canit:

Cum ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
  Fecerit arbitria,
Non torquate genus, non te facundia, non te
  Reſtituet pietas.

Quòd ſi cõſideremus, turpe id eſſe factũ, cuius rationẽ reddere nequeas, cohiberemus certè, cohiberemus à fletu oculos. Nã vt fruſtrà id deſideras, quo te nõ potiturũ non es neſcius, ſic quæ reparari nulla ratione queunt, quid attinet muliebrib. proſequi lachrymis? Pudet dicere, & ethnicos, & barbaros & fœminas hac in re plus ſapere. Nam multi & Romani & Græci filiorũ mortes, quos in magnam ſpem patrię genuerant, ſapiẽter tulẽre. Quid nunc Thraces ac Lycios referam? quorum illi mœſti natalitia celebrabant, exequias ſumma cũ hilaritate: hi quo citius luctum deponerẽt, muliebribus veſtimentis viri vtebantur. Quid nos qui Chriſtũ profitemur

temur faciemus, quibus tot ſunt ęternę ſalutis promiſſa, quibus tota hæc noſtra vita nihil eſt aliud quàm ad futurã præparatio? Certè ſi cui noſtrum diuina virgulta (vt quo Cicero vtitur prouerbio vtar) hæc daretur optio, vt ſi vellet, has in æternum terras inhabitaret, aut Chriſto fidem planè non haberet, aut nollet. Cur igitur Zaſio inuidemus, quod ipſi petimus? id ne de nobis meritus eſt, vt quæ cõſecutus eſt pręmia, rata nõ habeamus? Deſiſtamus igitur ab hoc vano luctu, ne dicam impio, quo præceptori tanta bona inuidemus. Quæcũq; enim noſtræ ſunt lachrymę, aut illius cauſa ſuſcepimus aut noſtra. Nunc quàm illius vicẽ dolere non debeamus, per multa audiſtis. quod vero ad nos attinet, eſſet id ſanè fletu dignum, niſi pulcherrima ſui monimenta reliquiſſet. Nã quod morti debuit corpus perſoluit, animũ ſcriptis ſuis nobis perpetuò reliquit, quę ſi diligenter reuoluamus, non poſſumus aliter iudicare, quàm ipſum nobis Zaſiũ pręſentẽ eſſe. Quid autem refert illàm ne vermibus debitã carnem cernas, an animus tibi loquatur? Fruimini ergo per ſcripta Zaſio noſtro, & à lachrymis requieſcite, quas nec ipſe, ſi modo ei curæ ſumus, nunc approbat Zaſius: qui equidem eam dum vixit, vitam vixit, quę cuilibet ſani iudicij optanda eſt. Amicos enim habuit plurimos, atq; potẽtiſsimos, inimicum neminẽ: nulli nocuit, profuit omnibus: multos patriæ liberos ſuſtulit, in quibus bona Zaſiàni ingenij ſpes eſt: rem literariam plurimũ iuuit: Iuris prudentiæ barbariæ maculam detorſit deniq; famam ſuam ita per omnes regiones ſparſit, vt nemo ſine honoris præfatione Zaſij mentionẽ habeat: quo factum, vt non modò viuere, ſed in omnibus huius orbis locis florere, & ſumma cũ gloria viuere cenſeatur. Quare non tam nobis deflendus non eſt, quàm memorię noſtræ imprimẽdus, & ſummis viribus, omnibus neruis imitandus, elaborandúmq;, vt digni tanto præceptore diſcipuli fiamus: patriæ verò ſi non Zaſij, Zaſio tamen quamſimillimi euadamus. Tunc demum Zaſium ritè coluiſſe, amaſſe, ornaſſe videbimur. DIXI.

EPITAPHIVM D. VDALRICI ZASII,

[illegible]

[illegible] mors crudelis [illegible]
Vdalricum Zasium, [illegible]
Caesar[illegible] (pace[illegible] dixi)
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Corporis [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Zasium [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] semper.

ALIVD PER NICOLAVM FREIGIVM.

Zaſius hic ſatis, æternum nomine notus,
Condor, & id donis Iuſtinianæ tuis.
Viximus; at uictum licet, ad metam uſque recurſum,
Poſteritas lato nos tamen orbe canet.
Quiſquis eris noſtri non immemor ergo, ſupremum
In cineres noſtros dicito dulce uale.

IN LAVDEM ZASII, GERVASII SOPHERI HEXASTICHON.

Neſtoreos uiuat Zaſius ter maximus annos,
Cæſarei Iuris quo duce caſtra uigent.
Aſſerit à cæca Phœbus caligine terras,
Legales tenebras lux Zaſiana fugat.
Noxia pallentis mundo deliquia ſolis,
Deficit hic legum ſol, grauiore malo.

INDEX PARAGRAPHORVM
tit. Inſtitutionum de Actionibus.

Actiones.	120	*Præterea.*	310
Actionum.	237	*Propter retentionem.*	389
Aequé.	19	*Quadrupli.*	227
Compenſationes.	392	*Quædam.*	203
Curare.	319	*Rurſus.*	54
De conſtituta.	112	*Sed & ſi quis.*	390
Ex maleficijs.	193	*Sed hæc.*	346
Fuerat.	276	*Sed iſtæ.*	35
In bonæ fidei.	292	*Sequens.*	188
In perſonam	110	*Si minus.*	351
Item ſeruiana.	90	*Si quis agens.*	330
Item ſi de dote.	387	*Sic itaque diſcretis.*	180
Item ſi quis.	73	*Sunt præterea.*	386
Item ſi quis poſtulante.	129	*Tripli.*	223
Omnes.	215	*Verſ. Plus autem.*	332
Omnium.	9	*Verſ. Loco.*	334
Pœnales.	142	*Verſ. Huic autem.*	341
Præiudiciales.	165	*Verſ. final.*	393

D N. V D A L R I C I ZASII LL. DOCT. CLARISS. IN TIT. INSTITVTIONVM DE ACTIONIBVS.

ENARRATIONES.

Memorabilia in cap. ſeq. obſeruanda.

1 Actiones ſex diuiſionibus diuiſæ.
2 Actio quid.
3 Actio quo iure inuenta.
4 Actio dicitur quando perſequimur in iudicio.
5 Deberi verbum, quomodo in actionis diffinitione accipiatur.
6 Cauſa ex qua aliquid deberi poteſt, duplex.
7 Obligatio quomodo mater ſit actionis.
8 Actio natiua. Et datiua. num. 9.
10 Pactum nudum non parit actionem.
11 Condictio ex lege.
12 Iniuria ex iure naſci non debet.
13 Obligatio mater actionis.
14 Libellus tria complecti debet.
15 Libellus Iuriſtarum ſyllogiſmus.
16 Libelli forma.
17 Cauſa remota in libello non obmittenda.
18 Libellus præſumptiuè concludens.
19 Libellus generalis &c. non admittendus.
20 Cauſa & Actio differunt.
21 Petitio in libello nunquam obmittenda.
22 Concluſio libelli omnia in actione regulat, & ſola attenditur.
23 Officium iudicis niſi petitum non impartitur.
24 Conqueri quid in libello operetur.
25 Princeps legalibus ſolennitatibus non ligatur.
26 Crimen vindicandum etiam ſi non ſit accuſatum.
27 Clauſulæ libellares.
28 Non adſtringens, clauſula libellaris.

NEMO ignorat quanta in hoc inſigni tit. gloſſarum & commētariorum ſylua ſit congeſta: quibus factum eſt, vt materia pulchra quidem, verùm difficilis, quæ certis & pro rei conditione breuib. doctrinis abſolui poterat, caligine non ſolùm diſceptationū, ſed etiam multarū rerum imperti

nentium, nimiũ quàm ſit obducta. Nos itaq; rationem diſciplinæ perquirentes, quæ in demõſtrationis certitudine conſiſtit, ſicut Dn. Doct. Sebaſtianus cõmilito noſter, in elegãti tractatu de Iuris prudẽtia docuit, quicquid ad certam actionum cognitionẽ pertinet, quàm poſſumus fideliſsimè reſolvemus: nec alligabimur aut adſtringemur gll. vel cõmẽtariis niſi quãdo idipſum pro veritatis commodo cõferre poterit. Hunc ergo ordinem in toto titulo ſeruabimus. Primo textualia explicabimus, deinde materiam per notabilia, vt nominant, declarabimus: tandem practicam docebimus.

Sebaſtianus Derrer.

ACCIPIO igitur titulum de Actionibus, in quo Imperator noſter † actiones ſex diuiſionib. partitur. Nã prima diuiſio reſpicit cauſam materialem, quia aliquæ ſunt in perſonã actiones, aliquę in rem. Omniũ enim actionũ quibus vtimur materiã hæc eſt, vt aut in perſonã dirigãtur, aut in rem. Propterea Imp. nominat iſtam diuiſionem, ſummã diuiſionem, id eſt, præcipuam, potiorem. Deinde diuiduntur actiones reſpectu cauſæ efficientis: quia aut ciuiles ſunt, aut prętoriæ: & de his fit mentio in §. ſed iſtæ. Tertio loco cauſa finalis cõſideratur, quia aliquæ ſunt rei perſecutoriæ, aliæ pœnales, & aliæ miſtæ. in §. Sequens. Quarto, quo ad cauſam formalẽ, quia aliquæ ſunt actiones ſimpli, aliæ dupli, tripli, quadrupli. §. omnes. Quinto loco ſumitur diuiſio penes cauſam ſubſtãtificam, vt Ang. de Aret. nominat: hoc eſt, vt intelligas, diuiſio iſta reſpicit intrinſecas qualitates, quæ ſimul cũ actione producuntur, vnde dicũtur ſubſtantificæ. Nã intrinſeca qualitas velut eſſentiã rei exhibet: & ita aliquę actiones ſunt bonæ fidei, aliquæ ſtricti iuris. in §. actionũ. Et tandem actiones diuiduntur quo ad perſecutionis effectũ: quia aliquæ perſequuntur ſolidum quod petunt, ſicut pleræque omnes actiones: aliquæ nõ perſequuntur ſolidum, propter priuilegia competentiæ, & propter alias cauſas, quas videbimus in §. ſunt præterea. Et ita actio variè diuiditur, varia ratione & reſpectu: ad quod allego Rodolphum Agricolã, vbi de diuiſione tractat: & egregie poſſet hæc diuiſionũ varietas illic pro exemplo adnecti. Scio quòd Docto. alij aliter diuidunt, pro ſuo quiſque capite: ſed hæc diuiſio obtinuit.

¶ ACCEDENDO igitur in DEI nomine ad materiã, Imperator in hoc prin. rectè continuat hunc titulum ad ſupra proxi

proximè præcedentem,qui ſuprà dixerat de obligationibus in genere: verùm quia actio producitur ex obligatione, vt ſtatim videbimus,vnde ordine fit vt ſequatur de actionib. Colligimus ex iſto textu diffinitionē actionis,quæ eſt † ius 2
perſequendi in iudicio id quod ſibi debetur.Doct.hanc diffinitionem figunt & refigunt,nec poſſunt in ea facere finē.Tu collige,actionem eſſe ius quod planū eſt:eſt enim res incorporea.ſuprà de reb.corp.& incorp.vbi habetis,omnia incorporalia eſſe iura.An autem actio ſit de iure ciuili,vel de iure gentium,Doct.prolixè & quaſi inutiliter diſceptāt. Tu dic, id quod ſemper tenui,† actionē ipſa origine eſſe de iure gē- 3
tiū:licet Bar.in l.frater à fratre.ff.de cond.indeb.putet actionem eſſe de iure ciuili inuētam,quod Iaſ.hic enixè tenet,ſed non eſt verum. Actiones ſunt de iure gētium, ipſa origine: quod ſolus euincit Dionyſius Halicarnaſſæus,ſi cæteros taceam,qui lib.11.ſcribit,Magiſtratus eſſe creatos à Romulo, qui inter litigantes ius redderēt. At nemo poteſt litigare ſine actione.Verū eſt,actiones erāt informes, populares,fortuitæ, ſicut inter laicos fit, quæ poſtea de iure ciuili ſunt in ordinē redactæ,formatæ & cōpoſitę:& ita poſſunt dici proueniſſe de iure ciuili.de quo vide Intell.meos. Secūdo coll. ex tex.quòd † actio tunc dicitur quādo perſecutio fit in iudi 4
cio:vnde nihil extraiudiciale, nomē actionis meretur:quod etiam gl.hic latius tractat. Tertio coll.per actionem nos perſequi id quod nobis debetur.Hoc loco Accurſ.ſe vſq; ad faſtidium extendit,multa & multa opponēdo, quod non ſolum perſequamur id quod nobis debetur.Tu vno verbo dic, verbū † Deberi.hic extentè & generaliter accipi,pro eo quod 5
nobis debetur actu vel habitu Vnde quando res in habitudine ipſa,in ſtatu ſuo talis eſt,quæ nobis deberi poteſt ex ſtatu præſenti,tūc ſatis dicetur nobis deberi, quo ad veritatem huius diffinitionis.Exempli gratia:Aliquis eſt mihi obligatus ad decem,ad Calendas Ianuarias,ego iſta decem iam peto,ecce peto quod mihi iam non debetur, ſed ſtatus præſens indicat,quod in futurum ſit mihi debitum.Sic ſi pater occaſione peculij ipſius filij cōueniatur à creditoribus,ſi nihil eſt in peculio, pater nihil debebit ſoluere:iam res eſt petita quæ nō debetur actu. Cæterū fieri poteſt, vt filio obueniat peculiū, ecce iam pater tenebitur, & ſic habitudine fuit debitū, non

actu. Ita diſſolues totam iſtam magnam gloſ.ne in ea fatige
6 mur. Inter hæc aduertendum eſt, quòd † nobis poteſt debe-
ri ex duplici cauſa, ex cauſa remota & proxima. Remota eſt
contractus vel conuentio, quia tu & ego contraximus, vnde
debitum oritur. Et eſt cauſa proxima ipſa obligatio, quæ ex
cōtractu enaſcitur, ſicut cauſa immediata noſtræ productio
nis eſt mater. Sicut parentes ſunt nobis cauſa immediata &
proxima, at aui noſtri ſunt nobis cauſa remota, quia paren
tes ex eis naſcuntur, nos ex parētibus: ſic actionis mater eſt
obligatio, obligationis patres vel matres ſunt contractus &
cōuentiones. fa. gl. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de except.
rei iudic. De hac duplici cauſa, remota & proxima, habetis
pulchram gl. in l. j. gl. mag. ff. de ædend. Vnde cùm vulgò di-
7 citur, † obligationē eſſe matrem actionis, verum eſt quo ad
cauſam proximam, non autē quo ad cauſam remotam, quia
tunc ex contractu oriuntur. Cùm ergo obligatio tanquam
cauſa proxima, pariat actionē, vt eſt tex. in l. licet. §. ea obli-
gatio. ff. de procur. pulchrum eſt videre quomodo pariat. Et
quia in natura videmus aliquando ex matre perfectam pro-
lem naſci, aliquando imperfectam, niſi adiuuetur partus: ſic
etiam in iure noſtro, actio aliquando ex contractu vel con
uentione, perfecta producitur, aliquādo imperfecta niſi ad-
iuuetur. Vnde dicimus actionem aliquam eſſe natiuam, ali-
quam datiuam, ad ſimilitudinem matris, vt diximus, quæ ali
quando perfectam prolem, aliquando imperfectā peperit:
8 † Natiua actio ea dicitur, quæ habet materiam præexiſten-
tem, quæ ſufficiens & efficax ſit vt ex ea actio oriatur, ſicut
ſunt contractus & cōuentiones legitimæ, quæ tanquam ma
ter prolem perfectam, ita producunt actionem natiuā, quæ
ex cōtractibus perfectè naſcitur, ſicut habet elegans dictum
9 Ariſtonis in l. iuris gent. §. j. ff. de pact. † Datiua actio dici-
tur, quæ inſtar imperfectæ prolis, materiam habet præiacen
tem, quæ non ſit ſufficiens ad producendā perfectè actionē,
niſi aliorum auxilio adiuuetur, nempe lege, prætore, æquita-
te, conſuetudine. Vnde vbicunq; actio materiam habet non
ſufficientem, matrem debilem, & fragilem, niſi lex opitule-
tur, tunc ea actio dicitur datiua, nō à matre fragili, à qua im
perfecte paritur, ſed ab auxiliatoribus, ab adiutoribus, ſcili-
10 cet à lege, prætore, &c. Vos ſcitis † pactum nudum, eſſe mate
riam

riam inſufficientẽ vt ex eo producatur actio, per iura vulg.
Si autem lex adiuuerit, manum porrexerit, matri fragili ad-
ſtiterit, ecce tunc dicetur actio datiua à lege, & non à matre.
Sic intelligite l. legitima cõuentio. quæ ad hoc eſt elegans. ff.
de pact. Olim ex pacto nudo donationis nõ dabatur actio.
Si nudis verbis tibi donaſſem, nihil agebatur. Ecce iſta do-
natio non fuit ſufficiens materia actionis producendæ. Ho-
die opẽ tulit imp. vt iſta donatio nudi pacti producat actio-
nem. in l. ſi quis argentũ. C. de donat. Vnde talis actio erit da
tiua, & non natiua, quamuis à donatione tanquam à materia
præiacente oriatur: iſta tamen eſt fragilis. Sic vbicunque da-
tur actio ex lege, quę nominatur † Cõdictio ex lege, omnes 11
iſtæ actiones ſunt datiuæ: in quibus medium cõcludendi eſt,
Condico à te rem, quia lex dedit mihi actionem: vel per ver-
ba ſimilia. Iſta dicitur condictio ex lege, vt intelligatis tit. ff.
& C. de cond. ex lege. Ecce nunc intelligis ab origine ipſa,
demonſtrationis certitudine, quæ ſit natiua actio, nẽpe per-
fecta proles à matre obligatione: & quæ ſit datiua, ſcilicet ex
fragili matre. Ex prædictis potes probabiliter tenere, quòd
omnis actio ſit natiua, pro tanto quòd producitur ex mate-
ria præiacenti: quia ius oritur ex facto. Verùm cùm iſta ma
teria non vbiq; ſufficiat, vt iam declarauimus, vnde inducta
ſunt hæc diſtincta nomina, natiua & datiua, ad quod Doct.
non aduerterũt: quo fit vt Iaſ. hic ſatis improuidè errauerit, Iaſonis error.
qui putat actionẽ datiuam non habere matrẽ obligationẽ:
& quod dicitur vulgò, Obligatio eſt mater actionis. l. licet.
§. ea obligatio. ff. de procur. dicit hic non procedere in actio
ne datiua: quod etiam ante eum tenebat Bar. in l. cum mota.
circa iij. col. C. de tranſact. Sed lex ſit mater actionis datiuæ,
vel æquitas ſit mater actionis datiuæ, quæ l. peperit hanc a-
ctionem ſine obligatione præambula. Sed hoc non eſt verũ.
Vbi eſſet honeſtas & ſanctitas legis, quæ fatigaret innocẽtẽ
actionib. niſi præambula eſſet aliqua obligatio? Iam ex † iu 12
ribus iniuriæ naſcerẽtur, cõtra l. meminerint. C. vnde vi. Vn
de tu dicas, omnem actionem totius mundi produci ex ali-
qua obligatione pręambula. Sed quia non omnis obligatio
ſufficit, efficax, perfecta eſt, perfectè operatur, vnde lex adiu
uit dando, & dedit adiuuando, actionẽ. Recte ergo † obliga 13
tio eſt mater actionis datiuæ, ſed imperfecta, & non ſuffi-

ciens. Et ſi Iaſ. de hoc meminiſſet, ipſe idem teneret, quia hoc patet ad ſenſum. An autem obligatio ſit mater actionis realis, de hoc infrà dicetur §. proximo. Plura hic cõſarcinantur per gl. mag. quę tranſiri poſſunt, vnde tranſeũda putaui. Nec enim ignotũ eſt quòd cauſæ criminales in actionis diffinitione non cõprehenduntur, quia in eis agitur ad vindictam publicam, non ad priuata debita. Propterea in criminalibus nominamus accuſationem, l. qui accuſare. C. de æden. in ciuilibus actionem: quanuis illa plerunque confundantur, vt loco accuſationis vſurpemus actionem. Nec hoc abſurdum eſt, quia etiã vindicta aliquo modo nobis debetur: vnde dicebat vidua ad durum iudicem, Luc. xviij. Vindica me de aduer

Practica. ſario meo. Expedita theorica & textualib. audiamus practicam. Et quia actiones inſtitui ſolent per libellos, operæpretium eſt nouiſſe quantum ad præſentia ſatis eſt, practicã li-

14 bellorum. In quo ſciendũ eſt, quòd † libelli in quibus actiones continentur, tria potiſsima complecti debent. Primo factum, quod debet narrari clarè, planè & reſolutè, ſine verborum affectatione, ne actor facilè capiatur ab aduerſario: & hoc ſolent præfari actores, quòd ſimpliciter & de plano ſint proceſſuri. Secundum eſt cauſa petẽdi, quàm ſuprà diximus eſſe duplicẽ, remotã & proximã. Remotam diximus eſſe cõtractum, conuentionẽ vel factum. Proximã & immediatam cauſam diximus eſſe obligationem. Et has vtraſq; cauſas sæpenumero cõplectitur medium concludendi, quam nominamus cauſam petẽdi. Et tertio ſubinfertur concluſio, nem-

15 pe ipſa petitio. Quapropter † libellus ſyllogiſmus Iuriſtarũ nominatur: nam & apud logicos ſyllogiſmus tres propoſitiones complectitur. Exemplo res patere poteſt. Sic enim di

16 cet actor: † Coram vobis, domine Iudex, in iudicio compareo ego Titius, contra Flaccum reum, & contra quamcunq; perſonam pro eo legitimè interuenientem: & dico & propono, nõ in modũ ſolennis libelli, ſed ſummariæ petitionis & ſimplicis facti narrationis, quòd quãuis hęreditatẽ diuiſerimus, & cõuenerit inter me & reum quòd ipſe vniuerſa debita ſoluat [Ecce factum.] & quãuis reus ſit ſæpe amicè admonitus & requiſitus, prout præſenti libello requiritur, ipſe tamẽ recuſauit & recuſat ſtare cõtractui. [Ecce cauſa petẽdi.] Vnde peto, domine Iudex, eum condemnari & cõpelli &c.

[Ecce petitio.] Ad hunc modum poſſunt,cęteris paribus,ple rique omnes libelli formari.Non tamē nego actiones poſſe eſſe breuiores,vt cùm dicitur:Peto à Titio decem,in quibus eſt obligatus ratione mutui.Hic ambę cauſæ,remota & pro xima ſimul connectuntur.Quo loco noueris,quod ſufficeret narrare factum,id eſt,cauſam remotā,etiam ſi cauſa proxima,ſcilicet obligatio,obmitteretur.Et ita cōſueuerūt experiri laici,vt ſi dicam:Domine Iud.mutuaui Titio decem,peto eum condēnari &c.Hic cauſam proximā taceo quia non dico in quibus eſt mihi obligatus.At hoc non nocet,quia ex †cauſa remota,id eſt,facto & contractu,iudex præſumit cau 17
ſam proximam,id eſt,obligationem: quod eſt pulchrum dictum Iaſ.hic.& facit l.omnes.§.Lucius.ff. quæ in frau.cred. vbi habetis quòd ſufficit† libellum præſumptiuè cōcludere. 18
At verò cauſa remota non debet taceri,etiam ſi cauſa proxima exprimatur:vt ſi diceres,Titius eſt mihi obligatus in decem,peto iſta decem. Hic libellus eſt nimis generalis,vt per Doct.in d.l.j.ff.de ędem. Fatua enim eſt petitio,Peto decē in quibus eſt mihi obligatus.Quòd ſi eueniret talis libellus, ſicut apud laicos ſæpe contingit,reus non debet petere quòd actor declaret:ipſe vulneraret ſe propio ligone:ſed petat† li 19
bellum reijci tanquā generalē & incertū,cum refuſione expēſarū:quod iudex facere tenebitur,dūmodo hæc exceptio ante litem conteſt.opponatur.Nam ſi poſt litem conteſt. opponeretur,non auditur reus deinceps,ſed iudex procedet cum iſto generali & incerto libello,dum tamen in proceſſu cauſę iſta generalitas determinetur.ita pulchrè Iaſ.hic,qui allegat Bar.in l.exceptionem.C.de proba.d.l.j.per glo.& Bar.ibi.ff. de ædem.Doc.in c.abbate ſanè.de re iud.lib.vj.Vnde diligenter memineritis quòd gl.in tit.proximè præcedēti,de obligationib.cùm dicit ſententiā eſſe nullam ſuper inepto libello, non eſt intelligenda ſi libellus ſit generalis,qui licet ad petitionem rei reijciatur,vt diximus,tamē ſi non opponitur, vel ſerò opponitur,rectè procedit & iudicium & ſententia. In ſumma,cauſa remota nunquam prætereatur,licet cauſa proxima taceri poſsit. Ex ſuprà dictis ſatis conſtat, aliud eſſe †cauſam,aliud actionem,cum ex cauſa petendi producatur 20
actio.Per quod euincitur error Placentini,qui multum im Placēti
prouidè dixit, cauſam & actionem eſſe eadem: quod eſt error.

impoſsibile per naturam, quòd producẽs & productum ſint eadem res: licet nonnulli Doct. Placentinum ſequantur. Ecce quot errores committãtur in hoc tit. Sed hoc eſt modicum, reſpectu eorũ quæ pòſt dicẽtur, & confutabuntur. Circa conclusionem vel petitionem hoc diligenter eſt aduertendum,
21 quòd † petitio in libellis nũquam obmittatur, etiam ſi altera ex cauſis obmitteretur, vt diximus. Nam tota vis libelli in petitione vertitur. Vnde Iudex potiſsimè ad cõcluſionem reſpiciet, adeò, vt ſi etiam ineptè fuerit narratum, & cauſa petendi fuerit inepta: tamen ſi concluſio aptè ponitur, ita quòd Iud. intentionem actoris intelligere poſsit, tunc ſufficit bene eſſe petitum vel cõcluſum. Et dicit Ang. hic. quòd adeò ſit aduertendum ad concluſionem, vt non ſit potius aliud in libello.
22 Nam † concluſio, vt vtar verbis Ang. regulat, ampliat, reſtringit, determinat totam actionem. alleg. Inn. in c. ſuper literis. de reſcriptis. Et dicit Bar. in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de li. leg. ex concluſione libelli apparere, qualiter præcedentia intelligantur: quòd ſi vnum narretur in libello, & aliud peteretur, concluſionem inſpici: vt per Innoc. in d. c. ſuper literis. quod Iaſ. hic fol. 10. & 11. amplè tractat. Vnde ſi narres te eſſe hæredem Titij defuncti ab inteſtato, & poſt narrationem libelli in concluſione petas portionem hæreditatis, hic libellus à multis ineptus diceretur, ſuper tota hęreditate narrare, & tãtum partem hæreditatis petere. Sed certe procedit, & concluſio perpenditur: quod eſt notandum pro nouitijs aduocatis: quia grauis res eſt libellos cudere, niſi hoc remedio quod diximus, nobis ſubueniatur. Non ergo eſt obmittenda concluſio. Vnde ſi aliquis ſic libellaret: Domine Iud. Titius eſt mihi obligatus ex mutuo: iſte libellus nihil valeret, quia nõ habet
23 petitionem. Nec † enim Iud. impartitur officium litigantib. niſi petant. tex. eſt elegans in l. iiij. §. hoc iudicium. ff. de dam. infe. In caſibus tamẽ nihil noceret omiſsio petitiõis vel concluſionis. Primus caſus eſt quando aliquod prægnãs verbum in cõcluſione poneretur: vt ſi diceret actor, Cõqueror de Titio, domine Iudic. quòd me ſpoliauit: hoc ſufficeret ex verbo
24 † conquerendi, quod prægnans eſt. & ita intelligitur & ſaluatur glo. in c. quia præſulatus. j. q. iiij. quæ dicit obmitti poſſe concluſionẽ? quod verum eſt, ſi adſint verba prægnãtia, æquipollentia concluſioni. Secundus caſus eſt, ſi partes litigarent

coram

corã principe,quia tũc ſufficit ſimplex narratio.† Princeps 25
per hoc non ligatur ſolennitatib.legalibus, ſed ſola veritate
facti inſpecta procedit.eſt elegans dictum Inno.in c.j.de lit.
conteſta.Ang.pulchrè in l.omnium.C.de teſta.& bene facit
ad hoc c.ad petitionẽ.de accuſa.Tertius caſus eſt in crimina
lib.in quibus ſufficit narrare delictum vel maleficium:Nam
† Iudex officio tenetur vindicare delicta & maleficia.l.con- 26
gruit.ff.de off.præſi.vbi cõgruit bono præſidi purgare pro-
uinciam malis hominib.Et hoc tenuit Bar.in l.quid ergo.§.
pœna grauior.ff.de his qui no.infam.& in l.etſi ſeuerior.C.
eo.tit.cum concor.hic per Iaſon.quamuis multi Doct.con-
trarium velint.Sed hæc doctrina communiter tenetur.Tan-
dem pro complemento,attendendæ ſunt clauſulæ elegãtes &
ſalubres,quæ obſeruãtur circa finem libellorum.Nã multũ
vtile eſt,quòd in fine apponatur hæc† clauſula:Petẽs ſibi mi 27
niſtrari ius & iuſtitiam,officio iudicis humiliter implorato.
Hæc clauſula ſuſtẽtat libellum,etiamſi tota actio fluctuaret.
Canoniſtæ in c.cum dilectus.de or.cog.Eſt & alia clauſula,
quod dicat libellãs:Hæc petit coniunctim & diuiſim,non ſo
lum prædicto,ſed omni alio meliori modo & forma quibus
fieri poteſt.Per iſtã clauſulã farciũtur & reponuntur omnes
defectus libelli, eatenus quatenus vſquam libellus ſuſtentari
poteſt.Bal.in l.vinum.ff.ſi cer.pet.Ant.de But.in.c.examina
ta.de iud.cum ſim.hic per Doct.Item eſt & alia clauſula mul 28
tum neceſſaria,vt in fine dicat actor:† Nõ adſtringens ſe ad
probandum niſi neceſſaria,& quæ ad cauſæ victoriam perti
nent.Nam hæc clauſula ſubleuat mirabiliter actorem,quòd
quicquid narrauerit in libello,etiã ſi ſint ſuperflua, id quod
quotidie contingit,etiam ſi ſint qualitates inutiles,ſuperua-
cuæ,tamẽ nõ tenebitur probare iſta ſuperflua, ad quod aliàs
teneretur:quia actor tenetur probare omnia in libello poſi
ta,niſi vtatur hac clauſula.Bar.pulchrè in l.diuus.ff.de re iu.
Doct.in.c.cum dilecti.de dol.& contum.Hæc de principio.

§.Omnium

1 Actiones coram quibus inſtituantur.
2 Intendere quomodo in iure capiatur.
3 Actio perſonalis quo ad actorem quare ſic dicta.

4 Actio perſonalis quo ad reum,quare ſic dicta.
5 Perſonalis actio non tam ex contractu & maleficio, quàm ex quaſi contractu & quaſi maleficio datur.
6 Quaſi contractus.
7 Quaſi maleficium.
8 Perſonalis actio ex variis etiam cauſarum modis datur.
9 Actio in rem contra quem detur.
10 Argumentũ à conſequẽtib. Teneris reſtituere,ergo obligatus es.
11 Negatiua vniuerſalis quomodo omnia deſtruat.
12 Actio realis.
13 Cauſa proxima in actione reali exprimenda.
14 Actio miſta.
15 Actio perſonalis in rem ſcripta vnde dicatur.
16 Interdicta ſunt actiones perſonales in rem ſcriptæ.
17 Actio realis quot modis intentetur.
18 Libellus in actione in rem ſcripta.
19 Cautela in actione reali.
20 Actio realis duo requirit.
21 Pro poſſeſſore haberi.
22 Actio in factum datur pro poſſeſsione dolo interuerſa.
23 Limitatio l. qui dolo de reg. iur.
24 Libellus in actiõe reali,ſuper re immobili. Et ſuper re mobili. nu. 25.
26 Ad exhibendum & rei vendicatio ſimul intentari poſſunt.
27 Ad exhibendum actio in rem ſcripta.
28 Multitium veſtis linea.

IN HOC §.Imperator præcipuam diuiſionem
tractat,quę ſumitur à materia actionis,quam
diuiſit in actionem,in perſonam,& in rem.Di
cite in ſumma:Omnis actio aut in perſonam,
aut in rẽ dirigitur.In perſonã,contra obligatũ
ex contractu vel maleficio.In rem,cõtra non obligatum niſi
1 ratione rei poſſeſſę.Coll.primo ex tex.† actiones inſtitui ſo
lere coram iudicibus & arbitris,non autẽ coram arbitratori
bus.Et qui ſint arbitri & arbitratores,vulgò notũ eſt.Doct.
& maximè Iaſon,diffundũt ſe plus quàm faſtidioſe in mate-
ria arbitrorum,propterea omnia illa tranſibimus. Secundo
2 coll.diligenter quo ad totum ius ciuile,quòd† intendere in
iure noſtro accipitur pro experiri vel agere,& non vt Doct.
hic errando volunt,pro proponere,quaſi qui proponat ali-
quid,dicatur intẽdere.Hoc poteſt verũ eſſe in negotijs extra
iudicialib:ſed in iudicijs,qui agit,intẽdit:hoc enim loco In-
tendere ſignificat rei litigioſæ diligenter incumbere:vt apud
Virg.Intenti ſignũ expectant.Actor enim diligenter incum
bit

bit actioni ſuæ formandæ. Sic in l.ſi quis intentione ambi-
gua.ff.de iud.id eſt,actione ambigua. Sic Imperator in hoc
noſtro tit.in §.ſi quis agens.infra eo. Si quis agẽs intẽtione
ſua plus cõplexus eſt intẽtione:id eſt,actione.tex.eſt expreſ-
ſus in l.j.ff.ſi mẽſ.falſ.mod.dix.vbi dicitur:Si locati actũ erit
nõ valere intẽtionẽ:id eſt,actionẽ. Sic in l.ij.poſt prin.ff.de
except.vbi exceptio excludit condemnationẽ & intentionẽ,
id eſt,actionẽ.Et hoc ſumptũ eſt à rhetoricis, qui dicũt ſta-
tutũ & cõtrouerſiã cõſiſtere in intẽtione & reſpõſione,id eſt,
actione & reſiſtẽtia.Dies me deficeret allegaturũ omnia iu-
ra in verb.Intendere. Tertio coll.ex tex.noſtro, quòd cùm
actor agit cõtra aduerſariũ qui ſit ei obligatus ex cõtractu
vel maleficio,iſta dicitur actio perſonalis quæ principali-
ter perſonã obligati reſpicit.Sunt autẽ huiuſmodi actiones
perſonales omnino infixæ in perſonis litigantium ex parte
actoris & ex parte rei,ſecundũ Iaſ.hic.Ex parte † actoris obli 3
gatio vel actio perſonalis ita inhæret actori,vt ab eo ſepara-
ri nõ poſsit,prę ſertim directa actio:eſt enim infixa in oſsib.
actoris,tanquã character in anima,vt dicit elegãs gl.in l.iij.
ff.pro ſoc.Et licet actor poſsit ius ſuũ cedere alteri, iſta ta-
men ceſsio reſpicit actiones vtiles:ſed directa actio nunquã
ab actore ſeparatur.Sic è diuerſo ex parte † rei dicũtur per- 4
ſonales,quia reus ſemper eſt obligatus,quocũq; vadat,quẽ-
cunq; cõſtituat in procuratorẽ ſemper, iſta actio comitatur
reum,tanquã lepra leproſum.arg.l.j §.ſi hæres percepto.ff.
ad Trebell.& eſt text.not.in l.actionũ . poſt princ.ff.de act.
Quapropter quãdo hęredes inter ſe cõueniunt, vt alter ſol-
uat debita,alter aliud faciat, hęc cõuentio nõ nocet credito-
ribus:nihilominus omnes hęredes ſunt obligati.l.pacto ſuc
ceſſorũ.C.de pact.l.licet.C.fam.erciſc. Ita clariſsimè habe-
tis certitudine demõſtrationis,quę eſt ratio diſciplinę,qua-
re dicantur perſonales. Quarto coll.ex tex.noſtro,quòd li
cet actio perſonalis competat contra obligatos ex contra-
ctu vel maleficio, nempe dare vel facere oportere,tamen per
hoc non excluditur quin † actio perſonalis etiam detur ex 5
quaſi cõtractu,vel quaſi maleficio. Vnde ne dicatur diminu
tus Imperator noſter,vel defectum paſſus, ſub cõtractu in-
tellige quaſi contractum , ſub maleficio quaſi maleficium:
iſta enim nomina ſæpe confunduntur in iure noſtro, quod
contra

contractus pro quaſi contractu ſumitur. Quis autẽ ſit quaſi contractus, habuiſtis ſuprà in tit. de obligat. quæ ex quaſi contr. vbi recenſentur ſpecies Nam neg. geſt. actio datur ex
6 † quaſi contractu. Nam ſi tu geſsiſti negotia mea ſine mandato meo, cùm eſſem abſens, coluiſti fortè vineã meam, iam nullus contractus intercesſit inter te & me, nihilominus teneor tibi actione neg. geſt. ſi aliquid expendiſti, ſumptus feciſti. Iſte dicitur quaſi cõtractus. Sic in aliis ſpeciebus in d.
7 tit. Ex † quaſi maleficio tenetur iudex qui iniquè iudicat, & litem ſuã facit, quia propriè nõ malefecit, & tamen damnificauit me. Ecce tenetur ex quaſi maleficio. Sic ſi ex ædibus meis effundantur ſordes, & maculetur aliquis vel damnũ patitur, ego teneor ei qui læſus eſt tãquam paterfam. & tamen nihil male feci, ſed eſt quaſi maleficium propter negligentiã meã. Iſta habetis in tit. proximè præced. Quinto, coll. quòd
8 † non ſolùm quando dare vel facere oportet, ſed etiam quibuſcunq; aliis modis poteſt agi perſonaliter. hoc eſt quod dicit Iureconſ. in l. j. poſt princ. ff. de act. actiones dari ex variis figuris cauſarũ: vbi gl. ſicut etiã hic, exemplificat de quaſi contractu & quaſi maleficio: ſed hoc ſtatim reprobat, quia iſta comprehenduntur, vt diximus, ſub cõtractibus & maleficiis. Vnde gl. ibidem variè exẽplificat, quod non curo referre. Ego intelligo tex. noſtrum & d. l. j quòd etiã aliis modis agitur perſonaliter, cùm nec dari petitur nec fieri, ſed prout controuerſiæ habent varios ſtatus, ita ſunt variæ figuræ cauſarum. Et ſunt ea verba ſumpta ex præceptis rhetoricis: nam plura ſunt negotia quàm vocabula. l. natura. ff. de prę ſcrip. verb. Poteſt enim aliquando agi vt Titius ceſſet ab infamia: hic neque datio nec factum eſt. Poteſt imponi ſilentium aduerſario qui me moleſtat: poteſt prohiberi aduerſarius ne per plateam meam vadat. Ecce hi & ſimiles modi hic & in dicta l. j. comprehenduntur. Et per hoc tolluntur fatigationes Doct. qui hic concertant quomodo tex. noſter intelligatur.
9 Sexto collige, † actionem in rem dari actori cõtra eum qui nullo iure obligatus eſt, niſi ratione rei poſſeſſæ per aduerſarium. Et ſi dicas, vt hic certat gl. in verbo, Nullo iure. quo modo aduerſarius, qui nullo iure obligatus eſt, tenetur reſtituere rem probato dominio? Tenetur reſtituere, ergo obli-
10 gatur. Nam bene † arguitur, Teneris reſtituere, ergo obligaris.

ris.arg.à conſequentibus.Hoc ſatebantur Doct.Gallici,Rudolphus de Auricuria, & quidam alii. Sed quia hoc pugnat apertè contra tex. noſtrum,cùm dicitur nullo iure obligatū vniuerſalis negatiua omnia poſt ſe deſtruit, dicunt Logici. Propterea Doct.recedunt ab opinione Vltramontanorum, & fatentur aduerſariū nullo iure eſſe obligatum. Ad argumentum factum non poſſunt aliter reſpondere, quàm ſicut reſpondet hic gl. quia non ſequitur Teneris,ergo es obligatus.At hoc nihil eſt,quia per hoc non tollitur argumentum à cōſequentib. Vt effugiant hunc nodum Iaſ.poſt Doct.ſic intelligunt tex.vt aduerſarius nō ſit obligatus reſtituere iure actionis,quia non poteſt agi principaliter ad reſtituendum iure obligationis principalis, ſed iſta reſtitutio fundi venit ex officio iudicis, quod officiū iud. non eſt actio.l qui per colluſionem.ff.de act.empt.vbi eſt tex.Ergo nullo iure obligatus eſt,quia cōtra eum tanquā obligatum agi non poteſt. Sed quòd tenetur reſtituere,hoc venit ex officio iud. Et iſta reſolutio eſt ſatis bona,quia nodus eſt difficilis. Sed ſtatim obſtat,quia licet reſtituat officio iud. tamen hoc officium iud.eſt mercenarium,& deſeruit actioni,vt ſic iterum ſimus in nodo actionis. Verùm Doct.etiam hoc effugiunt, & dicunt,quod reſtitutio rei in actione reali, fiat officio iudicis nobili,non mercenario : de quo an verum ſit,aliàs dicetur. Tu potes hunc nodum ſoluere modicis verbis:quia cùm dicit Imperator,aduerſarium nullo iure obligatum, hoc verū eſt per ſe & principaliter, ſed nihilominus per accidens obligatus eſt,id eſt,propter rem quam poſsidet vel detinet. At nos loquimur de obligationib.principalib. Vnde dices duobus verbis,aduerſarius nullo iure eſt obligatus ſimpliciter, ſed ſuppoſititiè obligatus eſt,per ſuppoſitionem, id eſt,ſuppoſita re detenta.Nemo enim poteſt inficiari quin reus ſit obligatus ad reſtituendū, probato dominio : hoc quia patet ad ſenſum,ſicut ignē eſſe calidū, non eſt alia probatione o-
pus.Ex quo coll.pulchrā doctrinā,quòd † quamuis vniuer- 11
ſalis negatiua omnia poſt ſe deſtruat,actum & potentiā, verum eſt, omnia principalia, ſecundū materiam ſubiectam: ſed quę per accidens veniunt & ſuppoſititiè,iſta nō deſtruūtur. Eſt admirabilis text.hic in verbo, Nullo iure.fac. ad ea quę ſcripſi in Intell.meis,cùm tractarem propoſitiones vniuerſales.

uerſales, qualiter intelligantur. Per prædicta conuincitur
Iaſonis error alius. alius Iaſonis error, quia Iaſon (coactus fortaſſe ex his quæ in ſuperiorib. dicta ſunt) negabat obligationem eſſe matrem actionis realis, quaſi aduerſarius non eſſet obligatus aliquo
12 iure: ſed fallitur, quia † actio realis eſt filia obligationis ſup poſititiè & per accidens, non autē actionis principalis. Se-
13 ptimo coll. quòd † in actione reali cauſa proxima eſt dominiū vel quaſi, quia agit actor, & petit: quia eſt dominus rei, ideò petit. Sed cauſa remota, eſt titulus dominij: vt ſi dicat, ſum dominus, quia emi, quia ſucceſsi vt hęres, quia mihi donatū eſt, quia mihi in dotē eſt datum, quia mihi legatum eſt, &c. Ecce iſtæ ſunt cauſæ remotæ in actione reali. Debet autem neceſſariò ſemper exprimi cauſa proxima, Quia ſum dominus: at cauſa remota poteſt taceri, cōuerſa rota quo ad actionem perſonalem. Sed de hoc opportunius poſtea dicetur. Ex ſupradictis ſic declaratis, ſatis liquet magnam eſſe differentiam inter actiones reales & perſonales. Et certe ſecundum Alber. de Roſate in rub. tit. ſi cert. pet. iſtæ actiones in tribus differunt, origine, natura & effectu. Origine, quia reales contra non obligatum, perſonales contra obligatum ab initio. Natura, quia actio realis ſequitur poſsidentē quicunque ille ſit, perſonalis non niſi obligatum. Effectu, quia per realem declaratur res eſſe mea: per perſonalem, res eſſe mihi debita. Non poteſt autē res niſi ex vna cauſa eſſe mea, ſed poteſt mihi ex pluribus cauſis deberi. in vulg. §. actiones. in l. & an eadem. de except. rei iudic. Tu adde quartum, quia differunt etiam proceſſu: aliter proceditur in vtriſque. In reali, cauſa proxima nunquam omittitur: in perſonali taceri poteſt cauſa proxima, ſicut iſta omnia ſuperius ſunt declarata. Porrò aduerte frater, quamuis Imperator in §. noſtro tractauerit tantū duo genera, in perſonā & in rem, ſunt tamē duæ aliæ qualitates vel duo alia genera quæ participāt cum perſonalibus & realibus, videlicet actio miſta à prin-
14 cipio, & actio perſonalis in rem ſcripta. † Actio miſta eſt, quę ipſa origine & principaliter rem & perſonam ſequitur, vt eſt petitio hæreditatis. Nam & ipſa res, id eſt hæreditas, petitur ab aduerſario. Ecce realis. Et petuntur nihilominus perſonales præſtationes, ſcilicet penſiones reddituum, credita. Ecce perſonalis: quia aduerſarius eſt obligatus etiam

perſo

perſonaliter, quicquid eſt præſtandum hæredi vel cohæredi, vt idipſum præſtetur: quod latius perſequimur in §. quædam. infrà eod. Iſta dicitur ab initio & principaliter miſta. Sed perſonalis in rem ſcripta, iſta poteſt nominari miſta, non principaliter & ab initio, ſed ex poſt facto: eſt enim ab initio merè perſonalis, quia contra obligatum redditur. Dicitur autem † in rem ſcripta, quia apud quemcunque poſſeſ- 15
ſorem iſta res ſit, vel ad quemcunque poſſeſſorem res deueniat, ſemper poteſt actor iſtã rem perſequi. Sic ſunt omnia
† interdicta quæ in rem diriguntur, & perſonam obligant. 16
l. j. in fin. ff. de interd. Exemplo poteſt res nota fieri. Si aliquis mihi violentiam fecit & expulit me ex ædibus, ex fundo, ille eſt mihi obligatus perſonaliter ex maleficio, hoc apud omnes conſtat. Res autem quas mihi rapuit in ædibus, in fundo abſtulit, iſtæ res ad quemcunque poſſeſſorem deueniant: etiam per mille manus, ſemper poſſum eas res perſequi & repetere à poſſeſſore vel detentore. Ecce quomodo obligatio perſonalis eſt in rem ſcripta: quia rem à quocunque perſequimur in qua nobis aduerſarius eſt perſonaliter obligatus. Sic in actione ad exhibendum, de qua paulò poſt dicetur, cùm peto exhiberi mihi rem ab aduerſario apud iudicem: quod multis modis fieri poteſt. Ecce actio perſonalis, quia aduerſarius perſonaliter eſt mihi obligatus vt exhibeat. text. eſt in l. iij. §. eſt autem perſonalis. ff. ad exhib. Cæterùm ſi iſta res perueniat ad alios detentores, quoquo vadat, poſſum ſemper detentorem impetere vt exhibeat: quapropter dicitur perſonalis in rem ſcripta. Alia exempla habetis in gl. magiſtr. in d §. eſt autem perſonalis. Hæc duo genera Imp. hic obmiſit. Sed gl. hic dicit, quòd miſta recte cõprehendantur ſub ſimplicibus, quibus participant. Nam reale & perſonale ſunt duo ſimplicia cum quib. participant ambo illa genera quæ communicant cum realibus & cum perſonalibus, ideò in eis ſatis continentur. Miſta autem cõtineri ſub ſimplicibus: ſicut participiũ ſub nomine & verbo, habetis gl. in l. ij. ad princ. & ibi aliquando latè dixi. ff. de ver. oblig. Vidimus theoricam, nunc accedamus ad practicam. Et certè in Practica.
actione perſonali ſuprà ab initio tex. noſtri formauimus libellum cum ſuis clauſulis, & diximus cauſam proximam, ſcilicet obligationem, obmitti poſſe: remotam autem, ſcilicet

factum

factum vel contractum narrati oportere, quæ cauſa obmitti non poteſt, vt ibi diximus. Et eſt ratio viua ſecundum Din. hic, quia neceſſe eſt cognoſcere qualitates intrinſecas actionis perſonalis, id eſt, an ſit bonæ fidei vel ſtricti iuris, quæ ſunt eſſentiales qualitates ſubſtantificæ huius actionis: vnde neceſſe eſt narrari factum & cauſam remotam, per quã iſtæ qualitates cognoſcantur. Ergo loco libelli repetite ea quæ ſuprà ab initio diximus. Circa actionem verò in rem, præmit
17 to vobis neceſſariò, quod† actio realis quinq; modis intentati poteſt. Primo, directa rei vendicatione, vt cum actor aſſerit ſe directum dominum rei poſſeſſæ, de qua habetis in l. in rem. ff. de rei vend. Cum dicitur, in rem actio competit domino qui prętendit dominium de iure ciuili, vel de iure gentium. Et de iſta rei vend. totus tit. de rei vendicat. tractat. Secundo modo agitur vtili rei vẽdicatione: hoc eſt, actor prætendit ſe vtilem dominum, non directum, ſicut eſt emphyteuta, vaſallus ſeu feudatarius, item ſuperficiarius, iſti habẽt vtile dominium in emphyteuſi, in feudo, in ſuperficie. Et ſi aduerſarius poſsideat feudum, vel aliquid ex emphyteuſi, vel agrum vectigalem, tunc iſtis competit rei vendicatio, ſed vtilis, non directa. Iſti poſſunt vendicare etiam à directo domino, id eſt, à domino feudi vel curiæ. tex. eſt elegans & vulg. in l. j. in fi. cum l. ſequen. ſi ager vect. vel emphyteu. pet. in l. j. in princ. & §. quod autem. ff. de ſuperfic. Iſta rei vendicatio par eſt cum directa, niſi quod ſuper vtili dominio datur. Tertio modo agitur pro ſeruitutibus, & tunc datur confeſſoria & negatoria in rem, de quibus audiemus in §. ſequen. Quarto competit creditoribus actio quæ dicitur in rem hypothecaria, quæ etiam eſt realis, de qua audiemus in §. item Seruiana, infrà eo. Et quinto datur publiciana, quæ aſsimilatur rei vendicationi, quæ datur pro quaſi dominio: hoc eſt, ſi bonæ fidei emptor cadat à poſſeſsione rei emptæ, tunc habet publicianam vt ei reſtituatur poſſeſsio. De iſta publiciana videbimus mirabilia & ſubtilia in §. ſed iſtæ. infrà eodem. Per hos quinque modos Din. hic ſaluat & reſoluit glo. in verb. poſsi
18 deat, quæ omnia iſta miſcuit. Nunc ergo ad† libellum actionis in rem, ſuper re immobili, id eſt, ſuper fundo aliquo, memineris quę ſuprà dixi, quòd iſta actio realis, vel in iſta actione reali, actor fundat ſe in cauſam proximam, ſcilicet ſuper

ius do

ius dominii, vel quaſi. Remotam autem cauſam omittere
poteſt, ſcilicet titulum dominii, ex qua origine competat ei
dominium. Hãc cauſam exprimere poteſt, ſi vult: ſin minus,
obmittere. Sed vtile eſt actori quòd cauſam remotam nõ ta-
ceat, & ſic dicat: Sum dominus huius fundi, quia eum emi, vel
quia mihi in dotem datus eſt, vel quia mihi legatus eſt. Vnã
ex cauſis exprimere vtile eſt: quia ſi ſuccũbat ex cauſa expreſ-
ſa, quia non poteſt probare titulum emptionis vel alium titu
lum, nihilominus poterit poſtea iterũ vẽdicare ex alia cauſa
in qua eſt fundatior, & nõ obſtabit exceptio rei iud. ſi ſaltem
iſtam ſequentem cauſam ignorans omiſerit in priori iudi-
cio, petita tamẽ in integrum reſtitutione. Quòd ſi ſciẽs ob-
miſiſſet, cauſa fatigandi aduerſarium, tunc non audiretur
plus. arg. pulcherrime l. de rebus. ff. de arbit. vbi talis malitia
punitur. Sin verò obmittat cauſam remotã actor, & fundat
ſe in proximam, peto, quia ſum dominus vel quaſi: hoc loco,
licet perſequatur in proceſſu vnam cauſam, vnum titulũ, &
ſuccumbat, nõ poteſt poſtea prætendere aliã cauſam, quia
habitu & re ipſa, quod dicit ſe dominum ſimpliciter, iſte iam
virtualiter & ipſa vi, omne ius ſuum, omnem titulum dedu-
xiſſe intelligitur, quia dominium non competit, niſi ex vna
cauſa: nemo poteſt niſi ex vna cauſa dominus eſſe. Vnde ſi
proſequitur vnam cauſam & fallitur opinione, ideò non po-
teſt redire ad alias, quia in effectu, dicendo ſe ſimpliciter do-
minum, omnem cauſam complexus eſt. ita eſt elegãs text. in
l. ſi mater. §, eandem. ff. de except. rei iud. Ipſe ſe fefellit, ius
cum non fefellit. Quapropter † cautela eſt, quando actor in 19
actione reali fundat ſe ſimpliciter in ius dominii vel quaſi,
taceat aduerſarius, non petat actorem cogi quòd exprimat
cauſam remotam, ſicut faciunt improuidi aduocati: quia ſi
cauſam remotam exprimeret, & ſuccumberet, poſſet redire
ad aliã, vt ſuprà diximus: ſi nõ expreſſerit, ad aliã redire non
poterit. Vnde dicit Cin. in l. ædita. C. de æden. quòd aduer-
ſarius proprio ligone pedem vulnerat, qui petit exprimi cau
ſam remotam. Et fuit dictum Bulgari gloſſatoris. Vnde in
hac † actione reali duo ſunt omnino neceſſaria: vnũ ex par- 20
te actoris, qui ſe probet dominũ, vel quaſi dominum, id eſt,
bonæ fidei emptorem. Aliud eſt ex parte rei, videlicet quòd
reus poſsideat, detineat, vel habeatur pro poſſeſſore: nam

contra poſſeſſorem competit hæc actio.l. vnica. C.de alien. mut.iud.cau.fa.& ſemper datur contra poſſeſſorem,etiam ſi res petita per multas manus ambulet.ita dicit tex.in d.l.actio
21 num genera.in ij.reſpon.ff.eo.tit.Dicitur autem † pro poſſeſſore,ſi reus poſt litem cõteſt.dolo deſinat poſsidere.l.qui dolo.ff.de reg.iur.l.qui reſtituere.in iij.reſpõſ.ff.de rei ven. Quid autem ſi reus ante litẽ cõteſt. deſierit dolo poſsidere, poſt primam citationem, ſicut ſæpe fit? Dicite notabiliter,
22 † quòd tunc actori non competit rei vendicatio:quæ cum detur tantum contra poſſeſſorem,vel qui deſinat poſt litem conteſt.poſsidere,ſi antè in prin.deſinat poſsidere, non conſiſteret iudicium:ſed actori dabitur actio in factum, ex iſto tit.de alien.mut.iud.cauſ.fact.& erit medium concludendi, Tu poſſederas ab initio rem meam,& ſtatim iſtã rem deſijſti dolo poſsidere.per hoc factũ ſum damnificatus in centũ pro intereſſe,vnde peto ex tit.de alie.&c.vt mihi hoc intereſſe reponas.Et iſta eſt actio datiua,quia datur à lege,vt ſuprà declarauimus.Ita eleganter & notab.Abb.Panor.in c.j.col.iij. vt eum alleg.Iaſon.extrà de alien.mut.iud.cau.fa.quæ eſt doctrina multũ notabilis,quam ego magnifacio,& alibi nõ le
23 gi,per quam † limitatur d.l.qui dolo.de reg.iur.vbi dicitur, Qui dolo deſijt poſsidere,pro poſſeſſore habetur:verum eſt ſi poſt litem cõteſt.deſinat. Deinde circa hãc doctrinã aduerte,quia ſi aliquis ſe offerat,& iactitet ſe eſſe poſſeſſorẽ cum non ſit,ſi perſeueret vſq; poſt litem conteſt. damnabitur tanquàm poſſeſſor,etiam comperto quòd nõ ſit poſſeſſor,dum modò actor ſit ignorans,quia ſcienti non fieret iniuria.l.is
24 qui ſe obtulit.ij.cũ duab.ll.ſeq.ff.de rei vend. † Libellum ergo formabis ſic ſuper re immobili:nam actor narrabit,qualiter reus poſsideat vel detineat fundum Titianum,tali vel tali loco ſitum:cuius fundi duo ad minus confinia demõſtret, dicens fundum huiuſmodi ad ſe iure dominij vel quaſi pertinere:& quamuis reus [Cauſa petendi.] ſæpe ſit requiſitus, & iam requiratur per libellum,vt huiuſmodi fundum ſibi actori reſtituat,ipſe tamen hoc hactenus iniuſtè recuſarit & recuſet,quamuis facultatem eius reſtituendi habeat:vnde petat ſe actorem per ſentẽtiam diffinitiuam declarari dominum vel quaſi eiuſdem,& reum ex officio compelli,vt fundum reſtituat cum fructibus,&c.ſubiungendo clauſulas quarũ ſuprà

memin

meminimus. Quòd autẽ hac in actione actor ſe dominum vel quaſi nominat, declarabitur in §. ſed iſtæ. infrà eo. vbi eſt propria materia. Porrò ſi agatur † actione reali ſuper re mo 25 bili, puta equo, iumẽto, calice, vaſis, & alijs rebus mobilibus, actor narrabit quòd reus poſsideat vel detineat calicem argenteũ, vel aliam aliquã rem mobilem talis formæ, an ſit ro tundus calix, an quadratus, an deauratus, & demonſtret certas qualitates eiuſdem rei, vt habeatur certum. l. ſi in rem. ff. de rei vend. gl. in l. iij ff. ad exhib. cum ſimilib. petátq; reum compelli vt exhibeat hunc calicem, vel hunc equum, coram iudice, vẽdicando nihilominus rem, vt quæ ad ſeſe pertineat iure dominij vel quaſi, petendo ſe declarari dominũ vel quaſi, rectè ſicut ſuprà in alia actione diximus. Poteſt autẽ † ad 26 exhibendum & rei vendicatione ſimul agi, ſecundum opiniones cõmunes & iam receptas, licet olim variarit inter Doct. vt per Specul. in tit. de iud. §. vlt. videndum. Poteſt etiã actor intermittere ad exhibendum, & ſimpliciter agere rei ven. Sed conſultius eſt quòd & petat exhiberi rem, & eam vendicet, vt voluit l. j. ff. ad exhib. Nam ſæpe ſolent res mobiles per eum occultari, quod ego vidi vſu venire dum eſſem hic protonotarius: vnde multum neceſſaria eſt † actio ad exhibendum, 27 quæ eſt perſonalis in rem ſcripta, vt ſuprà diximus. fa. d. l. j. ff. ad exhib. Nam in caſu quẽ ego vidi, negabatur aliqua eſſe filia Titij, petijt eam aduerſarius exhiberi corã iudice, & fuit exhibita in loco moræ, non coram iudice, ſed fallaciter: multæ mulieres iuuẽnes ſimul congregabantur in eiſdem † mul- 28 titijs (Cum tu multitia ſumas, dicit Iuuenal.) in lineis veſtibus, & introducebatur aduerſarius, ſi poſſet cognoſcere filiã Titij: at aduerſarius nihil poterat cognoſcere, nihil poterat diſcernere. Poſtea iuſſu iudicis fuit verè exhibita. Et ita cum laude DEI expeditus ſit primus huius tit. §.

§. Aequè.

1 Seruitutum duo genera.
2 Vſus ſeruitus perſonalis.
3 Vſusfructus, ſeruitus perſonalis.
4 Habitatio, ſeruitus perſonalis.

5 Seruitus realis, vrbana & ruſtica.
6 Prædium dominans vel ſeruiens.
7 Operæ ſeruorum an ſint ſeruitutes.
8 Actio pro ſeruitutibus duplex.
9 Confeſſoria ad quid detur, & quare ſic dicta.
10 Negatoria. & num. 35.
11 Diuiſio §. Aequè.
12 Confeſſoria quando competat.
13 Negatoria quando competat.
14 Confeſſoria cuius naturæ.
15 Seruitutis non eſt ſeruitus.
16 Seruitus quando & quæ ruſtica vel vrbana dicatur.
17 Limitatio noua.
18 Altius tollere an ſit ſeruitus.
19 Seruitus non deprimendi vel deſtruendi ædificii.
20 Proſpiciendi ius, ſeruitus vrbana.
21 Proſpiciendi ſeruitus, & ne luminibus officiatur, differunt.
22 Seruitus proiiciendi duplex.
23 Mœniana.
24 Seruitutes Germaniæ peculiares.
25 Perſonalia perſonam non egrediuntur.
26 Fundus dominans vel ſeruiens.
27 Fundus etiam populos & alia complectitur.
28 Confeſſoria & negatoria cui dentur. & num. 29.
30 Diſtinctio noua in confeſſoria & negatoria.
31 Rei vendicatio in quibus caſibus poſſeſſori detur.
32 Reus rei vendicatione conuentus non habet actionem qua petito rem dominum eſſe neget.
33 Libellus in actione confeſſoria.
34 Cautio de non turbando in ſeruitute.
36 Vſufructuarius qualiter confeſſoria agat.

HABET hic §. pulchram & vtilem materiam, & non vbique facilem: & rectè ſequitur præcedentem, ſcilicet quòd hic actiones in rem tractentur, ſed differenter: quia ſuprà de actionibus in rē diſſeruit quæ ſuper re corporali dantur, hic autem quæ de rebus incorporalibus, puta ſeruituti-
1 bus. Pro euidentia præmittimus, † ſeruitutum duo eſſe genera: ſunt enim perſonales aliquæ, ideò dictæ perſonales, quia perſonæ debētur, ſed à re: quapropter nominari ſolent non merè perſonales, vt eſt vſus, vſufructus, & habitatio, de qui.
2 gl. l. ſi quis binas. ff. de vſuf. Dicitur autē † vſus, quādo ius vtēdi alicui datur, quod vti poſsit prædio vel domo ad neceſsitatem: de quo habetis ſufficienter in l. plenum. ff. de vſu &
3 habit. At † vſuſfructus plenior eſt, quia datur ius & facultas vtendi

vtendi & fruendi prædio vel domo:is poteſt fructus vendere, poteſt ſeruare,omnes leuare,locare alteri vt fruatur, & quicquid omnino ad plenitudinem fruendi pertinet, ſalua rei ſubſtantia:de quo habetis in tit.de vſufructu.per diſcurſum, & per alios tit.In omni autẽ fructu ineſt vſus,ſed in vſu non ineſt fructus.† Habitationis ſeruitus eſt ius habitãdi in ædibus alicuius,ſimile vſui:de qua in d.l.plenum. Et qui habet habitationem,poteſt habitare cum vxore ſua,cum liberis,cũ tota familia,poteſt etiam recipere hoſpites.d.l.plenum . Sũt præterea ſeruitutes† reales quæ à re,rei debentur,id eſt, ab 5
vno fundo alteri vicino fundo,vt eſt ius eundi.Si datur à vicino mihi facultas vel meo fundo , quod poſsim ambulare, agere per fundum ſuũ,iſta dicitur ſeruitus realis, quia à re, id eſt,à fundo vicini,datur rei meæ,id eſt,fundo meo.Et fundus vicini qui debet ſeruitutem,dicitur † prædium ſeruiens 6
vel fundus ſeruiens:ſed fundus cui debetur ſeruitus , dicitur prædium dominãs.ſuprà de ſeruitu.§.ideò autem hæ.Quæ ſeruitutes reales partim ſunt vrbanæ,& partim ruſticæ,ſicuti infrà per Imper.enumerantur. Sed circa hoc dubitatur,an † operę & miniſteria ſeruorum etiam inter ſeruitutes cõnu 7
merentur.Iaſon hic ſe plus diffundit quàm vtile erat. Certũ eſt quòd non ſint ſeruitutes reales,ſcilicet quę ſtatum & conditionem perſonarum reſpiciant,de quibus audiemus in §. præiudiciales.infrà.Fatuum eſſet dubitare an iſtæ operæ inter ſeruitutes reales cenſerentur, cum ſint pura miniſteria perſonarum.Hoc concedimus,quòd numerentur inter ſeruitutes perſonales,ſaltem in vtilitate percipiendi,non quòd competat confeſſoria in rem,ſicut in ſeruitutibus realibus, ſed quia commoditas fruendi operis,fructum refert.Hoc eſt quod dicit I.C.in l.fructus.ff.de op.ſer.fructus eſſe in operis & operas in fructibus.De hoc videte gloſſ.variantem in l.ſi quis binas.ff.de vſufruct. Secundo præmitto vobis pro euidentia,† duplicem eſſe actionem in rem proditam pro iuri- 8
bus incorporalibus,id eſt, ſeruitutibus, videlicet confeſſoriam & negatoriam.Super huiuſmodi actionibus Doc.non poſſunt facere finem quomodo deſcribant.Doct.hic & in l. ſi priuſquàm.poſt Bar.ibi.ff.de op.no.nun. Placentinus putabat quòd confeſſoria ideò diceretur,quia daretur verbis affirmatiuis:& negatoria ideò,quia daretur negatiuis verbis.

Doct.communiter recedunt ab iſta reſolutione, quia etiam negatoria poteſt fieri verbis affirmatiuis. Vnde glo. hic bene docet, ſe non adſtringi ad verba, ſed effectum attendi, vt cognoſcatur hæc ab illa, quibuſcunque verbis hoc fiat. In ſum-
9 ma tu dices, † confeſſoriam tunc dici, cùm actor aſſerit ſibi
10 vel prædio ſuo ſeruitutem aliquam deberi. Sic viciſsim † negatoria, quando aſſerit actor & contendit prædium vel domum ſuam eſſe liberam ab aduerſario, & petit aduerſarium moleſtantem compelli & condemnari vt deſiſtat, & declarari quòd ei nulla ſeruitus ad fundum meum debeatur. Ecce iſtæ ſunt duæ elegantes actiones quas hic enumerat Impe. & elegantiùs Iureconſult. in l. ij. ff. ſi ſeruit. vend. de quibus actionibus poſteà latiùs dicetur. Præmiſsis euidentialibus, licet Doct. hunc pulchrum §. variè diuidant, & fortè non tam diuidant quàm lacerent, ego tamen ſecutus Iaſ. diuido eum in
11 quatuor partes. † Prima tractat de confeſſoria. Secunda ibi: Contrà quoque: de negatoria. Tertia ibi: Quod tamē genus: ponit differentiam inter corporales & incorporales res, quo ad agendum. Quarta ibi: Sanè vnò caſu: excipit vnum caſum. Dicite breuiſsimè in ſumma: Aſſerenti ſeruitutē perſonalem vel realem in rem, confeſſoria datur: neganti, negatoria. Et quamuis in re corporali poſsidenti nō detur actio, niſi vno caſu, tamen in incorporalibus poſsidēti datur. Pro caſu qui non eſt difficilis declaremus tex. Cum Imp. iam tractaſſet de actiōibus realibus, pro re corporea, rectè ei occurrerūt ſeruitutes, quę ſunt res incorporales. Et meritò dubitatur, quæ actio pro eis competeret cùm eſſent incorporales, quæ vendicari non poterant. Vnde Imperator volens etiam
12 eum nodum explicare, mox ab initio dicit: Si † aliquis agat vel intendat ſibi ius eſſe vtendi & fruendi aliquo fundo, competet ei actio in rem confeſſoria. Deinde dicit: Sin verò aliquis intendat ſibi ius eſſe ad fundū ſuū eundi per fundū vicini, vel agēdi vel aquam ducendi, quæ ſunt ſeruitutes, & ei cōpetet in rem confeſſoria. Porrò & in prædijs vrbanis, in ſeruitutibus prædiorum vrbanorū, eadem ſentimus, quòd iſta actio competat: ſicut ſi aliquis intenderet, ius, id eſt, facultatem ſibi eſſe altius ædes tollendi: vel ſi intenderet ſibi ius eſſe proſpiciendi, id eſt, quòd haberet latum proſpectū, ſicut ego habeo in ædib. meis per totam plateam: vel ſi intēdat aliquis

ius ſibi eſſe proiiciendi aliquid in fundum tuum: vel ſi intendat aliquis ius ſibi eſſe immittendi tigna, iniungendi trabem in parietem alterius: hoc quomodo intelligatur ordine dicam. Deinde Imp. in ſecunda parte declarat, ſi † actor inten- 13
deret tibi ius non eſſe vtendi, fruendi fundo meo, tibi ius non eſſe ambulandi, agendi per agrum meum, tibi ius non eſſe altius tollendi ædes tuas, & ita de cæteris ſeruitutibus ſuprà enumeratis: quia vt dicit Imp. tunc proditæ ſunt actiones negatiuæ, vel negatoriæ, per quas aſſeratur libertas fundorum vel domorum actoris. Cæterùm Imp. reſpondet tacitæ dubitationi. In quo tamen plus differant actiones in rem corporales, & actiones in rem pro ſeruitutibus, poteſtne vlla notabilis dari differentia? Imp. valde not. partim dicit, partim ſignificat hanc eſſe differentiam, quia in actione reali pro re corporea, is qui poſsidet rem non poteſt eam vēdicare, non poteſt eam actione reali petere, ita quòd contenderet iſtam rem quam poſsidet nō eſſe actoris, ſed ſuam: hoc in actione reali non eſt receptum, quòd poſsidenti detur actio. Nam is qui nō poſsidet, petere rem poteſt actione reali. Hoc ſignificatur per Imp. licet non dicatur, aliud eſſe in ſeruitutibus in rebus incorporalibus, quia poſsidenti datur actio vel confeſſoria vel negatoria: poſsidenti, intelligite fundum ſuum, cui aſſerit deberi ſeruitutem, vel quem aſſerit liberum eſſe à ſeruitute. Iſte actor licet poſsideat fundum dominantem, tamē agit actione reali, non pro fundo quem poſsidet, ſed pro iure ſeruitutis. Iſta eſt pulcherrima differentia, & tertia pars. Non poſsidenti datur actio in corporeis, poſsidenti datur actio realis in incorporeis. Vno tamē caſu dicit Imp. poteſt poſſeſſor rei corporeæ actione reali intendere, ita quòd poſſeſſori detur actio in rem: in quo remittit ſe Imper. ſine alia declaratione ad libr. Digeſtorum, vbi latius hoc explicatur.

Coll. primo, quòd licet ſeruitus vſusf. ſit perſonalis, tamē quia à re datur, actio in rem cōfeſſoria pro ea cōpetit. Et idē dices in ſeruitute vſus & habitationis, quę etiā ſunt perſonales, vt ſuprà diximus. Vnde ſi tibi cōſtituta eſt ſeruitus vel ius vtendi & fruēdi, vel ſolū vtēdi, aut ius habitādi, ſi moleſteris, etiam per dominum fundi, cuius eſt proprietas fundi, habes actionem in rem confeſſoriam cōtra eum, imò contra quēcunque impedientem, quiſquis ille ſit qui impediat vtētem,

14 fruentem,habitantem,aut moleſtias ei inferat. Hæc eſt † natura confeſſoriæ, quòd non datur ſolum contra dominum impedientem,ſed contra quẽcunque.habetis tex.in l.vtifrui. §.j.ff.ſi vſusfruct.pet. Si tamen ſeruitus aliqua realis deberetur fundo fructili, puta via ad fundum, vel aliqua alia ſeruitus,hoc loco fructuarius non haberet confeſſoriam,nõ poſſet agere contra vicinum qui viam vel iter negaret. Dico,nõ poteſt agere confeſſoria, per quam diceret ſeruitutem itineris ei deberi,quia † ſeruitutis non eſt ſeruitus: accidentis nõ
15 eſt accidens,dicunt Logici.l.j.ff.de ſeruit.leg.Cùm ergo vſufructuarius habeat tantummodo ſeruitutem fruendi in fundo,non poteſt ei ſeruituti aſſerere aliam. Et quomodo ergo ſubuenietur contra vicinum moleſtantẽ?an erit inutilis vſuſfructus?text.elegans & pulcher hoc prouidet in l.j.ff.ſi vſuſfruct.pet.& ibi gl.& elegantius Bal.qui ponit formam agendi, quam poſtea ſuo ordine docebimus.Secundo col. † quòd
16 iuseundi per fundum vicini,vel aquã per fundũ ducere,ſerui tutes ſunt ruſticæ: quod intellige & diligẽter notato, ſi nudo fundo,ſolo vel nudo prædio,aut terræ in quo non eſt ædificium,iſta iura debeantur,eundi,agendi, ambulandi &c. tunc dicuntur ruſticæ. Cæterùm ſi in fundo dominanti, id eſt, in prædio cui debetur ſeruitus,ſit ædificiũ,tunc iſta dicetur ſeruitus vrbana.Vnde qui ſeruitutem ruſticã ab vrbana, & hãc ab illa diſcernere velit, inſpiciat fundũ dominantẽ, cui competit ſeruitus.Nam ſi in eo eſt ædificiũ,tunc vrbana eſt,etiã ſi ruri ſit,etiam in agro,nihilominus dicetur vrbana ſeruitus propter ædificium in fundo ædificatum.Sin verò prædiũ nudum,fundus aliquis nudus in vrbe ſit cui debeatur ius eundi &c.iſta dicetur ruſtica,quamuis fundus vrbanus ſit.ita eſt gl. eleg.in l.j.in verb.areã.ff.de ſeruit.vrb.gl.in l.pater filiæ.in verbo, plenum.ff.de ſeruit.leg.& hoc per Doct.latius traditur,qui dicunt hoc eſſe notandum.Per hanc doctrinam nouè † limitauimus l.qui viam.ff.de ope.no.nunt.in Intellect.
17 meis.verſicu.ſuper ratione. Tertio coll. † ius altius tollendi
18 vrbanam eſſe ſeruitutem. Poteſt ita dari ſeruitus,quòd tibi altius tollere & ædificare liceat. Sed opponitur fortiter: Nónne quilibet poteſt altius ædificare, etiam vſque in cælum (vt ita loquar) iure libertatis?l.altius.C.de ſeruit.& aq. l.cum eo.ff.de ſerui.vrb.Quid ergo, per Iouem,hic pro ſeruitute

uitate adducitur?ad quid vtilis mihi erit iſta ſeruitus ſi vicinus dicat,dabo tibi facultatem altius ædificandi? Nónne ſuperflua erit hæc ſeruitus? Quid enim tu mihi das,quod alioqui mihi competit? Ecce hoc difficile contrarium præſtrinxit oculos gl.in verb.altius.id eſt,vt ad hunc nodum ſubſiſteret.Din.hic dat aliud exemplum , & aliam ſolutionem deridiculam & impertinẽtem,quam non curo referre, ne fruſtrà tempora occupemus,& tamẽ Iaſ.eam ſequitur.Quid vos diceretis? quò mihi iſta ſeruitus? Tu dic facile ex ſententia Io. Fab.quòd quamuis cæteris paribus,verũ ſit, cuilibet eſſe libertatem altius ædificandi pro libito,tamẽ hoc non eſt perpetuum:ſiquidem in ciuitatibus bene inſtitutis, ſicut Florentiæ eſſe dicitur,certa mẽſura & certa forma eſt domib.& ædificiis cõſtituta,vltra quã nemo poteſt altius ædificare, quod etiam eſt in quibuſdã ciuitatibus Sueuiæ. Nemo altius ædificare, dico, inuito & cõtradicente vicino. Si hoc caſu vicinus vicino indulgeat, concedat facultatem altius tollendi domum ſuam,iſte alius iure ſeruitutis altius tollit,& non libertatis naturalis,ſiquidem impoſita eſt ſeruitus per vicinũ, quapropter altius tollere non fuit liberum , vbi ceſſabat regula in l.altius.ſed tantummodo iure ſeruitutis altius ædificare poterat.Hoc eſt inſigne exemplum Io.Fab.quod videtur accepiſſe ex glo,in l.qui luminibus.ff.de ſeruit.vrb.quæ gloſſ.ibi melius loquitur quàm hic in præſentia. Et licet Iaſ(vt cum venia loquar)merus iactator , dicat hoc loco defeciſſe illuſtre & nobile ingenium Io. Fab. putans quòd hoc caſu,cum vicinus vicino cõcedit facultatem &c. iſte vicinus iure libertatis ædificet,domus ſua ſit erepta in libertatem,& non iure ſeruitutis:quod certe falſum eſt,ſicuti ad ſenſum patet.Nam quid magis contrarium eſt quàm libertas ſeruituti,& ſeruitus libertati? Iſta enim ſunt oppoſita fronte cõtraria.Si ergo vicinus conceſsit iure ſeruitutis , quomodo poteſt dici libertas ? Nam libertas naturalis altius tollendi,per hæc ſtatuta municipalia in domibus funditus eſt extincta,ita quòd ab initio,in ipſa origine non dicuntur liberæ,propter ſtatutum.Ergo in libertatem quam nunquam habuerũt iſtæ domus redire non poterant.argu.l.decem.ff.de verb.obligat. Et ſic Iaſ.non ſolùm defecit,ſed in vtranque aurem dormitauit.Propterea poſſunt dari exempla quotidiana,quia ſæpe

Iaſon reprehenditur.

ſit quòd vicinus ædificare non audeat, ne obſcurentur lumina vicini, ne proſpectui noceatur: & ſæpe per ædiles ædificare altius prohibetur, ne vicino incommodetur. His & alijs caſib. quorum plures poſſunt emergere, ſi vicinus facultatē dederit vicino altius tollendi, nónne eſt etiam ſeruitus altius tollendi vicino? Vide in hoc intell. meos. Tu nouiter adde
19 aliam mirabilem ſeruitutem, quā poteris nominare † ſeruitutem ædificii non deprimendi, vel ædificii non deſtruendi. Iſtam ſeruitutem vicinus vicino dare poteſt, quòd ædes ſuas non velit deſtruere nec deprimere interius, ideò ne plenus fulgor ſolis preſsius deuoluatur in ædes ſuas. Eſſet enim magnum incommodum, qui habes domum ciuiliter opacam, quòd ædes vicinæ tollerentur, vt pleno lumine ſol deuolueretur in ædes vicini. Iſtam ſeruitutem eleganter habes in l. ſi arborem. §. interdum. ff. de ſeruit. vrb. vbi dicit text. pulchrū verbum, Sæpe enim ædificiis gratum eſt non habere ſolem. Hæc ſeruitus poteſt eſſe commodiſsima mercatoribus, qui pannos & merces vendunt aliquando vitioſas: opacāt enim tabernas ne ſol adfulgeat, & ne vitia pannorum videantur. Ipſi autem excuſant ſe, dicentes ſolē nocere coloribus, vt rectè Bald. dicat in c. cum cauſam. de teſtibus, O quò vadit anima mercatoris? Et hāc ſeruitutē glo. hic in verb. altius. duobus verbis ſignificauit cum dicit: Vel ſeruitus eſt, ædificatum habere. Quod verbum non intellexit Din. nec ad hoc aduerterūt Doct. Poteſt etiam hæc ſeruitus eſſe ruſtica, ſi forte ruri ager ſit circūſitus arboribus, ſicut eſt in ſaltibus æſtiuis in quibus adumbrantur pecora. Ecce illic poteſt ſeruitus imponi ne vicinus arbores tollat, vt preſsius ſolis fulgor deuoluatur. ita eſt text. in d. l. ſi arborem. ad fin. Quarto coll. quòd
20 † ius proſpiciendi, ſeruitus eſt vrbana: hoc eſt, habere proſpectum aliquanto latius, non ſolum vt cælum videatur, ſed vt procul ſpectemus etiā alia ædificia. Hanc dominationem habet domus mea, nec quiſquam poſſet mihi proſpectum au
21 ferre, niſi ei eſſet impoſita ſeruitus. Eſt autem † differentia inter ſeruitutem proſpiciendi, & ne luminibus officiatur. Nam ſeruitus dominās proſpicere latius, patet vt iam dixi. At ſeruitus ne luminibus officiatur, intelligitur lumini cæleſti, quod ex cælo habetur. Vnde nō officere luminibus tunc dicimur, quando damus vicino tantum ſpatii vt cælum videat:

proſpe

proſpectus autem eſt, vt ſuprà diximus, latior. ita Bart. poſt gl. in l. inter ſeruitutes. ff. de ſeruit. vrbanis. Cæterùm habere ſeruitutem luminis, aliud eſt. Nam quando vicinus cogitur habere feneſtram apertam, foramen in muro apertum, etiam ſi cælum non videatur, tamen ſatis eſt habere lumen, vt aliquādo lucidior ſit domus. Talem feneſtram habuit Doctor Ioannes Oderheim in ædes meas quas tūc habui, ego tamen obſtruxi, quo caſu tota ſua domus eſt tenebroſa reddita. Hæc habentur in l. luminum. & ibi gloſ. & in l. lumen. & ibi Bart. ff. de ſeruit. vrban. Sunt quaſi tres gradus comparatiui: Proſpectus eſt latiſsimus: Officere luminibus, minus latum: Seruitus luminis, tota arcta & ſtricta. Quinto collige, † ſeruitutem proiiciendi hic cenſeri inter ſeruitutes vr- 22
banas: quod dupliciter intelligitur: Aut eſt proiiciendi ſeruitus cum habitatiunculas prominulas exporrectas habemus ex muro: dicitur ſeruitus proiiciendi, quia iſtæ habitatiunculæ, quæ † mœniana nominamus, ita proiiciūtur extra mu- 23
rum, ac ſi in muro non requieſcant. ita dicit eleganter Iureconſultus in l. malum. §. inter proiectum. ff. de verborum ſignificat. Alio modo eſt ſeruitus proiiciendi aliquid, ſicut hic expreſſe dicit Imperator, hoc eſt, cùm ius ſit alicui ex ædibus ſuis proiicere aquam vel fimum in ædes vicini. Et hoc modo intelligēdus eſt text. noſter. Ego Zaſius cogor excipere purgamēta plateę per riuum qui in ædibus meis perlabitur. Sic poteſt ius eſſe vicino quod apponat fimum ſuum, ligna ſua, puluerem ſuum proiiciat ad murum vicini, vel in atrium, in curiam, aut in aream vicini. Hæc ſeruitus eſt aſsidua & frequens, propterea notanda: tamen ſi ratio conſtat Barth. Cepollæ in tract. Seruit. vrbanarum, cap. xxxj. tunc non poteſt conſtitui ſeruitus, vt liceret mihi ſtercora, vrinam, vel alia fœtida proiicere in curiā ſeu ædes vicini: quod eſt nota dignum. allegat gl. in l. ſi §. ſi ſtercus. ff. quod vi aut clàm. vbi gl. hoc ſignificauit tacitè, allegat gloſ. l. ſi alius. §. ſi quis aceruum ſtercoris. ff. quod vi aut clàm. l. pen. ff. ne quid in loco publ. vbi eſt arg. à remotis. Certe ego cogor cloacā ſuſtinere per riuum qui in ædibus meis profluit, cloacam dico publicam: verùm ſordes per riuum proluūtur, & ſunt cuſtodes deputati qui riuum mūdent: pro quo eſt argum. in l. iij. §. eodem libro. ff. de ſeruit. ruſt. vbi ſeruitus conſtituta

eſt

eſt vel conſtitui poteſt. Quòd ſi fundus meus habeat lapidícinã,& immineat fundo tuo,cum lapides fodio poſſum puluerem & terrã effoſſam proiicere in fundum tuum,dummodo tamen exportem ex fundo : quo caſu ſeruitus proiiciendi eſt ruſtica propter fundum dominantẽ, cum ſuperiori loco ſit vrbana. Et ita habetis bene declaratam ſeruitutem iſtam proiiciendi. Conſequenter ex prædictis collig.ſexto,quòd in omnibus ſeruitutib.ſuprà enumeratis, ſiue ſint perſonales ſiue reales,vrbanæ vel ruſticæ, ſi quis in eis indebitè turbaretur aut moleſtaretur, cõfeſſoria in rem experiri poteſt, non ſolum cõtra eum cuius prædiũ ſeruit, ſed etiam contra quemcunq; aliũ turbatorẽ vel impedientẽ,gl.in l.apud Trebatium.§.idemq; Trebatius.ff.de aq.plu.arc.& eſt text.in l. ſi quis diuturno.§.ag1.ff.ſi ſeruit.vendic. Verùm de cõfeſſoria ſuprà in euidentialibus diximus, & inferius in practica latius dicemus. Sed inter hæc aduertendũ eſt etiã alias eſſe

24 † ſeruitutes quæ notiſsima cõſuetudine Germaniæ noſtrę, & fortè in Gallia obſeruãtur,vt eſt ius venandi,aucupandi in tuo fundo,hauriendi aquã ex puteo tuo, piſcandi in flumine tuo,ligna ex ſylua tua ſecãdi,paſcua pecorũ, & multa his ſimilia,quæ aliquãdo dominis cõpetunt, etiã ſi vicina prædia habere non videantur. Hic dubitatur nõ immeritò,an huiuſmodi iura ſint ſeruitutes,vel an pacta perſonalia.gl.in l.pecoris.ff.de ſeruit.ruſt. & in l.vt pomũ. ff.de ſeruit.in l.apud Iulianũ.aliàs,idem Iulia.§.ſi quis alicui.ff.de leg.j in l.veluti ff.de ſeruit. ruſt. Bart.in l. Mela.ad fi.ff.de alim.leg.& in multis alijs locis dicunt gll. & Doct.huiuſmodi ſeruitutes

25 eſſe iura vel † pacta perſonalia:quod ſi verũ eſſet, interirent cũ perſona, nec perſonã egrederẽtur.l.ſi vnus.§.ante omnia ff.de pact.Bal.in l.fi.C.de cond.ind.putat eſſe ſeruitutes perſonales,& non reales.At ſic incideremus in eaſdẽ difficultates.Io.Fab.hic dicit eſſe ſeruitutes,intelligit de realibus,& dicit ita ſeruari vſu, fortè in Gallia : quod ſecutus ſum in Intell.meis.§.ſunt iura.Imo dico indubitãter,huiuſmodi iura eſſe ſeruitutes reales,ſed fortaſſe innominatas, & ita cõſuetudine notiſs.Germaniæ ſeruatur:nam ſunt perpetuæ,& ad hęredes extẽduntur,& ſequũtur quẽcunq; poſſeſſorẽ fundi ſeruientis,ſicut aliæ ſeruitutes reales. Nec ad rem pertinet, quòd à re rei non videantur cõpetere, imò probabiliter teneri,

neri, dici & defendi poteſt, eas à re rei deberi. Cùm enim ſeruitutes huiuſmodi plerunq; debeantur à vicino prædio ciuitatibus, monaſterijs, caſtris, villis, nobilium familiæ, conſequens eſt quòd in huiuſmodi ſeruitutibus non ſolùm extet † fundus ſeruiens, ſed etiã fundus dominans (iſta nunquam 26
ſunt audita) nempe † ciuitas, cõmunitas, monaſteriũ, vicus, 27
caſtrum, villa, & ſic de aliis, quæ loca rectè nomine fundi veniunt, & in fundo dominanti cõputabuntur. Nam & Cic. in oratione pro Marcell. totos populos fundos nominat, à fundo. & gl. in l. ſi fur. in fin. ff. de vſucap. partẽ fundi mundũ appellat. Et licet in prædictis ſeruitutib. cõmoditas perſonis quæratur, prędij tamen dicetur, non perſonarũ, vt voluit in ſimili gl. & in l. j. in verb. cõputãda. de ſeruit. ruſt. quę eſt gl. ad hoc not. & fa. elegans gl. in l. ij. in verb. cloacam. ff. eo. tit. quæ gl. (audite mirabilem gl.) colonos agri mei tanquam fundũ dominantẽ exiſtimat. Vide de hoc intell. meos. Itaq; nemo tumultuetur ſi huiuſmodi iura Germaniæ & Galliæ, ſeruitutes reales, cõtra cõmuniter doct. dixerim: quibus conſequens eſt, quòd pro eis aſſerendis actio in rem cõfeſſoria cõpetat: quod eſt nota dignũ. Deniq; per hoc ardua quæſtio reſoluitur, quæ quondã inter Placentinos & Paduanos fuiſſe dicitur. Nam Veneti cõceſſerant Placentinis tranſitũ liberum per aliquem pontem abſq; ſolutione vectigaliũ: poſtmodũ iſte pons factus eſt de dominio Paduano, qui Paduani vectigalia à Placentinis petierunt: cõtradicebant Placentini, cõtendentęs eam ſeruitutem eſſe perpetuam. Bal. in d. l. fin. C. de cond. indeb. videtur pro Placentinis decidere: quod certe probabile eſt per ea quę ſuprà diximus, vt ciuitates iſtę pro prædiis ſeruiẽte & dominante capiantur. Septimo coll. ex tex. noſtro, quòd è cõtrario † actio in rem negatoria datur in omnibus ſuprà allegatis iuribus domino fundi, vel ei 28
qui ius in re habet, vt eſt creditor, ſi contendã vicino ius nõ eſſe vti ſeruitute in fundo meo, vel in quo ius habeo, vt creditor in pignore. Et ſecundũ verum intellectum tex. noſtri, iſta verba, Ius non eſſe, repetẽtur ad omnes ſeruitutes ibidẽ nominatas: licet gloſ. in verb. altius. ij. ſe non firmet. Ex quo textu diligenter notabis, quòd qui agit contra vicinũ ei ius nõ eſſe altius tollendi, quòd talis agat actione negatoria, id quod Imperator hic apertè voluit. Sed fortiter cõtra eſt l. ſi

priuſquàm

priuſquàm.ff.de op.no.nunt.vbi ſecundum gl.& doct.deciditur,dictam actionẽ,tibi ius non eſſe altius tollẽdi,eſſe con feſſoriam,licet negatiuis verbis conceptã:quod & ego tenui in d.l.ſi priuſquàm.Gl.hic neſciuit quid diceret,vnde quędã abſurda miſcuit,quæ cõmuniter à Doct.reprobantur. Sed nec vllum Doct.adhuc inueni,qui hunc grauem nodum diſſolueret.Quomodo enim pro vna ſeruitute altius nõ tollendi,duæ contrariæ actiones competere poſſunt? Vnde aduer
29 te:† quia aliquando domui meæ debes ſeruitutẽ, quam tuis ædibus impoſuiſti ne altius tollas eas:aliquando eam ſeruitutem præſcripſi,videlicet cùm tu cœpiſſes altius ædificare, ego te prohibui ne ædificares, & tu paruiſti per decẽ annos inter pręſentes,iam pręſcripſi ſeruitutẽ dominantem, ne altius tollas,vt per gl.& Bart.in l.j.C.de ſeruit.& aq.Bar.in d. l.qui luminib.de ſeruit.vrb. His vtriſq; caſibus cõpetit mihi cõfeſſoria,per quã peto decerni ne cõtra ſeruitutẽ mihi debitam facias vel ædifices.& ita loquitur d.l.ſi priuſquàm.Cęterùm ſi ſtatutis aut moribus ciuitatũ nõ liceret vltra menſuram ſtatutam ędificia tollere vel ædificare, eo caſu,ſi pergis ædificare,altius tollere,cõpetit mihi negatoria, de qua hic ſentit Imp.quia vſurpas tibi ius ędificãdi cõtra antiquã formam,nõ iure ſeruitutis,non vt facias cõtra ſeruitutẽ dominantem,ſed quia ędificas cõtra ſtatuta, hic ego nego tibi ius eſſe cõtra ſtatuta ædificãdi,quæ eſt vera negatoria.Et ſic difficilis nodus explicatur noua diſtinctione.Per prædicta etiã de duplici negatoria dici poſſe videtur:quia aliquando prædium meum in quo tu ſeruitutẽ vſurpas, eſt naturaliter liberum,& tunc clarè cõſtat quòd rectè negatoria cõtra te vtar: aliquando prædium meum ab initio tuo prædio ſeruiuit,ne altius tollerem,ſed præſcripſi libertatem, quia altius ædificaui,& ita ædificatũ tenui per longũ tempus, puta decem annorum,quo caſu præſcripſi ſeruitutẽ, ereptum eſt prædium meum ex ſeruitute:vnde ſi tu vſurpares denuò ſeruitutem,& me moleſtares, cõpetit mihi negatoria ex præſcriptione, ex præſcripta libertate, nõ ex naturali. Et ita mihi cõtigit cum vicino Doct.Oderheim, qui habuit ſeruitutem luminis ad ædes meas:obſtruxi lumen,feneſtram,& tenui per decem annos,iam peperi mihi libertatem.Hęc latius habẽtur in l.hęc
30 autem iura.ff.de ſeruit.vrb. Octauo coll. quòd † iſtæ actiones

nes confeſſoria & negatoria non dantur niſi domino fundi
dominantis vel quaſi domino, id eſt, habenti publicianam,
de qua §.ſequens differet:vel habenti ius in re,in prædio do-
minante, vt vſufructuarius, qui in fundo fructili habet ius
fruendi:nam ei datur confeſſoria.l.j.ff.ſi vſusfruct.pet. Item
& habenti ius pignoris in prædio dominante,vt eſt creditor
qui pignus poſsidet:nam poteſt aſſerere ſeruitutes pignori
debitas per cõfeſſoriã.l.ei qui.ff,de ſeruit. Et idem in omni-
bus iſtis perſonis dices de negatoria, ſi fortè negatur ſerui-
tus à prędio. Hoc loco gloſ.multũ improuidè errauit in ver
bo,altius.ij.quæ nominat & vſufructuarium & creditorem
quaſi dominos:quod vſqueadeò non eſt verum, quòd Din.
putat hoc adiectum eſſe vitio ſcriptoris. Nono collig.quòd
in rebus corporalibus poſſeſſori nõ datur actio ſeu rei ven
dicatio. Cæterũ in incorporalibus, vt ſunt ſeruitutes,actio
in rem competit poſsidenti. Nam poſsidens fundum domi-
nantem,habet confeſſoriam,vel negatoriã : quod certè non
eſt mirum,quia iſtæ actiones non dantur ad ipſum fundum
quẽ poſsidet actor,ſed ratione iuris, quod actor aſſerit vel
negat deberi fundo:quæ eſt ratio viua eius quod dicit Impe-
rator. Et quanuis dixerimus poſsidenti fundum non dari
actionem realem,ſunt tamen certi caſus in quibus etiã poſ
ſeſſor poteſt vti rei vẽdicatione. Et† primus caſus eſt quan 31
do dominus & poſſeſſor petũt rem à detentore:ſicut eſt cùm
res fuerit commodata alteri,cùm res fuerit depoſita apud al-
terum,cùm fundus fuerit locatus colono : in iſtis caſibus is
qui commodauit,depoſuit,locauit,remanet dominus & poſ
ſeſſor. Quanuis ego tibi commodauerim codicem, tu non
poſsides, ſed ego poſsideo : cæterùm tu detines ſicut aſinus
ſellam:hoc loco poſſem rem meam vendicare à te : ita in l.
rei.ff.commod. De depoſito habetis l.licet §.fin.ff.de poſ.
De locato habetis textum in l.non ſolum.§.idémque iuris.
ff.de vſucap. Iſta iura hic alleg.gl.in verb neget. Secundus ca-
ſus eſt in duplicibus iudiciis : ſicut eſt famil.erciſ.quæ datur
inter hæredes:communi diuid.quæ datur inter ſocios cùm
volunt diuidere , à communione recedere : & fin . regundi
cùm de finibus eſt contentio inter vicinos. Iſta dicuntur
duplicia iudicia , quia in eis vterque litigator eſt actor &
reus. Nam quando hæredes accipiunt arbitrum coram quo
diui-

diuidant,actor petit ſibi adiudicare portionem quam poſsidet.Itidem etiã reus poteſt agere ad partem quam poſsidet. text.eſt elegans,& ibi not.gl.in l.j.ff.famil.erciſc. Sic in cõmuni diuid.cùm ſocij volunt à cõmunione diſcedere, quilibet petit quòd arbiter adiudicet ei partem quã iam diu in manibus habuit & poſſedit.arg.d.l.j.Sic in finibus regũdis, quilibet vicinus petit ei adiudicari hanc glebam terræ,hanc portionem,quam diu poſſederit:ad hoc contendit vterque. Ecce iſte ſecundus caſus dat poſsidenti actionẽ ſaltem miſtam.Et ita exẽplificauit gl.hic in dicto verb.Neget,cùm dicit Imperatór,Vno ſanè caſu qui poſsidet &c.Sed nõ omnibus placet hoc exemplũ ad textum Imperatoris. Vnde gl. alternando dicit,tunc dari poſsidenti actionẽ realem,quum reus conuentus per actorem ſeſe opponit,cõtendens ſe eſſe dominum:& hoc facit via exceptionis,non tanquam actor, ſed tanquam excluſurus intentionem agentis. Et hoc poteſt quilibet reus conuentus rei vendicatione, & vſqueadeo poteſt,vt Imperator in §.ſuprà proximè precedẽti dixerit,Poſſeſſor autẽ dominum ſe eſſe dicat:poſſeſſor,id eſt,reus conuentus qui poſsidet,dicat ſcilicet excipiendo ſe eſſe dominũ, & non actorem.Ecce dicunt Petrus de bell.pert. & Io.Fab. Imperatorem hunc tertium caſum intellexiſſe (ſcrupuloſa litera)cùm dicit, Sanè vno caſu, ſcilicet cùm reus via exceptionis ſe cõtendit dominũ:quod mihi veriſsimum videtur, & quòd Imperator non exemplificauerit in duplicibus iudiciis,quæ ſaltem miſta ſunt,& non purè realia. Et argumento eſt nobis Imperator in dicto §.præcedenti,vbi poſſeſſori indulget quòd poſsit dicere ſe dominum, quæ ego nouiter pro declaratione addidi. Ex iſta doctrina habetis ſingulariter notare,quòd eſt nouum dictum meum,quòd † reus conuentus rei vend.non poſſet principali actione reconuenire actorem,& ſe prætendere eſſe dominũ.Hoc eſt quod Imperator hic dicit,& nemo aduertit.Ei verò qui poſsidet nõ eſt prodita actio per quam neget rem actoris eſſe:ſubaudite,actio principalis per reconuentionem reo non datur, ſed ex obliquo:minus principaliter, in modum defenſionis ,excipiendo reus poteſt dicere ſe dominum.Ita intelliguntur verba in d.§.præced.dicta,quæ duæ orationes ineuitabiliter videbantur contradicere, ſcilicet quòd vno loco dicit Imper.

32

quòd

quòd poſſeſſor, id eſt, reus conuentus ſe dominum eſſe dicat. At hoc altero loco dicit, ei qui poſsidet non eſſe actionem proditam. Iſta duo contraria diſſoluite, vt iam diximus. Tādem videndũ eſt de practica huius tituli. Et primo † in cōfeſ- 33
ſoria narrabit actor, quòd licet ei ſeruitus itineris vel alia ad Practica.
fundũ ſuũ Tuſculanũ, cuius ipſe actor ſit dominus vel quaſi, vel in quo ius habeat, ſit cōſtituta, & ei debeatur qui actor fuerit, & ſit in poſſeſsione vel quaſi eiuſdē ſeruitutis, reus tamen impediuerit & turbarit eum, ſicuti etiam nunc impediat & turbet, ſaltem verbaliter, ne ea ſeruitute vtatur, propter quod ſua interſit in decem. Vnde petit actor decerni & declarari, reo non licuiſſe, neque licere eum impedire & turbare, & quòd dicta decem pro intereſſe ſoluat, ſalua taxa iudicis, eúmque deinceps in ſeruitute non turbet nec impediat, & quòd de hoc idonea ſatiſdatione caueat, dictúmque reum ad omnia & ſingula prædicta iudicialiter per ſententiam diffinitiuam condemnari, condemnatúmque compelli petit officio iudicis, vt ei ius & iuſtitiam adminiſtret, humiliter implorato: cum aliis clauſulis libellorum, de quibus ſuprà ab initio huius tit. diximus. Quòd autem petitur † cautio vel ſa 34
tiſdatio á reo, prouiſum eſt iure ciuili, in l. egi. in l. harum. ff. ſi ſeruit. vend. Deinde aduerte, in ſeruitute altius tollendi ita narrabit actor: Quamuis verum ſit, quòd cùm ex ſtatutis municipalibus vltra menſuram præſcriptam altius ædificari nō liceat, ipſe tamen reus eam ſeruitutem domui ſuæ impoſuerit, quòd actori altius tollere liceat: verùm nihilominus is reus actorem moleſtet, impediat, turbet in ſeruitute altius tollendi, ei ſpecialiter conceſſa. Vnde petit &c. Et per hanc pulchram formam defenditur doctrina Ioan. Fab. quam ſuprà dixi contra improuidam impugnationē Iaſonis. Nunc in actione negatoria actor narrabit, quòd quamuis ipſe fundum Titianum, ſitum in tali loco, longo tempore poſſederit & poſsideat pro ſuo & tanquam ſuum, vel quòd in eo ius habeat, quem fundum & ab omni ſeruitute quo ad aduerſariũ liberum eſſe dicat, ipſe tamen aduerſarius certo tempore contra voluntatem actoris & de facto, cùm de iure non poſſit, vſurparit ſeruitutem eundi &c. vel tigna in dictam domum immittendi, prout & iter vſurpet, & tigna immiſerit iniuſtè & illicitè. Et quamuis dictus reus per actorem ſæpe

requiſitus ſit, prout & in hoc libello requiritur, vt ab huiuſmodi vſurpatione deſiſteret, ſéque actorem in libertate domus ſuæ non moleſtaret, ipſe tamen recuſauit, in graue damnum dicti actoris: vnde petit per ſententiam decerni & declarari, dictum prædium ſuum, vel in quo ius habeat, ab omni ſeruitute, quo ad aduerſarium eſſe liberum, & præterea eidem reo vſurpationes huiuſmodi non licuiſſe neque licere &c. ſicut in ſuperiori libello concluſum eſt. Hic aduerte, quòd nõ otioſè inſeritur in hoc libello negatoriæ, quòd actor dicat prædium ſuum eſſe liberum quo ad aduerſariũ: quia fieri poteſt quòd fundus actoris ſeruiat alteri, ſit tamẽ liber ab aduerſario: & hoc eſt quòd vulgò dicitur, Aedes habeo liberas quo ad te. l. loci corpus. §. competit. in fin. ff. ſi ſeruit. vend. Simili propèmodũ tenore ages negatoria quo ad ſeruitutem altius non tollendi: & erit medium concludendi. Quamuis ſtatuta certam formam dederint &c. ne inuito vicino altius ædificetur: iſte vſurpando cõtendat altius ædificare, & ita moleſtare ſe actorem, cuius domus ſit ex ſtatutis libera, ne contra eam altius ædificetur: vnde petat &c. Quo
36 verò ad vſumfructum, cùm † vſufructuarius confeſſoria experitur, ſic narrabit actor: qualiter ei per aduerſarium ſit cõſtitutus vſusfructus ad fundum Titianum, vel per contractum, vel ex teſtamento, qui aduerſarius turbauerit & turbet, moleſtauerit & moleſtet eum quo minus poſsit pacificè vti & frui & requiſitus vt deſiſtat, hoc facere recuſarit iniuſtè & illicitè: vnde petat per ſententiam decerni & declarari ei hunc vſumfructum cõpetere, & aduerſario non licuiſſe neque licere &c. ſicut in ſuperioribus libellis. Hæc actio non ſolùm datur contra aduerſarium qui eſt dominus fundi, ſed etiã cõtra quemcunq; impedientem. l. vtifrui. §. j. ff. ſi vſusfr. pet. Supradictis omnib. ſic declaratis, noueris quòd confeſſoria & negatoria non ſolùm cõpetunt pro ſeruitutibus ſupradictis, ſed etiam pro aliis iuribus incorporalibus aſſerendis vel negandis, ſicuti eſt pro iuriſdictionibus, pro iure præſentandi, pro iure patronatus, pro decimis. Ioan. Fab. hîc allegat c. cõſtitutus. & ibi cano. de relig. dom. c. prohibemus. de decim. c. de quarta. de præſcript. cum ſimil. Bal. in rub. C. de vſufruct. Et ita cum gratia DOMINI imponimus finem huic §. Sequitur.

§. Sed

§. Sed iſtæ.

1 ¶ Diuiſio huius §.
2 Actio quando dicatur ciuilis vel prætoria.
3 Actio ciuilis quæ.
4 Ius prætorium quod.
5 Legitimum eſt quod ex legibus duodecim tabularum deſcendit.
6 Publiciana actio quæ & quid.
7 Publiciana quaſi domino datur.
8 Publiciana an etiam vero domino competat.
9 Rei vendicatio & publiciana quomodo inter ſe conueniãt & differãt.
10 Dominium quando cum vel ſine traditione tranſeat.
11 Publiciana quibus requiſitis competat.
12 Traditio quando ad transferendum dominium ſit neceſſaria.
13 Reſpublica & eccleſia quomodo publiciana vtantur.
14 Titulus in publiciana neceſſarius.
15 Bona fides quibus temporibus in contractibus attendatur.
16 Mala fides authoris an ſucceſſori nocere poſsit ne publiciana locum habeat.
17 Emptor licet fuerit bonæ fidei ab initio, tamen ſi fateatur malam fidem authoris, nunquam præſcribet, etiam ſi rem poſsideret: & ex conſequenti non vtetur publiciana.
18 Bona fides requiritur vt publiciana competat.
19 Non eſſe & non apparere, paria ſunt.
20 Loqui ſine lege rubor eſt.
21 Res proximi non concupiſcenda.
22 Conſcientia & animus noſter qualiter probentur.
23 Iuramentum ea quæ animo conſiſtunt, probat.
24 Iuranti non credendum, ſi ſit malæ famæ & malæ opinionis.
25 Titulus malus non releuat.
26 Pro hærede an ſit titulus poſsidendi.
27 Publiciana quibus caſibus contra dominum detur.
28 Publiciana pro amiſſa poſſeſsione competit.
29 Filius contra patrem famoſam actionem non intentet.
30 Libertus contra patronum temperet à famoſis actionibus.
31 Vaſallus contra dominum famoſa actione non experiatur.
32 Metus vel dolus non pariunt publicianam.
33 Publicianæ practica.
34 Mentiri permiſſum, & per Imperatorem edoctum, dicit Placentinus quod ementitum ait Zaſius.
35 Iure dominii vel quaſi, quomodo in libellis intelligatur.
36 Actiones contrariæ non admittuntur.
37 Alternatiua actio quando recepta.
38 Incertitudo probabilis non vitiat libellum vel actionem.
39 Diſtinctio Dn. Zaſii.
40 Libellus publicianæ.

SI E G O pergam ſequi Docto.tunc in multis menſibus nõ expediar. Circa ſexaginta columnas ſcripſerũt Fab.Aret.& Iaſ.ſi interim alios taceam quos non vidi. Nos ſumma per faſtigia tranſeuntes,tantum neceſſaria ad textum & ad publicianam, DEO iuuante,exequemur. Ergo Imp.hic latenter facit tranſitum ad actiones.prætorias, reales & perſona-
1 les:& primo de realibus diſſerit. Textum noſtrum† diuidite,ex ſententia Iaſ.in quatuor partes.In prima parte Imperator continuat ſe:deinde proponit duo exempla prętoriarum generalia:tertio loco exequitur prius exemplum in ſpecie, ibi:Nanque ſicut. Et tandẽ nomen & inuentorem eius actionis exprimit,ibi:Quæ actio.Doct.ſummãt hunc §.pro ſuo quiſque capite. Vos breuiter ſic ſummate: Per publicianam in rem prætoriam,bonæ fidei emptor poſſeſsionem à qua cecidit,ad vſucapionis commodum recuperat.Coll.ex textu
2 noſtro,ad inſpiciendum an† actio aliqua ſit ciuilis vel prætoria,debet inſpici & conſiderari perſona actoris,iuxta glo. hic,quia ex perſona actoris metimur ius,dicit tex.in l.j.ff.ſi pars hæredit.pet.& fa.l.ſi plurium ſeruus.in prin.ff.de noxalib.Din.tamen hic dicit quòd inſpiciatur origo & nõ perſona actoris:aduertendum eſſe ad originem actionis, tunc facile dinoſci ciuilis ſit an prætoria.facit bonus tex.in l.electio.§.j.ff.de noxalib.vbi dicitur prætoriã actionẽ dari ſi dolo malo deſinat aliquis poſsidere. Quicquid hoc ſit in quo altercantur Doct.iſta eſt veritas,quòd quamuis origo inſpiciatur ad cognoſcendam naturam actionum,ita quòd aliqua ſit origine ciuilis,tamen per extenſionem,per obſormationem, per ea quæ adduntur,adimũtur,poteſt actio origine ciuilis, dici prætoria:ſicut eſt in commodato:cõmodatum ęſt actio ciuilis,& tamen in ea prætor fecit edictum. Et ſic in compluribus alijs titulis inuenias:quod eſt notandum per vniuerſum ius ciuile.& fac.l.j.ff.de poſſ.hæred.pet.& l.j.ff.de fideicommiſ.hæred pet.vbi quamuis hæreditatis petitio ſit ciuilis,tamen prætor extendit ad bonor. poſſeſſ.& fideicommiſſum.
3 Secundo coll.† actionem dici ciuilem quæ ex quinque partibus iuris ciuilis producitur,ſcilicet ex lege xij.tabul.plebiſcitis,ſenat.cõſultis,reſponſis prudentũ,& conſtitutionib. principũ.ſuprà de iur.nat.gẽt.& ciui.§.ius autem ciuile.Sed

†edicta

† edicta magiſtratuũ;prętorum,pręſidũ,ædilium,nõminan 4
tur ius prætoriũ.Hic Doct.poſt Ang.de Aret.ſe multũ extendunt parũ vtiliter quo ad noſtrum titulum,ſtatuta Ducum, Marchionũ,Epiſcoporũ,an ſint iuris ciuilis an prætorij.Iaſon poſt multa concludit,ea eſſe iuris prætorij,ſi ſaltem iſti magiſtratus recognoſcant ſuperiorem. Tertio coll.hic textum declarando cùm dicitur:Et ſi quæ ſint ſimiles ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendentes.hic enim exponitur Et,pro id eſt.Et verbo † legitimarum actionum, intelliguntur ll.xij.tabul.Gl.hic declarat,quę ſint ita ſimiles actiones,& dicit,ex cõtractu vel quaſi,ex delicto vel quaſi:quó loco Din. anſam accepit calumniandi gl.quaſi etiã prætoriæ actiones dentur ex contractu vel quaſi &c.Sed non erat opus iſta calumnia,quia gl.intelligenda eſt ſecundum materiã in qua loquitur.Nam hic fit mentio de ciuilibus actionibus:vnde gl. dat exẽplum ex cõtractu vel quaſi &c.quæ ſunt ciuiles actiones.Quarto coll.ne in primo limine erremus in terminorũ cognitione,† publicianam actionẽ ſic poſſe diffiniri, quòd 6
ſit actio in rem prætoria,ratione iuris bona fide per traditionem quęſiti,pro vſucapione reponẽda.Eſt breuis & pulchra diffinitio:verùm Io.Fab.prolixè diffinit,quod hic Iaſõ.tractat per ij.col. Cæterùm non eſt vis facienda in huiuſmodi diffinitionib.legalibus,quia potius dicuntur deſcriptiones, notificationes à poſteriori ſumptæ,ſicut mos eſt rhetorib. Nam non tractamus diffinitiones logicas: quod bene attigit Philip.Beroaldus in princ.Tuſcul.quæſt.Cic.fa.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.vbi dicitur omnem diffinitionẽ in iure eſſe periculoſam.Quinto coll.† quòd ſicut rei vendica- 7
tio de iure ciuili domino datur,ita publiciana de iure prætorio poſſeſſori bonæ fidei competit,id eſt,quaſi domino:vnde verus & directus vel vtilis dominus vẽdicat directa actione vel vtili rei vendicationis, ſed quaſi dominus publiciana vtitur. Hic quæras vtiliter,† an etiam publiciana detur dire 8
cto domino:id eſt,an verus dominus,ſi fortè amiſit poſſeſſionẽ rei,poſsit eã recuperare per publicianam? Promptum eſt dicere quòd nõ.Quid enim ei publiciana? quid ageret ea actione qui propriam & principem actionẽ habet rei vendicationis? profectò publiciana eſſet ei ſuperuacua. Subtiles vltramontani Galli mirabiliter decidunt,verò domino etiam

competere publicianam: in qua opinione fuit Pet. Din. & Iacob. de Rauenna, ita quòd ſi verus dominus amitteret poſſeſſionem fundi, poſſet agere & cõcludere, quòd ipſe fuiſſet poſſeſſor bonæ fidei ex tit. & poſſet tacere ſe eſſe dominum. Et licet prætor vnum tantum caſum prouiderit, ſcilicet de non domino, nihil tamen noui vel abſurdi fieri, ſi hoc prætoris edictum extendatur ad verum dominum. Et mouentur pulchro argumento: nam prætor inuenit bonorũ poſſeſsionem ab inteſtato pro filijs emãcipatis, qui erant de iure ciuili incogniti, & tamen hoc edictũ prætoris extenditur ad ſuos hæredes, ad filios in poteſtate, qui ſi volũt, poſſunt accipere bon. poſſeſ. ab inteſtato. ſuprà de bono. poſſ. §. item ab inteſtato. Ecce iſta eſt opinio vltramontanorum ſubtilis, vtilis & pulchra. E diuerſo alia factio Iuriſtarum & citramontanorũ, & communis opinio Doct. noſtrorum tenet contrariũ, videlicet publicianam non dari vero domino, qui contentus eſſe debeat remedio iuris ciuilis, & non tanquam transfuga fugere in aliena caſtra iuris prætorij. Et in hac opinione fuit etiã Io. Fab. per pulchram & bonam rationem: quia quando duæ actiones ſunt ipſa origine contrariæ, licet tendãt ad eundem effectum, non tamen poſſunt cumulari vt in eadem perſona, in eadem cauſa locũ vtræque habeant. Exemplum dat in querela inofficioſi, quæ datur filio exhæredato: & in querela falſi teſtamenti, cùm oppugnatur teſtamentum tanquã falſum. Nam querela inofficioſi, ſupponit teſtamentum eſſe firmũ, licet contra pietatem patris. Sed querela falſi ſupponit teſtamentũ eſſe à principio nihil. Et ſic ſunt ipſa origine contrariæ, ſupponere teſtamentum eſſe firmũ, & eſſe nihil, eſſe infirmum: habent tamen vtræque eundem effectum, quia vtrobique rumpitur teſtamẽtum, annihilatur. fa. l. cõtra maior. C. de inoff. teſt. Sic in propoſito, rei vendicatio datur domino vero, publiciana non domino. Et ſic ſunt origine actiones contrariæ: licet habeant vtrobique eundem effectum, ſcilicet ad conſequendam rem petitam: quapropter cumulari non poſſunt in eadem perſona. Hæc eſt fortis ratio: cui tamen reſponderi poteſt, ſicuti bene reſpondet hic Iaſ. qui inclinat in opinionem vltramontanorum, quæ & mihi placet: quę, ſi vera eſt, multũ vtilis eſt in actione reali: quia ſępe fit, & eſt hoc quotidianũ, præſertim in potentib. & nobilib. quòd iſti non libenter

Vide infrà in §. ſi minus. in tertia regula.

libenter denudant eorum dominia: difficiles ſunt ad oſtendendum aliis cur ſint domini. Proptereà viam rei vēdicationis relinquentes: deſcendunt ad publicianam, dicentes ſe fuiſſe in poſſeſsione bona fide, cum iuſto titulo. Eſt enim iſta actio publiciana valde expedita & facilis obtentu. Ego tamen in conſiliis vix recederem à communi opinione. Coll. ſexto, quòd quàuis † rei ven. & publiciana ſint origine contrariæ, 9
tamen in proceſſu currunt pari pede. Ea quæ locum habēt in rei ven. pro dominio, ea omnia locum habent in publiciana pro quaſi dominio. tex. habetis not. in l. eum qui. §. in publiciana. ff. de publiciana. Vnde ſicut cogitur reſtituere rem in rei vendi. is qui habet facultatem reſtituendi. l. officium. ff. de rei vendi. ita in publiciana cogitur reſtituere cui facultas eſt reſtituendi. Sic etiam aliàs regulariter in iure noſtro pari pede procedunt: † transferre dominium tradēte vero domino, & transferre vſucapiendi conditionem tradente non domi- 10
no. Iſta à pari procedunt regulariter. tex. habetis in l. ſi filius fam. cum glo. ibid. ff. ſi cert. pet. & tex. no. in vulg. l. clauibus. ff. de contrah. empt. Septimo coll. Imperatorem duas actiones contrarias hic propoſuiſſe, & alteram tantum proſequi, retenta alterius proſecutione in propriū caput, & hoc ne ordo confundatur. Octauo coll. ad hoc vt locum habeat publiciana, ſecundū gl. noſtram magnam in verb. dicit. circa medium, quinque requiruntur. † Primo, quòd res ſit tradita vel quaſi tradita. Secundo, quòd ex tit. apto ad translationem 11
dominii tradita ſit. Tertio, quòd publiciana acturus à non domino rem acceperit. Quarto, quòd bona fide acceperit. Adiecit gl. quintū, videlicet, quòd nō credat ſe hodie eſſe dominum. Sed hoc reprobatur cōmuniter à Doct. vt poſteà dicam. Primo requiritur † traditio vel quaſi traditio in rebus 12
corporalibus: quaſi traditio in iurib. incorporalibus, vt ſunt ſeruitutes, quæ verè tradi non poſſunt, ſed patiētia habetur pro traditione. Is enim dicitur tradidiſſe ſeruitutē, qui patitur me ire, agere, vti frui, &c. l. quotiēs. ff. de ſeruit. & quia publiciana etiā pro ſeruitutib. cōpetit, ſi fortè ſeruitus conſtitueretur à non domino. l. ſi ego. §. j. ff. de publici. Rectè ergo dixi, requiri rē eſſe traditā. Adde quòd ſufficit ſi res pro tradita habeatur, licet actu non tradatur, vt l. qua ratione. §. interdū. ff. de ac re. dom. ſuprà de rer. diuiſ. §. interdum. Nam ſi

commodaſſem tibi codicem meum vel depoſuiſſem apud te, poſtea vendo tibi, ecce non eſt opus alia traditione, quia habetur pro tradito codex:eſt tantùm tituli mutatio. Quid autem in caſibus[aduertite ibi]in quib.tranſit dominium ſine traditione?quos caſus enumerat l.C.in l.j.ad fin.cum iij.vel iiij.ll.ſeq.ff.de publicia.Exemplum eſt in re legata:nam mox adita hæreditate poſt mortem defuncti,legatarius eſt factus dominus legati ſine alia traditione.Sic hęres poſt mortē defuncti adita hæreditate,mox factus eſt dominus ſine alia traditione. Sic cùm aliquis arrogatur, mox facta arrogatione, bona tranſeunt in arrogatorē ſine alia traditione. Sic in ſeruo cui bona hæreditaria adiiciuntur cauſa conſeruandarum ſeruitutum,mox eſt liber & dominus huiuſmodi bonorū ſine alia traditione.Et in multis aliis caſibus qui enumerantur hic & in l.ſunt & aliæ.per gl.ff.de publicia.& gloſ.magiſt.in l.traditionib.C.de pact.gl.in l.ſi ager.ff.de rei vend. Quid ergo in iſtis caſib.in quibus aliquis fit dominus rei ſine vlla traditione?ſi poſſeſsio huiuſmodi rerum perueniret ad tertiū, an iſte qui eſt factus dominus,poſsit vti publiciana? quia diximus publicianam non competere ſine traditione vel quaſi. Atiſti iam ſunt facti domini ſolo titulo,an poſsint publiciare?Dicite breuiter quòd non.Si poſſeſsio huiuſmodi rerum perueniret ad tertium,tūc non poſſent ſe iuuare publiciana, cogerētur intrare cauſam dominii,& probare authorē fuiſſe dominum quod eſt difficile. Et ita ſe habet cōmunis opinio gl.in d.l.ſunt & aliæ.Bart.in l.cùm ſponſus.§.is cui ff.de publicia.Ecce hoc eſt pulchrū & ſalubre dictū. Huic doctrinæ fortiter obſtat d.§.is cui.vbi dicitur, quando teſtator grauauit hæredē,vt reſtituat hæreditatē Titio ex fideicommiſſo, ſi hæres verbo reſtituat: quo caſu tranſit dominiū ſaltem vtile in fideicommiſſariū, cùm hæres dicit: Reſtituo tibi omnia bona hæreditaria: iam iſte eſt factus dominus ſine aliqua traditione,& tamē ſi poſſeſsio rerū hæreditariarum perueniret ad tertiū aliquem ipſe haberet publicianam. Iſte tex.fortiter obſtat. Diſtinguite,vt per Bart.in d.§.is cui.& aduertite,quia aut defunctus habuit ius publicianæ exercendæ ſaltē habitu, vt verbis Bald.vtar,quia habuit iſta bona cum titulo & bona fide,etiam ſi aliter non cōſtaret de dominio ſuo:nam ſufficit ſi habuit titulum & bonam fidem in hæreditate vel in re alia.

Hoc loco poſt mortem defuncti, fideicommiſſarius, ſi poſſeſſio perueniret ad tertium, poteſt agere publiciana ex perſona defuncti: poteſt dicere, Domine iudex, author meus habuit bonam fidem in hac re, in illa hæreditate, & habuit titulum. iſta ego allego cõtra aduerſariũ, vt reſtituat mihi rem quam occupat. Titulus defuncti, bona fides defuncti, mihi ſuffragantur vt agã publiciana. Et ita procedit d.§ is cui. & hoc eſt intelligẽdum in omnib. caſibus in quibus dominium tranſit ſine traditione, quia non eſt opus allegare & probare dominium rem difficilem, ſed ſufficit ſi dicat, Author meus habuit titulum & bonam fidem: & ſic eis omnibus dabitur hoc æquum remedium prętoris, licet rebus aliter non traditis. Cæterùm ſi iſti non poſſent allegare vel ſe iuuare cum titulo & bona fide authoris, tunc non haberent publicianam, ſed cogerentur rem vendicare, & probare dominiũ. Multi ſunt domini qui non poſſunt probare titulum, vt dicit Sal. in l. cum res C. de proba. Prædictis ſic ſe habentib. incidit pulchra dubitatio, † quid de reb. eccleſiæ vel ciuitatum quæ ſunt emptæ 13
ab eccleſia vel ciuitate, vel eis ſunt donatæ, quo caſu immediatè tranſit dominiũ in huiuſmodi loca, ſine vlla traditione, in l. vt inter diuinum. eſt l. fin. C. de ſac. ſan. eccle. vbi dicit Bart. tex. eſſe mirabilem. Quid ſi huiuſmodi loca, eccleſiæ vel ciuitates, in quæ tranſit dominium, vt dixi, ſine traditione, amittere poſſeſsionem ſaltem ſperatam, quòd iſta poſſeſſio rerum veniret ad tertiũ, an poſsint vti publiciana? Et videtur hoc recipi propter fauorem reipubl. & eccleſiarum. Magnus fuit aliquando conflictus inter Canoniſtas, quibuſdã dicentibus eis competere publicianam: hoc enim voluit Innoc. & Canoniſtæ in c ij. de conſuet. Aliis verò negantibus, quia in exorbitantib. à iure communi non eſt facienda extẽſio pro ſtomacho noſtro: & hoc voluit Ioan. de Imol. in d. c. ij. Tandem cõcordia inter eos inuenta eſt, quam recitat hic Iaſ. videlicet quòd res diffiniatur ſecundum diſtinctionem proximè ſuprà datam, vt, ſi author habuit titul. & bonam fidem, ciuitati & eccleſiæ competat publiciana, ex perſona authoris: ſin verò non habeat, publiciana non competat. Per prædicta etiam ſaluatur Ioã. Fab. qui hic poſuit pro regula, quòd in eis quæ veniunt ex vltima voluntate, in quib. dominium tranſit ſine traditione, detur publiciana. per d. §. is cui.

Hoc non eſt verum, niſi cum diſtinctione quam iam retuli. Aduertite tamen ad vnum egregium, quòd in caſibus in quibus tranſit dominiũ ſine traditione, ſi iſti in quos trãſit dominium apprehendiſſent poſſeſsionem ſine vitio illis ſine omni delectu & diſtinctione daretur publiciana, propter poſſeſsionem apprehenſam, quãuis nemo eam tradiderit. eſt gl. not. in l. Celſus. quam ibi valde cõmẽdat Bart. ff. de vſucap. Et per hanc doctrinam, licet alio fine, lucratus ſum nõnihil ante viginti annos. Eram forte fortuna Argentinæ, venerat ad me nobilis, conſulens me quomodo poſſet obtinere poſſeſsionem alicuius villæ quam ſibi negabat frater. Ego dixi, videte ſi ſine vitio poſsitis intrare villam, & perſuadere communitati quòd vobis iuret, iam eritis poſſeſſor. His verbis ille perſuaſus intrauit villam, ſubditos ſuadendo inducens quòd iurabant, & factus eſt cum magna vtilitate poſſeſſor. Tanta res eſt apprehẽdere poſſeſsionem etiam ſine traditione.

14 Secundo dixi, † requiritur in publiciana, quod ex titulo apto ad tranſlationem dominii vel ad mutationem acceperit: hoc eſt quod dicit Imp. ex iuſta cauſa, id eſt, ex aliquo cõtractu qui deſcendit ex iuſta cauſa, vt ſit hic metonymia, id quod facit, pro eo quod fit, factor pro facto. habetis tex. cõcordantem in l. quæcunque. ff. de publici. & hoc dum cauſa vel contractus ſit actus ad translationem dominii, licet non transferat, quia fortè proceſsit à non domino, poterat tamẽ transferri ſi author fuiſſet dominus. Nam traditio non plus iuris cõfert accipienti, quàm habuerit tradens. l. traditio. ff. de ac. rer. dom. Iuſtas autẽ cauſas multas enumerat hic Imp. & I. C. in d. l. ſunt & aliæ. Nam iuſta cauſa eſt ad publicianã, ſi iudex per ſententiam tibi aliquam rem adiudicauerit. per l. Pomponius. §. ſi iuſſu. & ibi Bar. poſt gl. ff. de ac. poſſ. Tertio requiritur, quòd à nõ domino emptor rem acceperit. Nam ſi à domino emiſſet, nõ haberet publicianã, ſecundum Doct. ſed rei vendicationem. l. in rem ff. de rei ven. An autem probare oporteat rem à non domino emptam? certè non, vt per Bal. in l. eũ qui. §. in publiciana. ff. eo. debet enim ſe exiſtimare dominum is qui publicianã agit, per ea quæ poſteà dicam in quarto requiſito. fa. tex. in l. quæcunque. §. j. ff. eod. ibi: Vt credat ſe dominum. Quapropter hoc requiſitum reſpicit veritatem negotii, vt in veritate non ſit dominus; non reſpicit

opinionem agentis, quia agens debet opinari ſe dominum, etiam ſi in veritate non ſit. Et ita intelligite hoc requiſitum, quòd emptor à non domino emerit in veritate, ſed putauerit ſe emiſſe à domino, alioqui requiſitum illud nihil valeret. Tu vlti. Doct. nouiter adde hoc requiſitum non eſſe neceſſarium. Non eſt neceſſe, fratres, quòd emerit à nõ domino, imò ſi à vero domino emiſſet & caderet à poſſeſsione, licet haberet rei vẽdicationem, tamen etiam publiciana experiri poſſet, ſi vellet inniti titulo & bonę fidei. Nam in hoc publiciana actio eſt multũ ſalubris, ſi quis timet intrare diſputationem dominii, cùm difficilis ſit probatio dominii. Bald. Salice. in l. cùm res. C. de proba. Vnde tutius aget publiciana etiam ſi ſit verus dominus. Et per hoc redditur probabilis opinio Vltramontanorum, quam ſuperioribus lectionibus retulimus. Propterea hoc requiſitum non eſt neceſſarium. Hoc non addunt Doct. ego addo. Quarto, vt dixi, requiritur, quòd bona fide emptor acceperit. d. l. eum qui. §. fin. & l. ſeq. Et dum emptorem nomino, intelligo omnes alios quibus ex iuſta cauſa res aliqua tradita eſt. Et iſta † bona fides 15 (aduertite fratres) de iure Digeſt. debet in cõtractu emptionis duobus temporib. interuenire, videlicet dum emitur res, & dum res traditur. In aliis verò contractib. bona fides ſufficit tempore traditionis. Iſta habentur in l. iij. ff. de vſucap. pro ſolu. l. ij. ff. de vſucap. pro empt. Et hæc expedita ſunt de iure Digeſtorum. Quòd ſi etiam venditor fuiſſet malæ fidei, qui dolo feciſſet, tamen ſi in emptore eſt bona fides, hoc ſufficit vt publiciana ei competat, dummodo ipſe ignoret malam fidẽ authoris. d. l. eum qui. §. prætor ait. ff. de publician. Quo loco dubitari poteſt, cùm hodie † mala fides authoris 16 noceat ſucceſſori in præſcriptione longi temporis, id eſt, in vſucapione x. annorum, Authen. malæ fidei. C. de præſcript. an ſaltem hodie non competat publiciana ſucceſſori bonæ fidei? ſi ei mala fides authoris opponatur. an tunc noceat ſucceſſori de iure nouiſsimo? Gl. in d. l. eum qui. §. prætor videtur tenere quòd noceat. Idem tenet Bar. in l. rem quę nobis. ff. de acq. poſſ. Et idem expreſſe tenent Innoc. Ant. de But. in c. ſæpe. de reſt. ſpo. videlicet eo caſu publicianam non admitti, propter vitium & malam fidem authoris. In cõtrarium ſunt validi Doct. Iacob. de Rauen. Cin. Bal. & alii quos enume-

enumerat.Alex.in addit.ad Bart.in d.§.prætor ait.videlicet, publicianam non eſſe ſublatā etiam eo loci,per leuia aliqua fundamēta.Iaſon hic nimis audax eſt,hanc poſteriorem opinionem ſequitur.Ego breuiter diſtinguendum circa hoc puto,cùm de mala fide authoris per aduerſariū opponitur, aut actor fatetur malam fidem,aut diffitetur,Si fatetur,ſi dixerit Non cōtradico quin author meus fuerit in mala fide:& tunc ſine dubio non poterit agere publiciana cōtra conſcientiam rei alienæ:quia ſi etiam obtineret in iudicio,non poſſet præſcribere vllo vnquam tempore,quia doctrina eſt notiſsima & ſaluberrima iuris Cano.quādocunq; in pręſcriptione interueniat mala fides,vel in præſcribente vel in eius authore, tunc ceſſat præſcriptio,& nunquam in æternū pręſcribitur, c.vigilanti.c.ſi.extrà de præſcrip.cui iuri Cano.ſtandum eſt
17 in vtroq; foro,ratione peccati Ergo certū eſt quòd iſte † emptor licet fuerit bonæ fidei ab initio,tamen ſi fatetur malam fidem authoris,nunquam plus præſcribet,etiam ſi rem poſsideret.Ergo ex conſequenti non vtetur publiciana,quia conuertibilia ſunt,poſſe præſcribere,& vti publiciana:& è diuerſo,vti publiciana,& poſſe præſcribere.per Bal. in l.ancillæ. C.de fur.qui iſta duo dicit eſſe conuertibilia.Et ita intelligo primam opinionem , quæ hoc caſu eſt veriſsima.Aut verò actor vel emptor malam fidem authoris diffitetur,& tunc ſi ipſe eſt in bona fide,nō poteſt ei nocere mala fides authoris, quam ignorat,& de qua non conſtat.arg.l.ſi ego.§.partus.in fi.ff.de publici.quo caſu ſua emptoris bona fides non eſt læſa.Vnde recte aget publiciana,quia poterit præſcribere reſtituta re.Nec hoc caſu obſtāt iura canonica quæ ſuprà allegaui,cū in præſcribente nō ſit mala fides.Nec porrò audiretur aduerſarius apud quem eſt poſſeſsio rei,ſi malam fidē authoris probare vellet,quia ſua nihil intereſſet:emptor bonæ fidei diceret,Domine Iud.non admitte eum,quid ſua intereſt quòd ipſe occupat poſſeſsionē meam,in qua nullum ius habet?& allegaret illud vulgatum: Aedes meas quo ad te habeo liberas.l.loci corpus.§.competit.ff.ſi ſeruit.vendi.& ſic non poſſet excipere de iure tertij.l.ij,& ibi Bar.in princi.ff.de re iud.Et hoc modo poſſet aliquo fortaſſe caſu recipi poſterior
18 opi.quæ vult † publicianam non eſſe ſublatam. Quòd ſi iſte emptor vel actor ſciret malam fidem authoris,& tamen diffiteretur,

teretur, adhuc procedũt ea quæ iam diximus, poſtquàm hoc iudici non conſtat, nec admittitur probatio aduerſarij, tunc procedet publiciana, quia † nõ eſſe, & non apparere, ſunt pa- 19 ria. l. in lege. ff. de contrahen. empt. Attamen iſte emptor ſaciens contra conſcientiam, ædificat ſibi in gehennam in interitum animæ. Ex prædictis diſſolui poterit id quod gl. hic pro quinto requiſito poſuit, videlicet, quòd agens publiciana debet credere ſe non eſſe dominũ cùm agit: hoc enim nõ eſſe verum, ipſa humana ratio docet, & cõmuniter improbatur à Doct. & meritò, cùm hoc nullo iure caueatur, & eadẽ facilitate deſtruitur, qua aſſeritur, vt vſurpem verba Hiero. Quòd enim Imperator hic inter alia dicit, quaſi vſucepiſſet, quod non vſuceperat, nihil fac. pro gloſ. quia hæc verba ſic declarantur, quaſi vſucepiſſet, id eſt, quod erat in conditione vſucapiendi. Hoc nihil ad præſentia facere, de ſe patet. Et quia † erubeſcimus loqui ſine lege, vt dicit Imperator in Au- 20 thent. de trien. & ſem. vnde reiicienda eſt hæc abſurda opinio gloſ. tanquàm verum figmentum. Si enim actor crederet ſe non dominum, & hoc fateretur in libello, ad quid ageret ſuper re aliena? Nónne in decem præceptis dicitur: † Non con- 21 cupiſces rem proximi? Quæ etſi vera ſint, & communiter à Doct. cum ratione recepta, Iaſon tamen hic audet contrà niti, volens quòd actor debeat in libello fateri, quòd credat ſe hodie non eſſe dominum: & per duas integras colum. fatigat deos & homines, & quanto plus diffunditur, tanto magis ineptit & errat: vt rectè dixerit D. Thomas: Paruus error in principio, erit magnus in fine. & rectè Cic. ad Luceium in libris Epiſtolarum, Qui ſemel factus eſt impudens, hũc gnauiter oportet eſſe impudentem. Hoc certè nemo negare poteſt, eoipſo quòd actor fatetur ſe credere non eſſe dominum rei, & quòd res ſit aliena, ſimul neceſſe eſt quòd fateatur rem ſuam non eſſe. arg. l. ſed etſi poſſeſſori. poſt princ. ff. de iureiur. l. Põponius. ff. de procurat. qui fatetur rem eſſe alterius, ſimul fatetur rem non eſſe ſuam. Quo ergo colore defendi poſſet actor qui alienã rem ſciens & prudens perſequeretur? nónne eſſet in manifeſtè mala fide? quo caſu nullo vnquam tempore præſcriberet etiam ſi res ei reſtitueretur, obſtãte iure Cano. Rectè ergo propter conuertibilia quæ ſuprà dixi, qui præſcribere non poterit, vti publiciana nõ poterit. Itaq;

Iaſon errat.

cum

cum iuſtitia & veritate aſſero, publicianam eo caſu eſſe ſublatam contra afonẽ, & iura Digeſtorũ, in l. eum qui. §. prętor ait. §. publiciana. à paganis ædita, malam fidem de:endentia, niſi duobus tẽporibus vt ſuprà dixi, eſſe correcta. Reiectis igitur prauis opinionibus peccatum nutrientibus, veritati adhærebimus. Potiſsimùm ergo quod requiritur, eſt bona fides: & hoc eſt quod dicit Ioan. Fab. in publiciana requiri titulum, traditionem & bonam fidem. Prioraduo, ſcilicet titulus & traditio, probari facilè poſſunt, vt quæ ſint facti extrinſeci: ſed bona fides ſtat in intellectu agẽtis, & cùm ſit de conſcientia, per teſtes probari nõ poteſt, vt bene hic vult gl. magna in verb. dicit. poſt medium, quam partẽ gl. Doct.

22 cõmuniter multum commẽdant. Ex qua notatur, quòd † ea quæ conſiſtunt in intellectu vel conſcientia noſtra, per ſimplicem noſtram aſſertionem cum iuramento probari poſſunt: quod multum commendat Bald. in c. bonæ. ij. de elect. Bart. in infinitis propè locis, cum multis cõcord. hic per Iaſ. quæ gl. nuper in proximo conſilio meo, magna cum vtilitate per me allegata eſt, quòd † ea quę ſtant in cõſcientia, probantur per aſſertionem noſtram iuratam. Et quamuis gloſ. hic iuramenti non faciat mentionem, tamen alibi fit mentio per gl. in l. atqui natura. §. cùm me abſente. in verb. committat. ff de neg. geſt. & meliorem gl. allegat hic Iaſ. in c. ſignificaſti. j. de homicidio. quæ ibi multas adducit concordantes.

Initiũ cõſilij eſt: Tametſi in cauſa matrimonij.

23 Hanc elegantem doctrinam limitate primo, vt non habeat locum ſi nullus præcedat titulus alleganti bonã fidem, quia ei etiam iurato non crederetur: vt ſi interrogatus quiſpiam, cur hanc rem poſsides? ipſe reſponderet ſe neſcire titulum, ſed habere bonam fidem, ei non crederetur. Bar. not. in l. j. §. hoc interdictum. ff. de itin. actúq; priu. Et idem ſi allegaret titulum reprobatum, non bonum titulum, quia ei non crederetur. Secundo limitate, ſi præſumptio iuris eſſet cõtra aſſerentẽ, vt per Bar. in l. inter omnes. §. rectè ff de fur. Exemplum. Si notificaretur citatio ad domum tuam, & tu diceres te ignorare bona fide, velles iurare Iouem, tibi non crederetur, quia præſumitur paterfam. ſcire ea quæ ad domũ notificantur. l. ſi tutor. C. de peri. tut. licet Bal. malè contrariũ teneat in l. ij. §. pen. ff. ſi quis caut. Item aliud exemplũ. Si quis bona fide ſe ignorare diceret id quod omnes in ciuitate

ſciunt,

ſciunt,ei nõ crederetur. Item ſi iuuenis cum virgine luderet in tenebris,& vellet iurare bonam fidem,ei non crederetur. Propterea dixit Laur.Calca.in Conſiliis:A iuuene & cupido credatur reddita virgo?q.d.non. Tertio limitate, quia etſi admittatur aliquis ad iuramentum in his quæ ſtant in conſcientia,tamen poſſet probari contrariũ:vnde ſi aduerſarius offerret ſe ad probandum contrariũ,audiretur:quæ eſt not. doctrina Bart.in l.ij.ff.pro emptore. Inn.Io. And.in c.quia propter.§ illud.de elect. Vnde licet impedimẽta probari poſſint per iuramentum, Doct.in c.ex ratione.de appell.tamen admitteretur probatio in contrarium. Et dicit Ang.in l.qui reſtituere.ff.de rei vend. ſi ſtatutũ diſponeret quòd credatur iuramẽto alicuius,nihilominus admittitur probatio in contrarium:& allegat gl.not.in Clem.j.de iure patr.Si ex ſtatuto aliquid cõmitteretur conſcientiæ ſuæ, tamen in præiudicialibus & arduis rebus admitteretur probatio in cõtrariũ. quod eſt nota dignũ. Quarto limitate, quia ſi is qui vellet † iurare bonam fidem,eſſet homo leuis,non fide dignus,malæ famæ,ei non crederetur, etiam iuranti. Bal.in l.falſus.in iij.oppoſ.C.de furt.gl.in d.c.ſignificaſti.Bald.in cõmen.l.j. xlj.col.vt eum hic allegat Iaſon.verſ.c.quintum exemplum. C.de ſum.trinit.& fide cath.& Ang.in l.qui iudicio.ff.de accuſ.qui dicit, quãuis ſtatuto ſit proviſum vt credatur denuntiatoribus,credatur ei qui damnum paſſus eſt cum iuramento,quia hoc nõ procedit ſi ſint malæ famæ,malæ opinionis. Iſta ſunt ſingulariter notanda,quia multũ vtilia faciẽti conſilium.Vltra ſupradicta quinto requiritur ad publicianam, quòd is qui cõuenitur,poſsideat ſine titulo.Nam ſi poſsideret cum titulo, publiciana non competeret agenti, etiam ſi ipſe haberet titulum,text.eſt famigeratus & not.in l.ſiue autem.§.ſi duobus.ad fin.§.ff.de publici. vbi dicit I.C.ſi duo haberent titulum in aliqua re,à diuerſis non dominis : vt,quia Titius emiſſet à Flacco non domino fundum,& poſteà alio tempore Valerius emiſſet eundem fundum à Sempronio nõ domino,& primus emptor caderet à poſſeſsione,quę poſſeſſio perueniret ad ſecundũ emptorem, iam primus poſſeſſor nõ poſſet vti publiciana,quia melior eſt cõditio poſsidẽtis, qui etiã habet titulũ. Et poteſt ratio eſſe vt ibi per Bart.quia ſecũdus eſt potior, cũm habeat titulum & poſſeſsionem:eſt

potior primo,qui tantùm habet titulum, poſſeſsionem amiſit. Vel certè vtriuſq; eſt par conditio, cùm vtrique titulũ habeant. Et per hunc §. Bart. taxat prauos aduocatos,qui clientibus ſuis cõuentis publiciana, procurant titulum qualemcunque,dicẽtes,vade & emito iſtam rem à te petitam,emito à quocunque velis,dum habeas titulum,& ſic euitabis publi
25 cianam. At Bart.dicit hoc non ſuffragari:quia † corruptus titulus habetur pro non titulo,vt ſuprà dixi.Bal.in l.inciuilem.C.de furt. Et certè rectè dicit gloſ.in l.ab Anaſtaſio.C. mandati.quòd aduocati omnia mala nouerint:& dicit ibi Bald.aduocatos cõmuniter eſſe modicæ cõſcientiæ. Quinto limitate hoc quod dixi de titulo poſsidente:quia ſi cecidiſſem à poſſeſsione quę perueniſſet ad tertium,iſte tertius vẽdit eam rem Flacco, bona fide accipienti, iam non poſſum conuenire Flaccum publiciana, quia is habet bonum titulũ ſicut ego. Vnde neceſſe eſt quòd eum qui rem vẽdiderat,cõueniam actione in factum,& nõ publiciana,dicens: Ego cecidi à poſſeſsione quæ ad te peruenerat, tu iſtam poſſeſsionẽ vendidiſti alteri,& ſic facto tuo ſum in damno, vnde ex edicto de alienat.mut.iud.cauſ.fact. peto mihi reponi damnũ. Hoc eſt not.dictũ Bar.in l.iij.§.opus.ff.eo.de alie.mut,iud. & iſta actio dicetur datiua,vt ſuprà declarauimus Hoc eſt pulcherrimum,mea opinione,quod datur cõtra eum qui ha
26 bet titulum.Quid † autẽ ſi emptor bonæ fidei caderet à poſſeſsione,quę perueniſſet ad eum qui pro hęrede poſsideret? an poſſet emptor cõtra eũ publiciare?(vt ita loquar.) Iaſon hic iactitat ſe hoc non legiſſe apud aliquem Doctorem,& propterea ſe interrogaſſe quendam doctum virũ quid ipſe reſponderet,qui dixerat publicianam non competere, cùm iſte poſſeſſor titulo poſsideret,ſcilicet pro hærede. Iaſon poſtea meliùs informatus,vt dicit, putat hunc doctum virum erraſſe in terminis, quia poſſeſsio pro hærede nõ eſt titulus; & hoc verum eſt:& tantummodo qualitas poſsidendi, non præſtat titulum,vt Bald.in rub.ff pro hæred. & alibi Doct. Vnde,vt digrediar,enormiter præteritis annis errauit quidam aduocatus Argentinenſis, qui clamabat & vociferabatur,pro hærede eſſe titulum:quod eſt falſiſsimum. Vnde in propoſito Iaſon concludit,competere publicianam bonæ fidei emptori cõtra eum qui poſsidet pro hęrede, vt qui non

habeat titulum:& in hoc multum gloriatur Iaſ. Tu dic ex veritate, Iaſonem palàm erraſſe,& alterum virum doctum bene ſenſiſſe, licet per malam rationẽ,cùm pro hærede, vt iam dixi,non ſit titulus. Sed ea eſt ratio quam neuter eorum cogitauit,quia poſſidere pro hærede,eſt poſſidere iure dominij:qui pro hærede poſſidet,prętendit ſe dominum rei:quod ne fingam,habetis tex.ſuprà de hæred.qual.& diff.§.pen. vbi dicit glo. poſt tex.hæredem dici à hero,id eſt,domino. Ergo qui pro hærede poſſidet poſſidet pro domino,id eſt, tanquam dominus. Sed conſtat quòd publiciana nõ datur contra dominum,vt iam mox dicemus: vnde rectè dixit iſte vir doctus non competere publicianam,& male eum notauit Iaſon. Sexto principaliter coll.ex gl.magna hic ad fin.gl. quòd publiciana non datur contra dominum. Nam ſi ego bona fide emiſſem fundum Titij,& cecidiſſem à poſſeſſione,quæ poſſeſſio perueniret ad Titium verum dominum,iam mihi non dabitur publiciana:quæ eſt egregia doctrina,& fundata in magna æquitate. Dolo enim facerem ſi peterem id quod mox eſſem ei reſtituturus.l.dolo.ff de re.iur. Et pro hac doctrina habetis duos not.text.in l.pen.& fin.ff.de publici.vbi I.C.fundat ſe in æquitatem præcipuè:quod verum eſt, ſi verus dominus impetitus per bonæ fidei emptorem,non excipiat de dominio,ſed taceat,quia tunc iudicium procedet:& ſi obtinebit bonæ fidei emptor,cogetur verus dominus reſtituere rem actori. Et hoc volunt ambo tex.l.pen.& fin.facientes mentionem de exceptione dominij obijcienda. Cæterùm † ſunt alij caſus in quibus bonæ fidei emptor publiciare poteſt contra dominum: vt,ſi ego à Titio bona fide emerim rem alienam,puta Flacci,& caderem à poſſeſſione,quæ perueniret ad Titium à quo emerã:is Titius interea eſt factus dominus rei,fortè per ſucceſsionẽ:ego peto ab eo rem actione publiciana:ipſe excipit, ſe eſſe dominum rei interea factum,& me non poſſe niti contra dominum:hic ego replico,dolo eum facere cùm cauſam ab eo habeam,& titulum:& ita retro habetur venditio à principio inualida,& dabitur mihi publiciana contra eum. Eſt notabilis caſus in l.ſi à Titio. in fin.ff.de rei vend.& in l.apud Celſum.§.ſi à Titio.vbi repetuntur eadem verba .ff.de dolo.except. Eſt alius caſus: ſi emptor qui eſt bonæ fidei à Titio vero domino conuenire-

Iaſon errat.

tur rei vendicatione:& quia fortè dominum ſe probare non poterat,iſte Titius bonæ fidei emptor obtinet ſententiam, abſoluitur à Titio:ſi bonæ fidei emptor poſtea cadat à poſſeſsione,quæ perueniat ad Titiũ qui ſe dominum iactitauerat,iam bonæ fidei emptor rectè publiciana vtetur cõtra Titium,etiamſi verè ſit dominus. Pulcherrimus caſus: tanta eſt vis rei iudicatæ, quia emptor nitetur ſententiæ per eum obtentæ,nec audietur Titius, etiam ſi offerat ſe dominiũ probaturum obſtante ſibi ſententia. Iſte eſt caſus cum eleganti textu in l.ſi quis rem ff.de except.rei iud. Adhuc eſt alius caſus in cautione damni infecti:quia ſi vicinus meus habeat ædes ruinoſas, & me poſtulante nolit cauere de damno infecto, quo caſu mittor in poſſeſsionẽ ædium vicini ex primo decreto,& ſuo ordine ex ſecundo decreto. Iſte vicinus impedit me, prohibet me concutit me ne poſsim accipere poſſeſſionem à prætore mihi decretam:hoc loco præter alia remedia poſſum intentare publicianam contra verum dominum vt dimittat me,reſtituat mihi ędes,vt poſsim eſſe in poſſeſsione:& ſi ex ſecundo decreto miſſus ſum,iam poſſum fieri dominus, iuxta l prætor ait.ff. de dam.infect.hæc habentur in l.damni.j.§.non ſolum.ff.de dam.infect. Alios caſus nõ recito,quia non frequentantur.vide glo.magnam hic ad fin.& glo.in d.l.fin.ff.eod.tit.de publicia. Vltimo circa hunc text. coll. quòd cùm Imperator dicat, Si bonæ fidei emptor caſu
28 amiſerit poſſeſsionem:exẽplum poni poſſe, † vt ſi fortè res empta mihi fuerit furto ſubducta, ſi ſit mobilis, vel ſi ſit immobilis,vi ablata me expulſo,vel ſi etiã clàm deturber à poſſeſsione, & quibuſcũq; illicitis mediis res vel raptu vel aliàs auferatur aut occupetur,omnib.illis caſib.competit mihi publiciana. Et hoc dico ne mireris quomodo aliquis poſsit caſu amittere poſſeſsionem:hoc enim facilè fieri poſſe,iam vides: & habetis gl.hic in verb.caſu.huiuſmodi exẽpla ponentem.Nec ad rem pertinet,ſi quis cõtẽdat proprias eſſe actiones furti,vi bonorũ raptorũ, interd.quod vi aut clàm, vt ita his caſibus ſuperuacanea ſit publiciana. Sed iuxta ſententiã Din.hic, hæ actiones quas nominauimus, ſunt generales omnibus vim paſsis, nihilominus poteſt accedere ſpecialis aliqua actio:& dicit Din. hanc publicianã in caſu eſſe neceſſariam,ſi fortè res furto vel raptu ablata,perueniat ad alias manus

nus ſine vitio,quia tūc neceſſaria erit publiciana, quia cōtra tertiū non haberētur actiones ex delicto,ſcilicet quòd is vitio careat:quod Iaſon putat mente tenendū.Ego nouiter vltra Doct.aliud exēplum do,in quo expediat vti publiciana, & paulò minus ſit neceſſaria.Nam ſi bonę fidei poſſeſſor,vir humanus,nolit diffamare vel furē vel raptorē,vt agat ex furto,ex rapina,vel vi bonor.raptor.vult ſimpliciter rem ſuam perſequi,tunc neceſſaria erit ei publiciana vt ſimpliciter rem perſequatur,nō facta mētione delicti.eſt argumentū in l.ſi ſuperſtite.C.de dol.mal.vbi † filius nō vtitur actione doli cō- 29
tra patrē,nec † libertus cōtra patronū,nec † vaſallus contra 30
dominū:omnes illi temperare debent à famoſis actionibus, 31
proinde habent actionē in factum.Et hoc nō tangunt Doct. & eſt tamen notatu dignū.Si vaſallus cōtra dominum vellet experiri ex furto,vel rapina,conſultiſsimū eſt quòd intentet publicianā.Quid autem ſi † metu adactus bonę fidei emptor 32
vel dolo circūuentus amittat poſſeſsionē,quæ etiam ſunt illicita media,an poſsit vti publiciana?Doct.non tāgunt.Ego tamen non credo quòd publiciana ibi locū habeat,quia ſatis prouiſum eſt per edictū,quod metus cauſa,& de dolo malo, eo maxime accedēte,quòd bonæ fidei emptor his caſibus proprio ſuo facto à poſſeſsione cadat:quia licet coactus,tamen voluit:voluntas coacta,eſt etiā voluntas, dicit Iuriſconſultus in l.ſi mulier.§.ſi metu.ff.quod met.cauſ.& potiſsimum ideò,quia cum actione doli non cōcurrit alia actio.l.j.ff de dolo malo.Tandem,fratres,videamus † practicam. Et certè 33
gl.magna hic ponit quatuor libellorum formas.Prima forma eſt,quia actor dicet,Peto rem quam emi,vel ex alia iuſta cauſa habui,quia eam vſucepi.Hæc forma funditus nihil valet,quia palàm mentiretur,dicendo ſe vſucepiſſe, quod non vſuceperat.† At Placent.hoc admiſit poſſe hoc loco mētiri, 34
ſcilicet quod hoc lege permittente fiat, cùm hic in textu dicat Imperator,actor dicet ſe vſucepiſſe,quod non vſuceperat.Et ſic Imperator docet nos mentiri. Sed certè iſta verba non ſunt ita ad corticem accipienda,etiam ex ſententia Din. hic,ſed ſunt coërcenda vel determinanda,vt finis reſpondeat principio. Nam Imperator ab initio dixit expreſsè, quaſi vſucepiſſe : & ita debet etiam intelligi circa finem. Dicet enim actor ſe in ſtatu vſucapiendi fuiſſe,& quaſi habitu : id

eſt,aptitudine rem vſucepiſſe,dicens ſe in vſucapiendi condi
tione fuiſſe,& quodā ſtatu & habitu intelligi vſucepiſſe,ſi à
poſſeſsione non cecidiſſet:vnde reduci ſe & reponi ad rei em
ptæ poſſeſsionē petat,vt vſucapio perficiatur,re ad vſucapio
nis commodum reſtituta;hoc eſt quaſi vſucapere. Secunda
forma eſt,quia actor dicet,Peto hanc rem tāquam meam,&
quia fortè non poſſum probare meā,vnde intendo publicia
nam.iſta forma etiā nihil valet,quia actor denudat ſe in ſuo
iure dubio,& eſt multū incautus:vnde hæ duæ formæ reijciū
tur per gl.& communiter Doct.Tertia forma eſt,Peto hanc
35 rem † iure dominij vel quaſi.Gl.hic dicit hanc formā tolerari
de conſuetudine:& verū dicit,quia pro hac eſt tex.in vulg.c.
abbate ſanè.de ſent.& re iud.libr.vj.poſt medium,vbi petita
fuerat res iure dominij vel quaſi:& dicit Din.hanc conſuetu
dinem tolerari propter aduocatos qui malè ſciunt formare
libellos.Et certè cōmuniter Doct.hanc formam approbant
tanquam de cōſuetudine receptā.An vero hæc forma de iure
procedat,& in iure fundata ſit,dubitari poteſt.Glo.hic negat
eam procedere de iure propter cōtrarietatem: quia ſe dicere
36 dominū aut nō dominū,eſt ſibijpſi diſsidere. Verū † cōtra-
riæ actiones nō admittuntur.per vulgatā l.j.C.de furt.l.j.C.
ſi ſeruus extero.per l.nemo ex his.§.quotiens. ff.de reg.iur.
quotiens cōcurrunt duæ vel plures actiones diſsidentes,alte
rā experiri oportere.Et hoc fatetur etiam Din.qui dicit hunc
libellum tāquam alternatiuū,iure dominij vel quaſi,eſſe du
bium & incertū per l.vbi autem.§.qui illud.ff.de verb.obli.
Et ita ſunt opiniones inter Doctores,quibuſdam volētibus
quòd iure non procedat iſte libellus,alijs contrariū aſſeren-
tib.ſicut eſt Inn.in c.cōſtitutus.de reſti.in integ.quem com
muniter Doctores ſequūtur,volentes quòd is libellus etiam
de iure procedat.Breuiter & nouè,dimiſsis conflictibus Do
ctorū hāc puto eſſe veritatē.Quòd ſi bonæ fidei emptor ex-
preſſe velit vti publiciana,ita quòd hoc exprimat per verba
libelli,tūc vera eſt ſententia gl.& Din.quòd nō poteſt cumu
lare has duas actiones,nēpe experiri iure dominij vel quaſi;
non per rationes eorū,ſed ideò,quia in publiciana non eſt
fienda mentio dominij:& propterea etiam reijcitur ſecūda
forma,quam ſuprà habuimus.text.eſt apertus in d.l.j.ff.de
public.cùm dicit i.C.Nam ſi eſſet vſucaptum,haberet actor
ciuilem

ciuilem rei vendicationis,& non honorariam,id eſt,prætoriam publicianæ. Quapropter hoc caſu cùm actor tantummodo publiciat,& euidenter publiciat,iſta tertia forma minus valet quàm nulla alia,nec cõſuetudine nec iure. Ridiculũ enim eſt facere mentionẽ dominij in publiciana. Vna veritas. Cæterùm ſi † actor aliquis vellet intẽtare rei vendicat.& 37
ſuper dominio agere,hic poteſt optimo iure alternatiuè experiri,dicere,Peto rẽ iure dominij vel quaſi,vt ita per cumulationẽ hæ duæ actiones cõnectãtur,propterea quòd diffilis ſit probatio dominij. Vnde qui de dominio non probat,probabit ſaltẽ in publiciana. Et ita ſeruatur quotidie & frequentiſsimè in practica. Et ſæpe vobis ſuprà dixi,quòd tutius eſt annectere per diſiunctiuã,cauſam publicianæ cum cauſa dominij,vt ſi in altero non ſi tutus,accipiat alterum.& ita eleganter tenuit Inno.in d.c.conſtitutus.per regulã pulchram & not. † Quando ex probabili quacunq; cauſa,ſiue ſit ex facto aduerſarij,ſiue ex alio euentu,actor incertus eſt,tunc poteſt per alternatiuam experiri,ſicuti etiam eſt tex.in d.c.conſtitutus.& pro hac doctrina facit not.tex.in l.j.§.ſi.ff.ſi pars hæred.pet.vbi ad literam ponitur hæc regula.ita in l.quæ de tota.§.incertæ.ff.de rei vend. Incerta pars poteſt vendicari ſi probabilis ſit cauſa incertitudinis:& dicit Bal.pulchrum verbum in l.j.verſ.oportet vt modò me declarem.C.ſi plur.vna ſent.&c.quòd hæc,propriè loquẽdo,non ſit alternatio,Peto rem iure dominij vel quaſi,ſed quædam ſubordinatio,& clariùs dixiſſet,ſubiunctio,quia cauſæ dominij,ſi fortè fefellerit,ſubiungitur,ſubordinatur cauſa publicianæ,in qua eſt facilior probatio:hoc tamen prouiſo & cauto, quòd in alterutra cauſa ſint liquidæ probationes,aut in cauſa dominij, & tunc ceſſabit publiciana,aut in cauſa publicianæ,& tunc ceſſabit dominiũ,alioqui iudex non poſſet proferre ſentẽtiam. Hæc eſt medela omnium quę poſſunt opponi. Eſt elegans dictum gl.in l.j.§.ſi quis argentum.in verbo,iurãti.ff.de poſ. Et hoc habete pro certo,quotienſcunq; videtis in libello iure dominij vel quaſi rem petere,tunc eſt inſtituta rei vendicatio per cumulationem. Nam in ſola publiciana non habebit locum hæc forma. Ergo circa iſtam tertiam formam,hanc facilem & reſolutam † diſtinctionẽ ſeruate,nempe quòd hæc 38
forma in ſola publiciana locũ non habet,nec iure nec cõſue-

tudine,quicquid vniuerſus orbis dicat:ſed in rei vendicatione,in iſta actione reali eſt frequentiſsima per bonos aduocatos,& nũquam omittenda,quòd ſemper res petatur iure dominij vel quaſi,ex cauſis quas heri retuli:quo loco ſub verbo dominij,intelligitur directum & vtile,& vtile quod habet emphyteuta,ſuperficiarius, vaſallus.At ſub vocabulo, quaſi dominij,publiciana intelligitur,vt per hoc ſatisfiat gl.in verbo,directa.Vltra ergo omnes iſtas tres formas,& vltra quartam formã,quam gl.hic ponit,quam non curo referre, quia non frequentatur, vera & legitima & notabilis forma hæc
40 eſt,vt ego puto.†Domine Iudex,quamuis ego à Flacco,quẽ credebam dominum,bona fide emerim fundum Titianum, tali vel tali loco ſitum(vel ex alia iuſta cauſa acceperim)eúmque bona fide poſſederim,ita quòd ſi author meus nõ fuiſſet dominus(quod non credo)fueram tamen in conditione vſucapiendi:Cæterùm à poſſeſsione fundi cecidi, quem detinet reus de facto iniuſtè & indebitè,& quãuis eum requiſierim ſæpe & ſæpius,prout & præſenti libello requiritur, vt mihi prædictum fundum reſtituat,hoc tamen facere recuſauit & recuſat,in animæ ſuæ perniciem & damnum,& grauamen meum non modicum:Vnde peto per ſententiam veſtram diffinitiuam decerni & declarari,dictum fundũ ad me ſaltem iure quaſi dominij pertinere,& cõdemnari dictum reum,condemnatúmque compelli vt fundum mihi reſtituat cum fructibus perceptis, damnis,intereſſe,& expenſis,veſtro officio humiliter implorato.Hic poſſunt ſubnecti clauſulæ ſolitæ libellorum,de quibus ſuprà à principio diximus.Hęc forma habet omnia legitima.& conformat ſe verbis imperatoris, cùm dicit:Vendicet vt ſuam,id eſt, ſibi debitam, vel ad ſeſe pertinentem.In hanc formam videtur magna ex parte inclinare Iaſon,licet aliquanto remotius à practica noſtra,quapropter eam ſeruate.Et ita imponimus finem huic difficili §.accipientes propémodum difficiliorem.

§.Rurſus.

1 ☞Abſens quis dicatur,& quamdiu.
2 Præſens quis dicatur.
3 Abſentia quintuplex.

Iudi

4 Iudicium reſcindens.
5 Annus vtilis.
6 Iudicium reſciſſorium.& nu.32.
7 Reſciſſoria duplex.
8 Obligationem inſtituere & reſtituere differunt.
9 Abſens rem præſentis vſucapiens reſciſſoria tenetur.
10 Captus ab hoſtibus rem præſentis vſucapiens, reſciſſoria tenetur.
11 Roma ſola rempub. habere dicitur: abuſiuè autē quælibet ciuitas, quodlibet municipiū, vel oppidum, rempub. habere dicūtur.
12 Captus ab hoſtibus, eſt ſeruus.
13 Vſucapio ſine poſſeſsione procedit.
14 Seruitus gentilitia receſsit ab aula Chriſtianorum.
15 Præſens contra abſentem reſtituitur.
16 Læſus contra lædentem reſtituitur.
17 Priuilegiatus contra priuilegiatum reſtituitur.
18 Læſus olim reſtituebatur intra annum vtilem.
19 Tempus à principio vtile, deinde fit continuum.
20 Annus vtilis an & quomodo hodie ſit mutatus
21 Præſens quomodo reſtitutionem contra abſentem petat.
22 Tunc, extremitatem temporis ſignificat.
23 Abſens contra præſentem reſtituitur.
24 Abſentia affectata non releuat.
25 Abſens reipub cauſa, tandiu abſens habebitur, donec finitum ſit officium reipub.
26 Abſens ante completam vſucapionem reuerſus, quomodo reſtitutionem petere debeat.
27 Modicum non curatur.
28 Negligentia ſua cuique damnoſa.
29 Præſcriptio an contra ignorantem currat
30 Si qua mihi iuſta cauſa, clauſula.
31 Reſtitutio tantum reponit quantum læſio abſtulit.
33 Reſciſſoriæ practica.
34 Præſcriptio vtile dominium parat.
35 Reſciſſoria an ſit natiua vel datiua.
36 Inutile & nihil, paria ſunt.
37 Reſciſſoria intra annum vtilem intentanda.
38 Reſciſſoria litis conteſtatæ perpetuatur.
39 Exceptionis via quando perpetua.
40 Filia paternæ hæreditati renuntians.
41 Libellus reſtitutorius.
42 Læſionis qualitates diſtinctè in libello inſtitutorio relinquendæ.
43 Libellus reſciſſorius.

IN quo præfamur, quòd non tam colligere ex Doct.& conſarcinare, quàm ſeligere ex multis pauca velimus. Iaſ. hic diffundit ſe in xiiij. columnas, Ang. in multas. Io. Fab. in multas, taceo antiquos Doct. qui intrāt & examināt ma-

teriam perpetuò implexã, plus ſubtilem, quã vtilem circa in integ.reſt.abſentiũ. Ego vos nõ multis diſtinebo. Præmitto autem primo ad euidentiã qui dicantur abſentes, quantũ ad præſentia ſatis eſt. Et certè † qui à loco abſũt in quo aliquid
1 petendum fuit, extra ciuitatẽ vel extra continentia ædificia.
2 l.abſentem.ff.de verborũ ſig. E diuerſo † præſens dicitur qui in ciuitate eſt, in loco moræ, in loco quo petendum fuit, vel in ædificiis cõtinentibus.l.pręſens.cum l.ſequẽte.ff de procur.vbi dicitur etiã præſens eſſe qui in hortis eſt. Hæc ſunt neceſſariò cognoſcẽda, quia totus §.noſter loquitur de præſentibus & abſentibus. Secundò præmittimus pro euidentia
3 † quinque eſſe abſentiarum genera. Prima abſentia eſt neceſſaria & probabilis, ſicut in eo qui abeſt cauſa militiæ, vel aliàs cauſa reipublicæ, vel fortè abeſt propter infirmitatem vel morbum ſonticum, vt in l.quæſitum.ff.de re iudic. Secunda eſt cauſa probabilis, ſed nõ ita neceſſaria, vt in eo qui abeſt cauſa ſtudiorum. Tertia eſt abſentia neceſſaria, ſed nõ probabilis, vel fortè improbabilis, vt eſt in relegato.in exulibus: qui ſunt relegati, iſti neceſſariò abſunt, ſed non probabiliter. Idem in eo qui metu criminis abeſt, eſt neceſſaria abſentia, ſed non fauorabilis, vt hic dicit Iaſon. Quarta eſt abſentia voluntaria, vt eſt in mercatorib qui vadunt ad nundinas, vel in aliis qui negotiantur: volentes abſunt, non neceſſariò, dum ſine contumacia abſint. Quinta abſentia eſt etiã voluntaria, ſed improb bilis, vt hi qui contumaciter abſunt, cum contumacia nolentes comparere in iudicio. Hæc quinque genera habetis per gl.magnam in l.fin.circa princi.ff.de in inte.reſt. Iſtas abſentias tenete, quia ſæpe nobis occurrẽt. Tertio pręmitto vobis, in hoc toto §.verſari duo principalia iudicia, iudicium reſcindens, & iudiciũ reſciſſoriũ. † Iu-
4 dicium reſcindẽs eſt in iudice, in prætore viuo, qui imploratus per eum qui læſus eſt, propter abſentiã alterius, reſtituit in integrum eum qui læſus fuit, & reſcindit, annullat, caſſat, ſuſtollit, quicquid illud eſt in quo alius ſe cõqueritur læſũ, tollit ei omne obſtaculum, ſicut cum via ſpinis & ſentibus obſita, aperitur & repurgatur. Hoc dicitur iudicium reſcindens: & illud officium iudicis reſcindentis, olim intra annũ
5 vtilem à tempore læſionis petebatur. Dicitur autem † annus vtilis ex tribus, tum ſi actor habet experiundi poteſtatem,

item ſi reus præſtet ſui conueniendi facultatem, item & ſi co pia iudicis adſit. Iſta tria ſi concurrant, tunc quilibet vtiliter poteſt petere, id eſt, ſine incommodo, qui dicitur annus vtilis. de quo habetis l.j. pulcherrimum textum. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. Hodie autem petitur iudicium reſcindens à iudice, officio iudicis, intra quatuor annos continuos à tem pore læſionis: qui dicuntur continui, quia nihil eſt quod interpellare poſsit ea tẽpora. l. fi. C. de temp. in integ. reſti. pet. Hoc dicitur iudicium reſcindens. Aliud eſt † iudicium reſciſ- 6
ſorium, id eſt, cum via agendi aperta eſt, ſublatũ eſt obſtaculum, quòd is qui læſus fuit, poteſt rẽ ſuã petere, ac ſi nunquã fuiſſet vſucapta, & damnũ reponere, ac ſi nunquã fuiſſet læſus: & ideò dicitur reſciſſoria, propter reſciſſum, caſſatũ ob ſtaculũ, quod obſtabat læſo. Et iſta reſciſſoria habet vtilem actionem nõ directam, cæteris paribus, vt pòſt audiemus: & dicetur datiua etiam cæteris paribus, quæ omnia pòſt explicabimus. iã ſcitis quæ ſit actio reſciſſoria. Et reſciſſoria nõ eſt nomen actionis, cùm vetus & ordinaria actio competat, ſed eſt quædam adiectio declaratiua: ſicut actio de peculio, actio de in rem verſo. non ſunt nomina actionum, ſed oſtẽdunt materiam de qua agitur hoc habetis in gl. ſuper verbo, reſciſſa. Circa quam † reſciſſoriam nouiſſe conueniet eam 7
eſſe duplicẽ, inſtitutoriam & reſtitutoriam. Inſtitutoria reſciſsio eſt, quando actionẽ quæ necdum mihi cõpetebat, habere potuiſſem, niſi fuiſſem abſens, & propter abſentiã perdidi iſtam ſpem cõpetituræ actionis: certè ego reuerſus imploro officium iudicis, vt reſcindat hoc damnum, & inſtituat mihi hoc ius quod priùs mihi non competierat, inſtituat de nouo. Ecce ideò dicitur inſtitutoria, quia iudex, prætor viuus non reſtituit id quod mihi priùs competebat, ſed inſtituit mihi actionem quæ mihi priùs non competebat. Exemplo poteſt hæc res fieri clara & lucida. Habetis exemplũ in l. ſi quis Titio. ff. ex quibus cauſis maior. Nam ſi teſtator legauit mihi fundum vel rem aliquam, ſi tempore mortis ſuæ ſim in Italia, moriente teſtatore ego non ſum in Italia, ſed abſens ſum cauſa reipublicæ, ecce iam perdidi hoc legatum quod mihi cõpetere potuit. Iſtud ius competiturum ſi manſiſſem domi, inſtituit mihi prætor de nouo, ac ſi domi fuiſſem. Aliud exemplum habetis in l. ſi quis ſtipulatus.

eod.titu.vbi promiſerat mihi aliquis in ſingulos annos decem, quibus in Italia eſſem. Ego per iſtos decem annos abfui cauſa militiæ, vel cauſa reipublicæ, iam perdidi hoc ius mihi competiturum, cæterùm iudex de nouo inſtituit. Et
8 quòd † inſtituere obligationem aliud ſit quàm reſtituere, habetis textum apertum in l.quamuis.§.ſi cùm eſſem.ff.ad ſen. conſ.velle Vbi eſt valde elegans caſus de muliere intercedente. Alia reſciſſoria dicitur reſtitutoria, de qua iam vobis dixi ſuprà, de qua loquetur noſter §. Sequitur ergo §.Rurſus. quem quidem diuidite in duas partes. In prima parte loquitur, quando res præſentis eſt vſucapta per abſentem. Secũda pars extendit materiam ad alios ſimiles caſus: remittendo ſe ad iura Digeſtorum, ibi: Quod genus actionis. Doct. hunc § variè ſummant. Vos breuiter ſummate: Re præſentis per abſentem cauſa reipublicæ vſucapta, eo reuerſo & læſo, officium iudicis implorante, reſcinditur vſucapio: quod & in ſimilib. caſibus obſeruatur, re præſentis per abſentẽ cauſa reipublicæ vſucapta. Coll. ex text noſtro, nos hic tractaturos duo præcipua: Primo id quod Imperator expreſsit, quando res præſentis per abſentem vſucapitur. Deinde quod Imperator non expreſſe dixit, ſed ſignificauit remiſsiuè, ſcilicet quando præſens in ciuitate vſucapit rem abſentis. Et iſte ſecundus caſus eſt frequentior & vtilior. Secundo coll. quòd
9 qui † abeſt cauſa reipublicæ, vel † captus ab hoſtibus, ſi rem
10 præſentis in ciuitate vſucapiat, tenebitur reſciſſoria, impetrata in integrum reſtitutione. Et poſſes mirari de exemplo, quomodo abſens cauſa reipublicæ, vſucapere poſsit rẽ præſentis in ciuitate Nõne præſens in rebus ſuis vigilat quibus præſens eſt? & quæ eſt vſucapio iſtius abſentis? Gloſſa ponit exemplũ notabile, quia abſens dum eſſet in ciuitate, emerat bona fide rem mobilem à nõ domino, & cùm mitteretur in legationem, eam rem ſecum detulit. Nos, vt faciamus hoc exemplum probabile, exemplificamus de vaſis argẽteis, quæ ſolent deferri ſecum à magnis legatis tempore legationis. Tu idem dicas in aliis rebus mobilibus: vel, dicit gl. iſtã rem mobilẽ reliquit abſens domi, quo caſu poſsidet ciuiliter, id eſt, animo, cuſtodiens hanc rem domi ſuæ. An autem poſsit exemplificari in re immobili, quòd abſens decem annis vel viginti abiit, relicta re in ciuitate, quam, vt rem immobilem, ſecum

ſecum deferre non potuit, Doct. non tangunt. Ego vix credo exemplificari poſſe de rebus immobilibus, maximè quia præſens eſt dominus illarũ rerum, qui non præſumitur tan diu taciturus: niſi dicas, huic præſenti non fuiſſe facultatem agendi contra abſentem, nec reliquerat procuratorẽ vel defenſorem aliquem qui abſentem defenderet, vt poſteà latius dicemus: verùm id raro vſu venit, propterea dimittemus. Tertio coll. ex tex. quòd cum dicitur aliquis cauſa reipublicæ abeſſe, intelligitur reſpub. Romanorum: quia propriè lo-
quendo † ciuitas Romana habet rempublicam, & nulla præ- 11
terea alia ciuitas. l. rempublicam. C. de iur. reipu. lib. xj. & ibi Docto. Largo tamen & extento vocabulo, & velut abuſiuè, quælibet ciuitas dicitur habere rempublicam, quodlibet municipium, vel oppidum. Quapropter dicit l. C. in l. legatis. ff. quibus ex cauſis maior. quòd legatis municipiorũ vel aliarũ ciuitatum ſuccurritur ſaltem ex clauſula generali, vt habeantur pro abſentibus cauſa reipublicæ. Quarto coll. quòd captus ab hoſtib. ſi rem quam ſecũ detulit vſucapiat, tenebitur
reſciſſoria. Et quomodo poſſunt hæc diſcerni? Nónne † ca- 12
pti ab hoſtibus ſunt ſerui eorum? vtique, de iure Digeſtorũ, & C. Inſtit. de iure perſon. §. ſerui. At qui ab alio poſsidetur, iſte nõ poteſt poſsidere. l. liber homo ff. de acq. rer. dom. Cæ-
terùm † vſucapio ſine poſſeſsione non procedit. l. ſine poſſeſ- 13
ſione. ff. de vſucap. Ergo de primo ad vltimũ, captus ab hoſtibus nõ poteſt quicquam vſucapere de re præſentis. Iſta patet ad oculum. Ergo Imperator dormitauit, vel vinũ biberat (vt dicit alibi gl.) cùm dedit exemplum de capto ab hoſtibus, qui in abſentia quicquam vſucaperet. Non eſt homo in orbe qui hunc nodũ ſoluat. Gl. hic dicit, quòd iſte captus ab hoſtibus poſsidebat per filium ſuum, vel per ſeruum ſuum in cauſa peculiari, quia fortè iſta res vſucapta erat in peculio filijfa. vel ſerui, qui poſſunt vſucapere pro patre vel domino etiam ab hoſtibus capto eſt tex. elegans in l. ait prætor. per totam l. ff. quib. ex cauſis maior. in integ. reſt Et licet hæc ſit vna diuinatio, tamen oportet nos ſic dicere. Nam ſeruus ex cauſa nõ peculiari non poteſt poſsidere pro domino capto. l. neque ſeruus. ff. de vſucap. quamuis Angelus euadat per alias ſolutiones, quas non curo referre, quia improbatur per Iaſonem. Verùm non fatigabimur, cùm vtiliora ſint futura. Hodie

capti

14 capti ab hoſtibus non ſunt ſerui. Iſta † ſeruitus gentilitia receſsit ab aula Chriſtianorum, vt hîc rectè dicit Angel. vnde eam rem latiùs non diſcutimus. Quinto colligite ex textu
15 & gll. quòd cùm † præſens reſtituitur contra abſentem, hîc non curamus qualiter ſit abſens, an ex cauſa neceſſaria, probabili vel volũtaria, vel etiã ex cauſa improbabili, vt eſt relegatus & contumax: ſine delectu, nulla habita ratione abſentiarum, præſens ſemper reſtituetur contra abſentẽ: nam ſemper ex abſentia læditur, quęcunq; illa ſit. Denique ſi reſtituitur cùm ex neceſſaria cauſa eſt, nempe cauſa reipublicæ, cur non reſtitueretur ſi abſens abeſt ex cauſa minus iuſta? Itaq; genera abſentiarũ reſeruabimus ad ſecundã principalẽ partem. Quid autẽ ſi ambo eſſent abſentes, puta Titius ex cauſa reip. Sempronius ex cauſa ſtudiorũ vel alia, an adhuc ſi alter alterius rem vſucapit, cõpetat reſtitutio? Videtur nõ cõpetere, quia priuilegiatus cõtra priuilegiatũ regulariter nõ certat, ſcilicet quòd ambo ſint priuilegiati. Sed breuiter di-
16 ces, † cõpetere reſtitutionẽ ei abſenti qui læſus eſt, & qui certat de dãno vitando, vt habetis text. in l. verũ §. pen. ſuprà de minor. vbi minor cõtra minorẽ reſtituitur, & ſunt tamẽ am-
17 bo priuilegiati. Ex quo coll. elegantẽ doctrinã, quòd † cùm priuilegiatus agit contra priuilegiatũ, vtitur ſuo priuilegio: quod verũ eſt, ſi alterius priuilegiũ ſit prægnantius, vel ſi alter certet de damno vitãdo, alter de lucro captãdo, & ſic priuilegiatus ſecularis vtitur ſuo priuilegio cõtra eccleſiam, cæ-
18 teris paribus, vt iam dixi in d. §. pen. Coll. ſexto, quòd † læſus olim reſtituebatur intra annum vtilem: hoc eſt, cùm aliquis læſus eſſet quẽ oportebat in integrũ reſtitui, hoc poterat petere intra annũ à tẽpore læſionis, & iſte annus dicebatur vtilis, ſicut in euidẽtia declarauimus, quãdo ei fuit experiundi poteſtas vel propter iudicẽ, vel propter ſeſe actorẽ, vel propter aduerſariũ. allegaui vobis. l. j ff. de diuerſ. & tẽp. præſcript. Iſte annus vtilis eſt cõmutatus in quadriennium continuum, quia tẽpore læſionis poteſt peti reſtitutio in integrum, in curriculo quatuor annorum qui ſemper currunt cõtinuè, ſicut tempus, ſiue habeatur copia iudicis, ſiue actor ſiue reus ſint impedimento, ſemper cõtinuo profluxu currit iſte annus hoc ſaluo quòd iſtud tempus eſt vtile à principio id eſt, nõ incipit currere ſi nõ habeatur copia iudicis, vel ex-

periun

periundi poteſtas. Cæterùm ſi ſemel ſit copia iudicis,& expe riundi poteſtas,tunc curſus quadriennij erit cōtinuus deinde:& hoc eſt quod dicitur † tempus à principio vtile, deinde 19 cōtinuum. Sicut etiam eſt in cauſa iniuriarum,datur annus cōtinuus,qui tamen à principio eſt vtilis. Sic decem dies ad appellandum ſunt continui,ſed à principio vtile:id eſt,inſpi citur an appellans nō impediatur interponere appellationē. Incipit autē currere quadrienniū in minoribus natura poſt quàm impleuerunt vigintiquinque annos.Iſta enim minor ætas nō habetur in cōſideratione quo ad quadriennium, ſed poſtquàm hoc curriculū vigintiquinque annorū tranſijt, à primo die viceſimiſexti anni,primus dies qui illuceſcit,vt dicit Imperator,tunc incipiunt minorib.currere iſti quatuor anni.text.eſt elegās in l.fi.C.de temp.in in integ.reſt.pet. & ſic minor habebit vigintinouē annos in quibus poteſt reponi ſua læſio,quacunq; in re captus ſit. Sed in maioribus qui abſunt cauſa reipublicæ vel aliàs læduntur,vt ex iuſta cauſa eis cōpetat reſtitutio,tēpus quadriēnij cōputatur à die reuerſionis,vel à die ceſſantis læſionis.Et adeò continuè currunt iſti quatuor anni,quòd ſi prætor reſtitueret aliquē poſt hoc tēpus,nihil ageretur,reſtitutio nihil valeret, argumēto eius quod traditur per gl.in l.properādum. in prin.C.de iud.vbi dicit gl.ſi poſt decurſa fatalia in cauſis appellationum iudex ferret ſententiam(quod ego credo me vidiſſe) iſta ſententia eſſet nulla,id eſt,poſt legitima tēpora data: quod eſt mente tenendum.& facit elegans tex.in l.ſcire oportet.§ cōſequēs. ff.de excuſa.tut.vbi ſi poſt tempora aliquis excuſetur à tutela,nihil agitur.An autē iſte † annus vtilis de quo loquimur, 20 ſit correctus per iura Codicis?quod videtur.cùm tēpora hodie ſint mutata. Sed dic ex ſententia Doctorum & gl.hic,annum vtilem eſſe correctū quo ad iudicium reſcindēs, id eſt, quo ad impetrandā reſtitutionē: ſed in iudicio reſciſſorio, id eſt,dum debet opponi actio obtēta reſtitutione,annus vtilis nō eſt correctus,quia ab obtenta reſtitutione intra annū debet intentari reſciſſoria(quod eſt pulchrum verbum)ſed non finiri,vt poſteà plus declarabimus. Hoc quoque nō eſt prætereundū,quòd præſenti in ciuitate non ſubuenitur contra abſentem,ſi abſens reliquit procuratorem legitimū in ciuitate,vel ſi aliquis ſit qui defendat abſentē & legitimè defendat:

ſendat: quapropter ſi præſens in ciuitate velit ſpem habere reſtitutionis, debet per iudicem edicto publico proſcribere, (Doctores nominant, per proclamata) palàm denuntiare in valuis Curiæ, ſi quiſquam ſit qui velit defendere abſentē, vel qui ſit procurator ſuus, iſte compareat tali die &c. Si poſtea nemo cōparuerit, nec vicini nec cognati, nec amici alii, tunc is præſens in ciuitate habebit ſpem & fructum reſtitutionis. habetis textum valde elegantem in l. item ait prætor. §. hæc autem. cum l ſequent. quæ incipit, Ergo ſciēdum. ff. quibus

21 ex cauſis maior. † An autē hoc caſu, cùm nemo defendit abſentem, cogatur præſens in ciuitate expectare quouſque reuertatur abſens, an poſsit eſſe inquietus, an poſsit tumultuari & abſentē impetere, vel curatorē bonorū petere? Et videtur quòd debeat & oporteat eum expectare, propter verbū Tunc, hîc in text. poſitum. Dicit enim Imper tunc intra an-

22 num reſciſſa &c. At iſta † dictio Tunc, ſignificat extremitatem tēporis, præcidit ad vltimū momentū tēporis. l. iiij. ff. de cond. & dem. l. vxori. ff. de vſufruct. leg. cum vulg. Bart. in l. ignorare. C. de reſtit. milit. ſub diſtinctione reſpondet, quia aut ſperatur iſte abſens de proximo reuerſurus, tūc cogetur expectare abſentē, is qui eſt in ciuitate. arg. l. pen. §. fin. ff. de legatio. Sin autē incertus eſſet reditus, vel crederetur abſentem non ita citò rediturum, tunc non cogetur præſens expectare, ſed dabitur bonis abſentis curator, cōtra quem poſsit præſens experiri. Ita Iaſon hîc, fol. 31. col. iiij. in fi. Et iſta ſufficiant quo ad primam partem, quæ concernit præſentē contra abſentem. Septimo ergo principaliter coll. quòd cùm Imper. noſter dicit eſſe ſimiles caſus, ſicut latius in libris Digeſtorum &c. ſignificat Imperator ipſos cauſa reipub. abſentes, qui à præſentibus in ciuitate læduntur. Et iſte caſus eſt notabilior & frequentior, de quo plura habemus per diſcurſum. ff. quib ex cauſ. maio. & in C. quē ſi pergamus ex perfecto tractare, neceſſe erit omnes titulos de hac materia loquētes percurrere. Verùm hoc nō eſt propoſiti noſtri, vnde

23 quantū ad præſentia ſatis eſt, dicite per cōcluſionem: † Abſens ex cauſa neceſſaria vel probabili, vel probabili tātum, ſi tēpore abſentiæ læditur, ita quòd res ſua mobilis vel immobilis (non facio hic differētiam) vſucapta fuerit, reuerſus poteſt petere in in integrū reſtitutionē, olim anno, hodie intra

qua-dr

quadriennium.Hæc concluſio eſt quaſi ſummariũ eorũ qui ex cauſa neceſſaria vel probabili tantum abeſſe dinoſcũtur. fa.l.j.§.verba autẽ edicti.&.§. item ſi qua iuſta. ff.quibus ex cauſ.maio. Iſta concluſio fallit primo, niſi is qui abſens eſt cauſa reipublicæ,procurauerit ſibi dari hãc legationẽ,amba ſiatam(vt barbarè loquar)affectauerit,† quia talis non reſti 24 tuitur,per elegantẽ text.in l.reipub.ff.ex quib.cauſ.ma. Secundo fallit,niſi fuerit læſus iſte abſens cauſa reipublicæ,damno fatali,vt quia idem damnũ paſſus fuiſſet ſi domi reman ſiſſet,quia fortuna forte ei inſidiari voluit: vt ſi per alluuionẽ magna pars agri ſui eſſet cõiuncta agro meo,quia reuerſus non poſſet petere à me iſtam partẽ agri. Nam ſi nunquã abſuiſſet,paſſurus eſſet hoc damnum.& ita de ſimilibus.text. eſt not.in l.is qui.iij.eo.tit.quib.ex cauſ.maio.Tertio limita,niſi is abſens cauſa reipublicæ nõ fuerat reuerſus cùm reuerti poterat,ſicut frequenter faciunt delicati ambaſiatores, quia quicquid interea, quo potuit redire, vſucaperetur,ipſi nõ reſtitueretur.l.item.ij.cum l.ſeq.eo.tit.In tali caſu habui cõſulere primo anno Doctoratus mei.Fuit Canonicus Cõſtantien.qui miſſus à Capitulo tardabat reditũ,& poſteà incidit in latrones,in raptores, quem ego defendi egregio cõſi lio pro eo tempore,quod incipit, Collegiũ Capituli,ex hac limitatione præcedenti:quia ſi non tardaſſet reditũ,ſi rectà profectus fuiſſet,adhuc incidiſſet in hoc damnũ. Et hoc vnico fundamento defendi hunc Canonicũ.Conſequenter prędictis coll.quòd† is qui reipub cauſa abſens eſt,tandiu pro 25 abſente habebitur, donec finitũ ſit officium reipub.& donec commodè redire poteſt. Præfigũtur enim ei certa tẽpora,vt hic in gl.mag.in quibus eũ redire oportebit: nẽpe per diem viginti miliaria,vt dicatur reuerti cõmodè potuiſſe:niſi forte infirmitate,hyeme,vel tẽpeſtate impediatur.Hoc eſt quod dixi,neceſſariã abſentiam cõſiderari,vt quis beneficium reſtitutionis obtineat.Nam ſi propter cauſam voluntariã,fortè ob cõpendia commodi proprij abeſſet,tunc non reſtitueretur:quod eſt notandũ pro ambaſiatoribus noſtri temporis, qui non debẽt tardare tempus legationis ob vlium lucrum. habetis pulchrum textum in l.non verè. ff.quibus ex cauſis maior. Quid ergo ſi is qui poſsidet rem abſentis,compleuit vſucapionẽ in abſentia ipſius(militis ſcilicet, vel miſsi)

vſque ad aliquod tempus, vſucapio non fuit tota completa, ſed reſtiterat aliquod tempus, in quo reſtante tẽpore abſens reuertitur in ciuitatem, ita quòd ipſo præſente, reliquũ temporis, ipſo ſcilicet milite vel miſſo præſente, cõpletur, an ninihilominus detur reuerſo militi vel miſſo, reſtitutio, ac ſi poſſeſſor in abſentia militis vſucepiſſet, an reſtituatur? Multi dicerent eum non reſtituendũ. Diſtinguite, aut modicũ tẽ-
26 pus reſtiterat dum reuertitur † abſens, in quo modico tẽpore vſucapio completur, præſente milite, & tunc nihilominus miles vel abſens reſtituitur, non curato hoc modico tempore, quia non debet miles feſtinare inciuiliter, & velut anhelare, deos & homines veluti in veſtigio fatigare vt ſubueniat rebus ſuis, ciuile temperamentũ adhibendum eſt. Vt intelligatis, ſubiiciamus exemplum. Fingite, in re mobili (ſic etiam intelligetis in re immobili) Titius bona fide emerat à nõ domino equum Flacci militis, dum is abſens eſſet cauſa reipublicæ in militia. Iſte emptor poſſedit equũ duos annos & vndecim menſes, & ſic deerat tẽpus menſis ad integram vſucapionem. Intereà reuertitur miles à militia ante duodecimũ menſem, & ſic modico tempore ante vſucapionem completam. Is miles tacet, non interrumpit tempus poſſeſsionis: tacet hunc perpetuũ menſem, quo caſu vſucapio emptoris fuit iam perfecta. Iam erat clauſa ianua. Is miles petit ſe reſtitui, vſucapionem reſcindi, an audiatur? Certè ſcilicet ſe præſente vſucapio ſit completa, & hoc modicum tempus eum non grauabit, fortaſſe quia interea compoſuit ſarcinulas, vt dicit Iuriſconſult. conduxit hoſpitium, quæſiuit aduocatos, & cætera ſimilia. Et in hoc non eſt diſcordia inter Doctores, & meritò, quia eſt text. apertus in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cauſa maio. vbi dicitur, etiãſi poſteà modico tempore res vſucaperetur &c. eſt text. elegans. Ex quo
27 tex. colligit, quòd † iactura modici temporis nõ eſt in conſideratione, cæteris paribus. Cæterùm, retento ſuperiori themate, ſi ante completam vſucapionem emptoris, multo ante miles fuiſſet reuerſus in ciuitatẽ & tacuiſſet, ſuæ rei nõ inuigilaſſet, vt exẽplo ſuperiori patere poteſt, Titius emptor cùm emiſſet equũ militis cauſa reipub. abſentis, & poſſediſſet bona fide duos annos, in principio tertij anni miles reuertitur, & toto iſto anno tacet, nõ curat interrũpere vſucapionem,

pionem,vt ita curſus triennii cōpleatur,& res iam vſucapta ſit,poſt hoc implorat miles beneficium reſtitutionis, an debeat reſtitui? In hoc ſunt vehementes opiniones antiquorum gloſſatorū,& omnium Doct.eccleſiæ noſtræ vſque in hunc diem, ita quòd adhuc ſub iudice lis ſit.Ioan.& Bulg.concedebant militi reſtitutionem etiam qui toto anno tacuerat: indulgent ei reſtitutionē biennii, reſtituūt eum ad duos annos quibus fuit abſens ad tertium annū eum non reſtituunt, in quo fuit negligens, putantes hoc eſſe debitum & æquum, quòd biennium abſentiæ ſuæ debeat meritò ſubduci: quia dici non poteſt,quin iſti duo anni læſerint eum dum abeſſet in negotiis reipublicæ:quia ſi iungantur iſti duo anni abſentię cum vltimo anno præſentiæ, ſimul iuncti faciunt triennīū, quo caſu apparet læſio militis in duob.annis qui ei reſtituuntur. Iſti Doct.mouentur per l.quod tempore.C.de reſtit. milit.vbi eſt expreſſus text.quòd tempus in quo abfuit miles ab vſucapione ſubducitur:& mouentur, quod per manus traditur, abſentiam ſuam nemini eſſe debere dānoſam.l.abſentia.ff.de reg.iur. E diuerſo eſt alia opinio Martini & Placentini,qui negant hunc militem negligentem reſtitui oportere.Nam vigilantibus,non dormientibus iura ſubueniunt. per iura vulgata.& dicunt eſſe tex.in d.§. ſed quod ſimpliciter.in l.ſeq.vbi expreſſe dicitur rotundis verbis, † negligentibus verò quibus negligentia eſt imputanda,nō debere ſubueniri. Et Iſti Doct.confidunt textui,habentes hanc doctrinam pro indubitata:& dicit Paul.de Caſt.in d.l.quod tempore. huic §.ſed quod ſimpliciter.non poſſe dari reſponſum. Gl.communiter in d.§.ſed quod ſimpliciter.in d.l.quod tēpore,& in aliis locis, & poſt gl. Din.Bar.Bal. & cōmuniter Doct. tenent opinionem Ioann.& Bulg.quòd miles vel abſens cauſa reipu.debeat reſtitui ad tempora abſentiæ, nempe ad duos annos: ad tempus negligentiæ non debeat reſtitui, ſcilicet ad tertium annum:& ita reſpondent, diſſoluunt & declarant text.in d.§.ſed quod ſimpliciter.cum l.ſeq.In hanc rem Bar.ſolennem repetitionem ſcripſit in d.§.ſed quod ſimpliciter.licet Bar. aliqua diſtinguat ibidem quæ nō curo referre,quia non tenentur.Azo.in ſumma in tit.de reſti.mili. dicit opinionem Ioan.& Bulg.niti maiori æquitate,ſed Martini opinionem maiori authoritate:ita ipſe reſoluit. Hanc 27

Martini opinionem tenuere Petr.de bell.pert.& Cyn.in d.l. quod tempore.& dicitur eam etiam tenuiſſe Oldra.Paul. de Caſt.aſſeueranter tenet hanc poſteriorem opinionem in d.l. quod tempore.& in l.diuortio.§.nō ſolum.ff.ſol.ma.& ego eam puto indubitatam,vt quæ clariſsimè fundetur ex d.§.ſed quod ſimpliciter.qui textus ſuſtinere nō poteſt iſtas fictas & inanes ſuppletiones.Vnde opinio Martini eſt verior,amica ciuili rationi quæ habetur in l.j.ff.de vſucap.vbi dicitur vſucapionem introductā eſſe publico bono,ne dominia in incerto penderent.Cùm ergo reſtitutio detur cōtra ius cōmune:fauorabilius eſt fouere publicum bonum cùm poſſumus. Præterea opinio Bulgari litem ſternit ex lite,& plura emergunt ex ea inconuenientia, quæ poſſem dicere,ſed alteri tempori reſeruo.Odof.in d.§.ſed quod ſimpliciter.dicit dominum ſuum Iacob.Balduinum vno anno tenuiſſe opinionem Bulg.& altero anno opinionem Martini.Videte quid faciat iſte adulterinus fauor,iſta adhærentia.Ego in nullius verba iuraui,à nullius fune pendeo, id quod mihi ex textibus fundatum eſſe videtur hoc ſequor,ſecurus opinionum huius vel alterius.Concludentes ergo hunc difficilem nodum , dicite: Quòd ſi modicum temporis reſtet vſucapione necdum completa,miles vel abſens reuerſus,etiamſi eo modico tempore taceat,tamen contra vſucapionē reſtituitur.Quòd ſi nō modicum tempus,ſed multum reſtaret ad cōplendum vſucapionem,quo tempore abſens reuerſus tacuit,non reſtitui militem,nō in æternum.per textum clarum & manifeſtum in d. §.ſed quod ſimpliciter.Hoc tamen totum relinquetur arbitrio iudicis.d.§.ſed quod ſimpliciter.cum l.ſeq. Sed quæras hic,quid ſi † pręſcriptio ſuper re mea pręſentis completa ſit, dum tamen ignorem mihi ius competere, an nihilominus operetur præſcriptio?Et videtur quòd ſic,per l.fin.in fin.C. de præſcript.xxx.ann.vbi dicitur quòd etiam ignoranti currat pręſcriptio.At hoc eſſet exemplo grauiſsimum:quapropter dicite,quamuis ignoranti mihi præſcriptio currat, tamen poſſum reſtitui,poſſum impetrare beneficium reſtitutionis,nō per iura noſtra,ſed per clauſulam generalem: † Si qua mihi iuſta cauſa videbitur in integrum reſtituam , dicit prætor.l.j.§.fin.ff.quib.ex cauſ.maio. Hæc eſt notabilis & egregia doctrina Barto.in l.j.§.ſi propter inundationem.ff. de itin.

de itin.actúque priua.quæ doctrina eſt mente tenēda,vt hic dicit Ang.& eſt notabilis,& multum neceſſaria. Quod porrò diximus in euidētialibus,iudicium reſcindens,id eſt,officium iudicis† reſtitutionem dantis, concludi quadriennio, 31 accipit temperamentum,& cum moderamine intelligēdum eſt ex ſentētia Dini hic & aliorum Doct.in quo ſic dicite:Si læſio,impedimentum,grauamen contingit ex contractu vel ex ſententia:Ex contractu dico,ſi minor ſit circumuentus in contractu:vel ex ſententia,ſi litigans minor vel maior læſus eſſet ex ſententia:hoc loco ſemper datur vniformiter quadriennium. Maiores autem natu,etiam ſi ex cōtractu lædantur,non reſtituuntur,niſi intercederet iuſta cauſa.per d.clauſulam generalem.Minores natu capti vel paſsi iacturam ſemper reſtituūtur,in quibus hoc caſu ſemper ſeruatur quadriennium.Si vero læſio vel grauamen immineret ex tempore,ex curſu temporis,vt ſi aliquis præuētus vel impeditus eſſet certis diebus,ne poſſet ius ſuū proſequi,hoc dicitur impedimētum ex curſu tēporis,hoc caſu non inſpicitur quadrienniū, reſtitutio quadriennio non cōcluditur,ſed reſpicimus ad iacturam temporis:& ſi minus tempore quadriennij cucurriſſet in impedimento,tūc dabitur etiam minus tempus quàm quadriennium.Exemplum Si aliquis læſus eſſet in decē diebus,qui dātur ad appellandum,is non reſtituitur niſi ad decem dies,intra quos dies etiam petēda eſt reſtitutio:quod eſt diligenter notandum.Si aliquis eſſet læſus quantum ad menſem,is intra menſem & ad mēſem reſtituitur.& ita in ſimilibus.Ratio eſt viua per Iuriſcōſul.in l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino.vbi ponūtur pulchra verba,Id quod abſtulit læſio,reponit reſtitutio.Nunc in prædictis caſibus, læſio abſtulit tantum decem dies,abſtulit tantummodo menſem, vnde ad tale tempus datur reſtitutio.text habetis in l.ſed & ſi per prætorem.§.ſi feriæ.vbi ſunt elegātiſsima verba ad fin.§. ff.ex quib.cauſ.maior.vbi ſi incidant agenti repentinæ feriæ,ob honorem ſortè Cæſaris,vel propter ſupplicationes aut alios caſus imminentes, quæ feriæ quia prouideri vel præuideri non poſſunt,ſi impediunt agentem,litigantem, tunc tantum dierum reſtituitur,quātæ erant feriæ.Iſta ſunt vera,niſi tale grauamen incideret,quod reſtitutionē totidem dierum non pateretur, imò totam dilationem abſorberet:

quia tunc non dantur tot dies quanta erat læſio, ſed tantum
temporis dabitur, per quod grauamen ſuſtollitur. Exẽplum,
vt intelligatis. Datus eſt actori terminus ad probandum per
menſem, actor impeditur per tres dies in iſto mẽſe, interim
acta iudicij perierunt, hoc grauamen abſorbet omnem, to-
tam dilationem: quia tunc non reſtituuntur tantummodo
tres dies, ſed fiet reſtitutio pro modo grauaminis. eſt elegans
dictum Bar. in d. § ſed quod ſimpliciter. in ſua repetitione.
Bal. in d. l. feriæ. & Doct. plerique omnes in §. noſtro. Verum
ſi læſio cõplecteretur plus temporis quàm ſit quadrienniũ,
tunc non reſtituitur læſus niſi ad quadriennium, & nõ habe-
tur ratio dierum grauaminis. Exemplum. Si aliquis abſens
cauſa rei pub. vel impeditus abeſſet, & fundus ſuus res immo-
bilis vſucaperetur vel præſcriberetur per quindecim annos,
iam necdum erat completa præſcriptio viginti annorum, &
ſic fuit læſio ad quindecim annos. non dabitur plus tempo-
ris in reſtitutione quàm quadriennium. Bar. in d. §. ſed quod
ſimpliciter. Nũc videamus aliqua ſuper iudicio reſciſſorio,
quia multa diximus ſuper reſtitutione. Et nouiſſe cõueniet
32 primo quòd † reſciſſoria actio vel reſciſſoriũ iudicium, nõ
competit ipſo iure: vnde ſi miles diceret, Domine iudex, peto
reſcindi contractum iſtum, vſucapionem iſtam in qua ſum
læſus, iſta actio non procederet, quia ipſe nõ eſt ipſo iure læ-
ſus, ſed debet priùs obtinere reſtitutionem in integrum, de-
bet priùs petere & obtinere, quòd contra iacturã quam paſ-
ſus eſt, reſtituatur per officium reſcindens, & tunc demum
cõpetet ei iudicium reſciſſoriũ vel actio reſciſſoria: quę ideò
dicitur reſciſſoria paſsiuè, quia reſciſſum eſt obſtaculũ vſu-
capionis, quod obſtabat militi ne ageret. Et quãuis ſint diſce-
ptationes Doct. ſatis variæ, an ipſo iure competat reſciſſo-
ria an non competat, tamen in hoc deuentum eſt, & commu-
niter à Doct. tenetur, quòd priùs debeat peti & obtineri re-
ſtitutio in integrũ, ſicuti de hoc eſt tex. expreſſus hic. Reſciſ-
ſa vſucapione. & tex. in l. in honorarijs. §. ſed cum reſciſſa. ff.
33 de act. Et hoc eſt tenendũ mente in † practica, ſaluis his quæ
dicemus poſtea. Imò ſi etiam in aliquibus caſibus reſciſſoria
competeret ipſò iure, primo limine, ſicut eſt in caſu vbi ve-
tus actio nõ eſt ipſo iure ſublata, ſicut in præſcriptione xxx.
annorum, eo caſu putant aliqui Doct. reſciſſoriam compe-
tere

tere ipſo iure,ad vtilem actionem,quæ nõ fuit ſublata, quia † præſcriptio xxx.annorum parat vtile dominium,non ene 34
cat directum dominium.glo.in Authent.niſi triennale. C.de bon.mat.Sit ſanè quòd eo caſu reſciſſoria competat ipſo iu re ad veterem actionem,tamen inefficaciter,ſine fructu donec prætor viuus,id eſt,iudex,reſtituendo eam faciat efficacem.hoc eſt quod gl.hic in verbo,reſciſſa,ad finẽ,& in multis alijs locis dicit,inefficaciter petere ipſo iure reſciſſoriam donec prætor viuus,iudex inſufflet in eam ſpiraculũ vitę.Et ita dicit hic Iaſon communiter teneri,id quod veritas eſt.An autem iſta † actio reſciſſoria,natiua vel datiua ſit,eſt certa- 35
men inter Doc.qui nuſquã minus conueniunt quàm in hac materia,quibuſdam dicentib.eam eſſe datiuam,ſcilicet cui ſpiraculum vitæ à prætore datur & inſpiratur.Et hoc ego ſupra ſecutus ſum.Bar.in l.fin.C.ex quib.cauſ.maio.& in d.§. ſed quod ſimpliciter.aſſeueranter tenet eam eſſe natiuam,ſcilicet quòd habeat matrem veterem obligationem,quæ competebat antequam res vſucaperetur.Et licet prætor vel iudex poſteà ſuo vigore,ſuo officio det vel videatur dare actionẽ reſciſſoriam,tamẽ per hoc non ſuſtulit antiquam matrem: exemplo Lazari,licet Dominus eum reſuſcitauerit, tamen, non eo minus dicetur habuiſſe matrem.Ego non inuenio in Doct.reſolutionem huius dubij,varijs varia dicentibus.Ego verò puto reſciſſoriam eſſe actionem datiuam,inſpecto præſenti ſtatu in quo actio reponitur,quod ad ſenſum patet:& hoc videtur etiam ſentire Abb.in c.tum ex literis.ad fin. de in integ.reſtit.vbi dicit † paria eſſe,non extare actionem, & 36
extare inutilem.per iura vulg.l.quotiens.ff.qui ſatiſdare cogan.Itaque dicetis eam eſſe datiuam,quia niſi prætor daret, nulla eſſet.Sed quando intentabitur iſta actio reſciſſoria? Nos ſuprà audiuimus quòd reſtitutio datur intra quadriennium,an etiam actio reſciſſoria intra quadriennium intentetur?Dicite quòd † reſciſſoria debet intentari intra annum 37
vtilem,poſtquàm eſt obtenta reſtitutio.& hoc eſt quod dicit gl.hic,annum vtilem non eſſe omnino commutatum vel correctũ. Ergo intra quadrieniũ obtinebitur reſtitutio:intra annũ poſtea intentabitur iudicium reſciſſorium. Sed an hoc iudicium,hæc † actio perpetuetur lite conteſtata?Dicite 38
perpetuari:licet Diu.& Ang.hic obſcurè loquantur,ſed hoc

tenet apertè gl.in l.fi.& ibi Bal.de temp. in integ.reſt. peten.
39 Cæterùm reſciſſoria aliquando etiam cõpetit † via exceptionis,& tunc eſt vltro perpetua,nec habet tempus intra quod proponatur.habetis notabilem tex.in l.necnon.§.exemplo. ff.qui.ex cauſ.vbi ſi miles vel aliàs iuſtè impeditus per abſentiam paſſus ſit vſucapi rem ſuam in abſentia,ſi iſte abſens reuerſus in ciuitatem,tantum efficiat quòd poſſeſsionem rei vſucaptæ ſine vitio obtineat,& iſte alter qui vſuceperat velit vendicare à milite rem vſucaptam,quòd iſta res ſua ſit vſucapione,ecce hic miles poteſt excipere de reſciſſoria,poteſt dicere,Domine iudex, iſte iniuſtè vſucepit,peto me reſtitui in priorem ſtatum,reſciſſa vſucapione.Ecce iam per viam exceptionis reſcinditur vſucapio per militē vel abſentē ad quem reuerſa eſt poſſeſsio.Ex illo potes nouiter addere no.doctri
40 nam.Finge,† ſoror renuntiauit fratrib.paternæ & maternæ hæreditati accepto aliquo modico,ſicut fit inter nobiles:iſta ſoror iurat non contrauenire renũtiationi,qua iurauit non velle ſuccedere parentibus,& iurauit ſe daturam inſtrumentum renũtiationis.Ex poſt facto fratres impetunt eam,quia renuntiauerat,vt erigat inſtrumentum,renuntiationem.Ecce quid dicit hæc ſoror?Domine Iudex peto me reſtitui aduerſus iuramentum & abſolui,quia læſa ſum immodicè: & obtenta reſtitutione,peto reſcindi hunc contractum vitioſum.Ecce iam ſub via exceptionis proponitur reſciſſoria nouo exemplo,quod Doctores non tangunt.Et iſta reſciſſoria de qua loquitur §.exemplo.& quam accommodauimus iam, poteſt etiam peti poſt quadriennium,poſt annũ vtilem,imò poſt plura tempora,ſi ita neceſſe foret:quia quod eſt agendo temporale,hoc excipiendo eſt perpetuum.l.purè.in fin.ff.de except.dol.Veniamus igitur nunc ad practicam. Libellus in officio vel iudicio reſcindente,ſecundum Iaſonem & Doct.
41 ſic formatur:† Cùm me abſentaſſem cauſa reipub. vel aliàs eſſem iuſtè impeditus,Titius rem quæ mea erat occupauit, aſſerens ſe vſucepiſſe eo tempore quo fui abſens vel iuſtè impeditus:vnde cùm iura ſubueniāt abſentibus aut aliàs impeditis,& eos dicant eſſe reſtituendos,idcirco peto per officiũ veſtrum Domine iudex,in integrum reſtitui,ac dictam vſucapionem reſcindi,& admitti me ad agēdum pro re mea,ac ſi non eſſet vſucapta.Hæc eſt cõmunis & pulchra forma,cũ petitur

Hoc verum eſt, ſi excipiẽs id propter quod excipit iure actionis vel iudicis officio petere poſſet.

titur reſtitutio in integrum. Circa quam eſt diligenter aduertendum,& debet eſſe cautus libellans,vt dicit Din.vt non ſolùm læſionem, ſed etiam qualitatem læſionis exprimat. Aliquando enim læditur aliquis in poſſeſsione tantummodo, ita quòd in ſua abſentia poſſeſsio, quam bona fide habuit,vſucapitur: tunc enim forma libelli reſpiciet poſſeſsionem.dicet: Aduerſarius occupauit mihi poſſeſsionem &c.ad quam peto reſtitutionem in integrum.ita eſt tex. in l.ait prætor.§.item ei qui ex quibus cauſ.&c. Aliquando abſens facit iacturam circa ius dominii,& qui prætendebat rei vendicationem, cùm poſſeſsio eſſet apud alium:hoc ius dominii, ſi occupatur in abſentia ſua,erit fundamentum libelli,petet ſe reſtitui in integrum ad ius dominii, & ad actionem rei vendicationis. Quòd ſi conſtaret de dominio,abſentem eſſe dominũ,tunc petet ſe reſtitui ad ipſam rem cuius ſit dominus: ita eſt gl.ab omnibus commendata, in l.qui proprio.§.item quæritur.in prin.gl.mag.ff.de procur. quæ dicit petẽdã eſſe reſtitutionem in eo quod abeſt læſo.Itaq; ſi abſens fuiſſet dominus & poſſeſſor fundi,vel alterius rei,tunc libellus fundabitur ſuper vtroq.:& tandẽ,ſi miles propter abſentiam eſſet læſus,quia amiſiſſet ius & actionem quæ ſibi cõpetitura erat ſi mãſiſſet,ſed propter abſentiam amiſit hoc ius.Exẽplum ſuprà dedimus in l.Si quis Titio.ff.ex quib.cauſ.maior. vbi teſtator legauit Titio fundum,ſi tẽpore mortis ſuæ eſſet in ciuitate vel in Italia:iſte Titius cogitur abire cauſa reipub.interea moritur teſtator.& quia nõ fuit in Italia vel in ciuitate is legatarius,iam amiſit legatũ. Hoc loco attẽperandus eſt libellus ad hanc qualitatẽ læſionis. Dicet enim,cùm me abſentaſſem cauſa reipublicæ,perdidi & ius & actionẽ ad inſigne legatũ,quod mihi tunc debebatur ſi fuiſſem in ciuitate: vnde peto me reſtitui in integrũ,vt hoc ius quod nõ acquiſiui, ſed poteram acquirere,mihi contra hæredem reponatur. Et ita ſunt † qualitates læſionis valde diſtinctè & ordine quodã in 42 libello inſtitutorio exprimendæ, quod Din.hic ad fin.pulchrè proſequitur. Doct.in d.l.quod tẽpore Bart.in l.ſi cum militarib,C.de reſtit.milit.Hoc quoque addimus,licet Doc. non tangant, quòd qui petit ſe reſtitui in integrum, non ſufficit quòd dicat.læſus ſum, feci iacturam: ſed debet dicere ſe grauiter & immodicè eſſe læſum, quia hoc officium

non impartitur pro qualibet læſiuncula facili. Hoc didici ex Pano.in c.tum ex literis.circa fin.de reſti.in integ.Iam verò in actione reſciſſoria,quæ datur poſtquã reſtitutio in inte-
41 grum eſt obtenta, hic formatur libellus:† Conqueror cõtra Titium aduerſarium meũ, qui talem rem quæ ad me pertine bat,dum eſſem abſens cauſa reipubli.(vel aliàs iuſtè impeditus)occupauit & vſucepiſſe dicitur : verum quoniam obſtaculum dictæ vſucapionis, officio veſtro,Domine iudex, reſcindẽte,eſt ſublatum, peto per vos declarari dictam rem ad me ſpectare iure dominii vel quaſi, & eã mihi relaxari cum effectu,& realiter reſtitui,perinde ac ſi non eſſet vſucapta.In hac actione rectè, ſicut in ſuperiori, attemperabit ſe libellãs ad qualitates læſionis ſupradictas,ſiue circa poſſeſsionẽ,ſiue circa dominium,aut circa vtraque,aut circa ius & actionem non acquiſitam &c. Et poſſunt huiuſmodi in officio reſcindente & reſciſſorio ſeparatim deduci:imò aliquando ſufficit ſi tantummodo petatur in integrum reſtitutio,& taceatur de reſciſſoria: quod tũc cõtingit cùm parti reſtitutæ nihil plus deeſt,ſublatum eſt omne grauamen per reſtitutionem:vt in exemplo:Si reus minor natu conuentus ab aliquo condẽne tur per ſententiam, & ſic ſententia eum lædat,ei ſufficit ſi reſtituatur contra ſententiam,quia iam eſt abſolutus ab actore.Si enim non eſt condẽnatus,eſt abſolutus.& ſic nihil plus ei deeſt. Item ſi minor natu vendidit fundum,& necdum tradidit,is petit ſe reſtitui contra contractũ,vt cõtractus annul letur,iam hoc ſufficit huic minori,quia necdum tradiderat rem.Et ſic in ſimilib.caſibus:quod etiam Doct.hic non tangunt,ſed eleganter proſequitur Abb.Pano.in d.c.tum ex literis.Et quia diximus ſeparatim poſſe libellari in vtriſque iudiciis, meritò dubitatur an ambo iudicia poſsint intentari, in vno libello ſimul cumulari: vt ſi diceretur, Peto me reſtitui in integrum,& mihi rem relaxari. Din.hic tãgit & dicit, non poſſe cumulari ſimplicibus verbis, quia alterum pẽdet ex altero,& ex altero naſcitur. Vnde quomodo poteſt eſſe nata reſciſſoria, ſi nondum petita & obtenta eſt reſtitutio?Innoc.in d.c.tum ex literis. tanquã Canoniſta ſimpliciter putat iſta duo iudicia cumulari poſſe. Sed ius ciuile aliquanto accuratiùs hanc rem perpẽdit:vnde poſt varias altercationes ad hoc deuentum eſt,quòd iſta duo iudicia cumulari poſsint

in eundem libellum, non ſimpliciter, vt voluit Innoc. ſed ſucceſsiuè, & veluti ſub cōditione. Si ergo dicet libellans: Domine iudex læſus ſum in hac re propter abſentiam meam, vnde peto ſimpliciter me reſtitui in integrum: qua reſtitutione obtenta, peto partem aduerſam cōpelli vt reſciſſa vſucapione, me in priſtinum ſtatum reponat. Ecce iſte libellus egregius & inſignis cōmuniter à Doct. eſt receptus, quem etiam probat Panor. loco alleg. Et non eſt nouum quòd duo iudicia connectuntur in ſubordinatam conditionem: hoc enim audiuimus in publiciana. §. proximè præcedente, vbi petitur res iure dominii vel quaſi, id eſt, ſi non cōpetat mihi rei ven. ſaltem publicianam intento. Similem formam habetis per Bar. in l. non abs re. C. vnde vi. Nam is qui vim paſſus eſt & violentiam ab aliquo, petit eum condemnari vt rem violenter raptam reſtituat: & ſi fortè vſque ad ſententiam nō reſtituerit, petit eum condemnari ad rem & nihilominus ad æſtimationem rei. Similis forma eſt in Authen. contrà qui propriam. C. de nō. num. pe. Domine iudex peto à Titio vt mihi ſoluat pecuniam in quam ſe obligauit hac charta manu ſua ſcripta: & ſi negauerit manu ſua ſcriptam, peto pœnam cum ipſa pecunia. Et hoc audietis infrà in arbitrariis actionibus, in §. præterea. Videte non eſſe abſurdum ſi iſta duo iudicia reſcindens & reſciſſorium in vnum libellum compingantur, ſed ſub ſubordinata conditione & ſucceſsione.

§. Item ſi quis.

1 Diuiſio huius §.
2 Similitudo generis.
3 Alienare in fraudem creditorum non licet.
4 Alienata in fraudem quomodo reuocentur, & qua actione repetantur & num. 20.
5 Poſſeſſum pro poſsideri iuſſum, figurata locutio.
6 Falſum pro vero fictione iuris.
7 Alienatio quando fieri dicatur.
8 Villicus iniquitatis.
9 Hæreditas legitima, honoraria, teſtamentaria.
10 Fraus quando & per quæ fieri dicatur.
11 Emptio imaginaria.
12 Clàm facta pœnam merentur.
13 Decretum iudicis omiſſum fraudem facit.

14 Contractus contra ſolennitates facti fraudem ſonant.
15 Fraudis præſumendæ certiſsimus modus.
16 Fraus quibus fieri intelligatur.
17 Conditio purificata retro trahitur.
18 Fraus quibus mediis fiat.
19 Verſuram facere.
21 Titulus oneroſus qui.
22 Titulus lucratiuus qui.
23 Lucratiuæ cauſæ quæ.
24 Donatio propter ingratitudinem reuocata, apud donantem titulus oneroſus dicitur.
25 Donatio ob cauſam titulum oneroſum habet.
26 Dos, titulus oneroſus.
27 Donatio propter nuptias, qualis titulus.
28 Gratia apoſtolica illicitè acquiſita, titulus lucratiuus.
29 Illicitum non facit titulum oneroſum.
30 Curtiſani.
31 Luſus, titulus lucratiuus.
32 Male quæſitum, lucrum dicitur, licet illicitum.
33 Reuocatoria contra quos competat.
34 Particeps fraudoſæ alienationis, rem ſine pretio reſtituere cogitur.
35 Fraus & dolus nemini patrocinari debent.
36 Tyrannus debitor qui commodé conueniri non poteſt pro ſatisfactione, habetur quaſi non ſit ſoluendo.
37 Debitor ante fideiuſſorem excutiendus.
38 Reuocatoria Pauliana.
39 Edictum fraudatorium.
40 Reuocatoriæ, Fauiana & Caluiſiana.
41 Reuocatoria, actio datiua & annicula.
42 Libellus reuocatoriæ Paulianæ.

1 ACCIPIAMVS §. Item ſi quis. Iſte † §. diuiditur in duas partes. Primo ponitur tacita quæſtio. Secũdo, in verbo, permittitur, quæſtionis determinatio. In hoc § præmitto vobis, quòd tractantur ea quæ ad obligationem perſonalem pertinent: quia reuocare ea quæ per fraudem ſunt alienata, non poteſt fieri in rem, ſed in perſonam. Vnde hic meritò dubitabis quid mouerit Imperatorẽ, quòd inter prætorias reales, immiſceret prætoriã perſonalem. Nam publiciana eſt actio prætoria in rem ipſam: reſciſſoria eſt actio in rẽ ipſam vſucaptã: quomodo ergo hic fit ſaltus de cygno ad gallum? vt prouerbio dicitur: quid intruſit iſta iura perſonalia in materiam realem? Gl. noſtra in fin. mouet hanc dubitationem: & eſt expedita ratio: quia cum in §. noſtro tractemus reſciſſoriam, vt propter fraudem reſcindantur contractus, rectè

rectè,quia ſuprà de reſciſſorijs dixerat,nunc quadam veluti † ſimilitudine à genere ſumpta, ſubinfert reſciſſoriam frau 2
dis:quo caſu meminiſſe debetis,ſimilitudinem à genere eſſe frequentiſsimā in iure noſtro,quod ſæpe à me audiſtis.Dicite in ſumma in hoc §.Bonis debitoris ſentētia iudicis conceſsis,alienata in fraudem creditorum, reuocantur. Coll. nunc textualia:& primo id quod non habet dubium, in fraudem alienata poſſe reuocari:& †in fraudem alienare non li 3
cere. Ex quo infert Ang.à cōtrario,quòd cuilibet licet rem ſuam alienare,dum citra fraudē & necem creditoris fiat.An autem luſus ſit alienatio, an liceat talis alienatio,poſteà dicam in ordine. Secundo coll.ad hoc vt reuocentur† aliena- 4
ta,cæteris paribus,neceſſe eſt vt creditores ſint miſsi in poſſeſsionem bonorum debitoris:hoc enim volunt ablatiui hic poſiti.Miſsi,intelligite ex primo decreto, vel ſecundum aliquos,miſsi ex cauſa iudicati,quo caſu debitor iſte fuiſſet cōdemnatus per ſententiam,quod ſatis hic innuitur:ſignificatur in tex.noſtro cùm dicitur, Per ſententiā præſidis,id eſt, iudicis viui. Sed de hoc ſuo ordine dicetur. At dices hic:Si creditores ſunt miſsi in poſſeſsionē bonorū &c. quomodo poterat debitor iſta bona alienare,cùm creditores iam haberent cuſtodiam ex poſſeſsione?Gl.hic vno verbo reſpondet, quòd non fuerūt de facto miſsi in poſſeſsionē, ſed iuſsi per decretum iudicis vt mitterentur. Vnde intelligitur tex.bonis à creditorib.poſſeſsis,id eſt,poſsideri iuſsis, vt ſic factū pro decreto facti ponatur:ipſa executio,per figurā loquendi intelligatur pro decreto executionis:& hoc non eſt nouum in iure noſtro,eſt peculiaris phraſis Iurecōſ.quòd† poſſeſſum 5
pro poſſideri iuſſum accipiatur.ſic intelligitis l.fi. C.de ed. d.Ad.toll.vbi totus text.loquitur de miſſo in poſſeſsionem, & tamen intelligitur de eo qui mitti iuſſus eſt. & ita faciliùs eandē l.intelligetis. Tertio diligenter notate ex text.noſtro, quòd petere permittimur in iure,& petitionē noſtrā firmare in fictione:& hic eſt fructus fictionis nō modicus,quòd† li 6
cet fingamus ea quæ nō ſunt,tamē habētur ac ſi eſſent.Falſitas pro veritate habetur:quia in caſu noſtro dicēt creditores rem non eſſe traditā,remanſiſſe in bonis debitoris:quod falſum eſt.Sed tantū operatur iſta falſitas,quātū poſſet operari ipſa veritas.Et hæc eſt vna miraculoſa potētia Imperatoris,

quia

quia ex eo quod nihil eſt,facit aliquid,ex non ente ens creat. Simile habetis(quod ego nō legi in Doct. ita expreſſe)quod cum marito datur dos per vxorem,iſte maritus tenetur ſolu to matrimonio reſtituere,& per hoc ſtipulationē ſolennem promittere debet. Quid ſi nō ſtipuletur? Imperator perinde habebit ac ſi interceſſiſſet ſtipulatio, fecit etiā de nihilo aliquid.l.vnica.in prin.C.de rei vx.act. Hoc caſu ſi vxor cōtra hæredes mariti ageret actione ex ſtipulatu, dicens maritum ſolenniter promiſiſſe reſtitutionē dotis, iſte libellus procederet:quod eſt notatu dignum,niſi me cōiectura fallat:& tamen manifeſtè falſum eſt quòd maritus promiſerit ex ſtipulatione,ſed iuris factio huiuſmodi libellos ſuſtinet,per textum noſtrum notabilē qui dicit,petere, id eſt,dicere rem nō &c.& in hoc notaui ſingulariter textum.Expediti de textualibus,quia gloſſæ noſtræ ſunt inuolutæ, & vt mos eſt inordinatæ, quæ tamen aliqua vtilia habent, ſicut tota lex noſtra eſt iocunda,vtilis & pulchra : vnde vt more meo ordine procedam,quinque capita elucidabo. Primo, quando dicatur res alienari. Secundo,quādo in fraudem.Tertio,quib.& qualiter fiat iſta fraus.Quarto,qua actione agatur.& intra quod tempus. Et tādem practicā docebimus. Super primo,

7 quādo debitor dicatur alienare,dicas breuiter,† ſi rem ſuam de facto in alium tranſtulit.Hoc non habet dubiū.Deinde,ſi liberauit debitorem ſuum acceptilatione,id eſt, accepto fert debitum quòd alius ei obligatus fuit,dicēs:Accepta fero iſta decem in quibus mihi teneris. Item pacto de non petendo, quia dicet debitor ad ſuum debitorē,paciſcar tecum me nol-

8 le petere quod mihi debes:& ita fecit† villicus iniquitatis in Euangelio.Item ſi quocunque modo remittat ſuis debitoribus ea quæ ei debentur in vim donationis gratuitæ, vel in vim alicuius ſimulati cōtractus. Item ſi iſte debitor ſuis debitoribus pignora relaxauit:tu pignore debes mihi viginti, ego remitto tibi pignus.item ſi debitor ex ſuis creditoribus vni potiùs gratificetur quàm alteri,præponat creditorē creditori,dicens,Ego te ſoluam præ omnibus aliis, etiam ſi alij demergantur,non curabo. Item ſi præbuit exceptionē ſuis debitoribus quam in veritate non habuerunt:quod declarandum eſt.Finge, Titius huic debitori eſt obligatus ad fundū: debitor dicit,Excipe cōtra creditores ſi veniēt,& dicas quòd metum

metum paſſus ſis à me,quòd ſit coacta obligatio. Item iſte Titius dicet debitori ſuo,vel alteri,contractũ eſſe confictũ, ſimulatum:dic contra creditores meos,quòd numerauerim tibi pecuniam,item deferas mihi iuramentũ,quòd nihil mihi ſis obligatus,& ego tibi iurabo.Hęc eſt exceptio iuriſiurandi:hoc eſt dicere apud Iureconſul. ſi debitor præbuit exceptionẽ ſuis debitorib. Item ſi debitor amiſit vſumfructum, ne creditores eo facilius ſoluantur.Debitor habuit vſumfructum in certo fundo,nõ vult vti vſufructu, ſed repudiat domino proprietario.Item ſi amittit bonam ſeruitutẽ, de quibus audiuimus in §.æquè. Item ſi habet aliquã rem notabilem pro derelicto,vt alius quiſquis occupet,accipiat. Item ſi habet creditorem in diem,& præſens in præſentia ſoluit vt eo minus habeat.Item ſi iurauerit alio deferente quòd ſit ei obligatus in centum. Item ſi patiatur mori litem,id eſt,quia litigauit cum aliquo quẽ bene poſſet vincere in iudicio,ipſe dedita opera differt litem quouſque inſtantia pereat. Et hoc intelligit Bar.in cauſa appellationis,quando appellans permittit labi fatalia. Primum & ſecundũ annũ permittit quòd deſeratur appellatio,quo caſu perdidit totam materiã.Poterat obtinere centum,quæ perdiderat:imò etiã teſtes pereunt qui ſunt producti in vtraque inſtantia.& ita Bart.intelligit l.C.hic.ſa.Authen.ei qui.C.de temp.appell.Audiuiſtis ſuperius quædã breuia,quibus dicitur fieri alienatio.quæ habentur in l.j.cum iiij.ll.ſeq.ff.quæ in fraud.cred.Quid autẽ,iſte qui pergit eſſe fraudator, non alienat bona ſua, ſed hoc agit ne acquirat,non vult diues fieri, non vult augere patrimonium,in necem creditorũ, vt creditores eo minus bonorum apud ſeſe inueniant, an etiam iſta dicatur alienatio? Dicite quòd per hoc non intelligitur in fraudem creditorum alienaſſe.l.qui autem.in prin.ff.eod.tit.vbi dicitur,hoc edictum pertinere ad diminuẽtes patrimoniũ,non ad eos qui id agũt ne locupletentur: quapropter ſi eis deferatur legatum, hoc poſſunt repudiare.Item ſi eis deferatur † hæreditas legitima, honoraria vel teſtamentaria,id eſt, vt ſuccederẽt ab inteſtato,quę eſt legitima hæreditas:vel vt bonorum poſſeſsionem acciperẽt,quæ dicitur honoraria,prętoria:vel vt ex teſtamento ſuccederent,poſſunt iſta omnia reiicere,ne id agant vt diuites fiant,d.l.qui autem.in princ.& ſic fraus in obliquo in

noſtro

noſtro tex.non attenditur(quia negari non poteſt,quin iſta per indirectum ſit fraus)ſed ſolum fraus directo veniens. Et quamuis legatum repudiare poſſent, tamen hæres legatarij repudiare nõ poſſet,ſcilicet quòd legatũ legatario ſit acquiſitum in hærede, legatarij: iſta repudiatione diminueretur patrimonium,quod non diminuitur in ipſo legatario. Et ſi diceres,nónne legatarius mox ab adita hæreditate eſt factus dominus legati ſine aliqua reprehenſione? l.à Titio.in fin. ff.de fur.cur ergo non dicitur diminuiſſe patrimoniũ repudiando legatũ?Dicit Iaſ.hic.& bene: verum eſt,eſt factus dominus legati,acquiſiuit dominiũ ciuile,quod poterat acceptare, vel non acceptare:nam dominia legalia non ſunt ita firma,ſicut dominia iuris gentium.Iſte ergo legatarius tanquam dominus ciuilis,repudiare poterat legatũ,vt nõ diminueret patrimonium: hæres ipſius qui fuit dominus de iure gentium,nõ potuit repudiare. Dyn.hic alleg.l.diuerſo.ij.ff. de bon.libert.quę tamen nihil facit Expediti de primo capi-
10 te,accipiamus ſecundum. Ergo ad ſecundũ caput.† quando intelligatur fraus fieri,quando debitor intelligatur fraudem facere,vel in fraudem alienare:in quo habetis aliqua notabilia media,quibus circunſpecti reddimur. Et primo certiſsimum eſt tunc cenſeri in fraudẽ alienari, cùm debitor ſcit ſe habere creditorem,& item ſcit ſe non eſſe ſoluẽdo.Sunt duæ regulę in quibus continetur fraus debitoris Bar.in l.ſi quis cùm haberet.ff.eo.tit.de his quæ in fraudẽ creditor. & idem Bart.latè in Authen.ſed cùm teſtator. C.ad l.Falcid.habetis bon.text.in l.ſemper in fraudem.ff.qui & à quib.ma.lib.nõ fiant.Secundo,ſi debitor alienaret ſua bona in perſonã coniunctam,quæ ei cõſanguinitate vel affinitate vel aliqua inſigni amicitia eſſet coniuncta:quia per cõiunctas & affines perſonas,dicit Imperator,ſæpe fabricantur clandeſtinæ fraudes.in l.data.vbi eſt tex elegans.C.de donat. Dicit tamẽ Bar. in l.poſt contractum. ff.de don.oportere concurrere certas cõiecturas,quibus adiuuetur fraudis ſuſpicio:quia ſola coniunctio perſonarũ nõ ſufficeret. Item & tertio dicitur fraus fieri quando debitor alienat bona ſua, & nihilominus poſsidet tex.eſt in l.ſicut §.ſuperuacuũ. ff.quib.mod.pig.ſol.vbi Bar.dicit,nõ videtur alienaſſe, qui deprehẽditur rem adhuc poſsidere,habetis ad hoc tex.elegantem in l.& qui.& ibi Bal.

C.

C.de diſtract.pig.vbi creditor qui non audet emere pignus
ſibi datũ,per alias interpoſitas perſonas vendit imaginaria
venditione,ſimulata,& ſemper nihilominus poſsidet,vendit
& poſsidet pignus,quia iſte qui emit imaginariè, ſibi credi-
tori emit:& hæc eſt magna & vehemens præſumptio fraudis
in debitore qui alienat bona in necem creditoris.Dicitur au
tem † imaginaria emptio,quæ ſimulatur,cùm in veritate nõ
ſit emptio,de qua loquitur tex.in l.emptor.ff.de aq.plu arc. 11
& habetis caſum in l.emptione.C.plus val.quod ag.&c.Po-
teſt & quarto fraus præſumi, ſi clandeſtino contractu, re-
motis arbitris bona debitor alienet.arg.l.fin.ad fin.ff.de rit.
nuptiarum.vbi quæ † clàm fiunt pœnam merẽtur.& fa.l.nõ 12
exiſtimo.ad fin.ff.de adminiſtratione tutorum.vbi tutor eſt
in fraude ſi bona pupilli occultè emat à contutore. Dicit ta-
men Bar.in d.l.poſt contractũ. quòd iſta præſumptio fràu-
dis locum habeat vbi debitor bona ſua occultè donet,locum
habeat in donatione.Sed Ioan.de Imola.ibidem intelligit in
quocunque contractu hoc procedere. arg.l. de pretio. ff.de
publiciana.vbi lex generaliter loquens, eſt generaliter intel
ligenda.Ego hoc relinquerẽ arbitrio iudicis.Quintus not.
caſus eſt,† quandocunque in cõtractu requiritur decretum 13
iudicis,vel ſuperioris authoritas à iure ciuili vel municipa-
li,quòd bona alienantur ſine decreto, ſine authoritate ſupe-
rioris.habetis gl not.& ibi Bar.in l.j.C.de pręd.decur.lib.x.
vbi non poſſunt vendi prædia curialium ſine certa ſolenni-
tate. Idem Bart.poſt gl.in l.j. C.de his qui ex pub.ratiocin.
mut.per accep.eo.lib.x.& gl.elegãs in l.j.C.de fid.& inſt.&
iur.haſt.eo.lib.x.vbi dicit:Vbi † non cõtrahitur cũ ſolenni- 14
tatib.aut ordinib.requiſitis iure ciuili vel municipali,pręſu-
mitur mala fides:quod bene notandum eſt pro ſtatutis no-
ſtris,quia non poſſunt contrahere ſuper re immobili muni-
cipes noſtri,niſi coram Sculteto,& coram iudicibus:quo ca
ſu memineritis,& rogo mente non excidat,quicunq;cõtra-
ctus aliter fiunt,fraudem ſonant,imò ſunt nulli.Exemplum
poſſem reddere de homine iam defuncto, cui hoc in faciem
dictum eſt,homini imperioſo. Per hoc redditur vana &
inutilis iſta clauſula Notariorum, cùm partes dicunt : Et
volumus hunc contractum ita firmum & validum habe-
re,ac ſi coram iudice factus eſſet. Eſt inutilis clauſulà, ac
nul

nullius momenti. Hæc præſumptio petit iugulum,inter omnes præſumptiones eſt fortior.Item & ſexto fraus præſumitur ex paruitate pretii, cùm debitor modico pretio rem pretioſam vendit,hæc etiã eſt fortis præſumptio.Bart.in l.ſi pupilli.§ ſi.ff de auth.tut. Et idem ſi debitor potiùs res pretioſas vendat,quàm eas quæ ſunt modici valoris: hæc enim eſt vera nex creditorũ,cùm pretioſæ res venduntur ab eo qui non eſt ſoluẽdo.ita Angel.in l.ſi.ff.de ſtipul.ſer. Angel.in l. Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebell.cum multis concord.hic per Iaſonẽ.Poteſt & aliter fraus in debitore præſumi, ſi pro paruo,pro modico debito det in ſolutũ rem pretioſam,vel rem maioris valoris, ſicut ſi quis pro duobus florenis daret in ſolutũ, equum,& diceret, habeto equum pro hoc debito, iſte ſine dubio vult fraudare creditores:quoniam ex modicitate pecuniæ vel pretij præſumitur fraus.l. per diuerſas. C. mand.c.ad noſtram.de empt.& vendit.cum ſimilibus. Eſt &

15 †certiſsimus modus præſumendæ fraudis, ſi poſtquã bona poſſeſſa vel poſsideri iuſſa ſunt,debitor cõflauerit æs alienum,quia hoc ſine dubio facit vt fruſtretur creditores ſuos. & ita intelligo tex.noſtrum.in §.item ſi quis.quãuis tex.etiã aliter intelligatur,videlicet quòd debitor conflauerit multum æris alieni cùm ſciret ſe non eſſe ſoluẽdo : quapropter eo ad inſtantiam creditorum condemnato per ſentẽtiam, & bonis poſſeſsis,iam datur reuocatoria creditoribus contra tertios poſſeſſores bonorum,id eſt, cõtra eos in quos eſt facta alienatio. Et hunc intellectum ſenſerũt hic Angel.Aret. & Iaſ.vterq; eſt probabilis. Et poteſt iſte intellectus fundari ex primo medio fraudis,quod ſuprà retulimus. Nã qui ſcit ſe habere creditores, & non eſſe ſoluendo, is ſine dubio eſt fraudator, vt ibidem diximus:alioqui ſi debitor aliquid citra fraudem creditorum (quia fortaſſe non haberet, vel habere ſe creditores ignorauit)alienaret bona ſua bona fide iam ceſſaret reuocatoria,etiamſi nõ poſſet ſoluere creditores:quia ſæpe plus ſperant homines in bona ſua temporalia, quàm in eis ſit.ſuprà qui manu.non poſſ.§.in fraudem.Tandẽ eſt modus præſumendi fraudem ſatis certus, in eo qui alienat omnia bona ſua,etiã antequam cõueniatur à creditoribus, quia iſta alienatio fraudem habet.l omnes.§.Lucius. ff.eod. quãuis Bar.ibidem & in l.poſt contractum. ff.de donat.intelligat

telligat hunc caſum in donatione,in titulo lucratiuo,ſcilicet cùm debitor donat omnia bona ſua alteri. Et pro Bart. facit tex.in d.§.Lucius.vbi traditio bonorũ fuit facta filiis huius debitoris:tamen Io.de Imol.in d.l.poſt contractum. intelligit hunc caſum generaliter,etiam ſi aliquis vendat omnia bona:quod Iaſon admittit,dũmodo venditio ſit facta pro modico pretio.d.l.per diuerſas.Quid autẽ ſi iſte debitor omnia bona ſua alienaret,non ſimul &coniunctim,ſed per minuta, ſeparatim? hodie domum,cras fundum, deinde equos.& ita de aliis:ſicut hic actu habemus hominẽ qui ita alienat omnia bona,videntibus multis,& nemine repugnante, an iſte etiam dicatur in fraudem creditorum bona ſua vendere? Videbatur quòd non,per l.ſi peculium.ff.de pecul.leg. vbi multum refert an peculium ſub vniuerſo legetur,an ſpecialiter corpora legẽtur. Sed vos dicite,non obſtante illa l.quæ nihil facit, dictum debitore fraudem feciſſe intelligi,ac ſi omnia bona ſimul alienaſſet.& ſic tenet Bal.in l.j.iiij.quæſt.C.ſi quid in fraud.pat.Bar.in l.nomen.§.filio.ff.de leg.iij.cum aliis concord.hic per Iaſonẽ. Quid autem ſi debitor non faceret aperte fraudem,ſed alienaret res ſuas ficta alienatione,interponeret perſonam fictam, fingeret cõtractum emptionis feciſſe, vel alium,& in re nihil eſſet niſi ſimulatio, vt ludificarentur creditores? Iaſon hic tangit in prima euidentiali, dicit debitorem nõ ſolùm feciſſe fraudem, ſed etiam talem contractũ eſſe funditus nullum,adeò vt non indigeat res aliqua reuocatione,quòd reuocatoria ceſſet etiamſi interueniſſet iuramẽtum.per gl.not.in d.l.emptione.C.plus val.quod agitur.&c. Et tantum de iſto capite,quando intelligatur in fraudẽ fieri.

Nunc ad tertium caput,† quibus intelligatur fraus fieri. Et 16 promptũ eſt dicere, quòd creditoribus præteritis & præſentibus.Nam propter eos hoc edictum inuentum eſt.Item etiã creditoribus in diem intelligitur fraus fieri vt habeant reuocatoriam:vt ſi debitor ad calendas Iunias eſſet mihi obligatus,interea bona ſua poſſidentur decreto iudicis, ego etiam includor tanquàm fraudem paſſus: eſt enim obligatio præſens,licet dilata in diem. arg.l.cedere diem.ff.de verb.ſigni.& hoc ita intelligit Ange.Aret.hic. Quid de creditoribus ſub conditione?Fingite:Debitor obligatur mihi ſi nauis ex Aſia veniat,interea bona ſua poſſidentur vel poſſideri iubentur,

an etiam hoc ad me pertineat? Dicite ex ſententia Angel. Are. ad quem ſe hic refert Iaſon, quod pendente iſta conditione ad me nihil illorũ pertinet, non habebor numero creditorum, vt ſi intereà bona vendantur, ſi reuocatoria contra tertios ageretur, hoc nihil ad me. Cæterùm ſi re integra extaret conditio, quòd nauis ex Aſia veniret, bonis necdum venditis, hoc loco quia † conditio purificata retro trahitur. l. potior. l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. iam ego includor tanquàm ab initio purus creditor. Quid autẽ de creditorib. ex delicto vel quaſi delicto? Ex delicto, quia iſte debitor iniurias mihi intulerat, vim mihi fecit: ex quaſi delicto, quia fortaſſe effuderunt ex domo ſua in veſtes meas, vel læſerunt: an iſti dicantur creditores quibus dicatur fraus fieri vel facta eſſe? Rofred. putabat quòd non, quòd iſta res haberet damnũ pecuniarium. Sed breuiter, dimiſſo eo, vt qui reprobetur per omnes Doct. hic, dicite, quòd etiam veniat nomine creditorum, in caſu noſtro, maximè ſi perſequatur ſuũ intereſſe pecuniarum, & ita etiam includetur numero aliorum creditorum. Quid autem de futuris creditoribus? quia iam audiuimus de præteritis & præſentibus. Fingite: Iſte debitor ad inſtantiam præſentium creditorum eſt condemnatus per ſententiam, & bona ſua ſunt poſſeſſa, vel poſsidere iuſſa, at non eſt ſoluendo, quo caſu creditores præſentes agunt reuocatoria contra tertios: iſte debitor nequam & nebulo contrahit plus æris alieni, iſti dicuntur futuri creditores, an & iſti poſſint agere contra tertios? an iſtis dicatur facta fraus? Iaſon obſcurè tractat hunc locum, & dat exemplum quod nunquã vel rarò vſu venit. Dicite futuros creditores non includi, debitorem non intelligi fraudem feciſſe reſpectu futurorũ creditorum. Nam † duo perpetuò ſunt neceſſaria in debitore, ad hoc quòd creditores cauſari fraudem poſsint, conſilium & euentus: conſilium, id eſt, propoſitum fraudandi: euentus, id eſt, quòd damnificatio euenerit, quòd creditores ſint fraudati: ſi alterutrum ex iſtis deficiat in debitore, tunc iam non dabitur reuocatoria. Nam ſi debitor iniit conſiliũ fraudandi creditores, cæterùm nõ fraudauit eos, ceſſat edictum. Item ſi iniit conſiliũ fraudandi, & per hoc creditores non ſunt damnificati, iterum ceſſat edictũ. Iſta duo habetis in l. ait prætor. §. ita demũ. ff. eo. & in l. j. C. quæ in fraud. patr. Ergo cõcludo quan

quãtum ad iſtos futuros creditores,quòd ipſi nõ veniẽt, non includẽtur in hoc edicto, niſi in vno caſu,ſcilicet ſi per pecuniam poſteriorũ creditorum dimiſsi eſſent anteriores creditores,ita quòd debitor † verſurã feciſſet,accepiſſet mutuò pe 19 cuniam à Titio,Sempronio & Flacco,& per hãc pecuniam dimiſiſſet priores creditores,Valerium,Herodem & Pilatũ: hîc poſteriores creditores & futuri,venient in locũ priorum qui dimiſsi ſunt.eſt tex.elegans & pulcher in l.ſi quis cùm haberet.ff.eo.& in d.l.qui autem.§.ſciendum.eod tit.Nunc ad quartũ caput,contra quam, quando,& qua actione agatur. Circa hoc nouiſſe cõueniet,quòd † poſſeſſores bonorũ debi 20 toris,in quos eſt facta alienatio fraudulenta,ſunt in duplici differentia.Aliqui habent titulum oneroſum,aliqui lucratiuum. † Titulus oneroſus eſt,quãdo res ad aliquem peruenit 21 cũ onere aliquid dandi aut faciendi,cũ is qui rẽ recipit oneratus & grauatus eſt aliquid vicisſim dare aut facere, ſicut eſt in omni cõtractu.Sed † titulus lucratiuus eſt,cùm res ad ali 22 quẽ peruenit ſine onere,ſine grauamine dãdi aut faciendi, ex mera liberalitate.Hos tit.vel cauſas lucratiuas elegãter recenſet Imperator in l.vnica,poſt mediũ.C.de impo.lucr.deſcrip. lib.x.Sunt autẽ † lucratiuæ cauſæ,hæreditas,legatũ,fideicom 23 miſſum,mortis cauſa donatio,& alia quæ relinquũtur in vltima volũtate.Itẽ & inter viuos donatio ſimplex.Nec te prætereat quòd † donatio reuerſa ad donãtẽ,& reuocata propter 24 ingratitudinẽ,non cẽſetur titulus lucratiuus apud donantẽ: quod eſt nota dignum per Iaſonem hic.Cũ donans reuocat donationẽ propter ingratitudinem,iam res dicitur redire ad donantẽ titulo oneroſo.Tanti eſt,nõ eſſe ingratũ donationibus.An autẽ donatio ob cauſam vel ſub cõditione,intelligatur hic eſſe donatio:an donatio propter nuptias,an cum aliquid illicitis medijs acquiritur:an iſti ſint tituli lucratiui vel oneroſi?Dicite breuiter,quòd quãuis donatio ſimplex ſit titulus lucratiuus,vt ſuprà diximus,tamen † donatio ob cau 25 ſam,quę dicitur donatio ſub modo vel cõditione iſta,vt ego puto,habet titulũ oneroſum:nam in ea eſt aliquid dandũ vel faciendũ: vt,dono tibi centũ,vt præbeas mihi alimenta.Ecce hæc donatio habet tit.oneroſum,pro quo bene facit l.j.C.de donat.ſub mod.& fa.l.Ariſto.ff.de dona.Sic etiam dicimus de † dote,quamuis ſit donatio & titulus lucratiuus ex parte 26

mulieris,vt voluit Bald.in l.ij.C.de reuocand.his &c.tamen quãtum ad patrem qui dotat.eſt tit.oneroſus,quia pater cogitur dotare filiam.l.fin.C.de dot.promiſſ.Sic & in perſona mariti dos eſt titulus oneroſus,& non lucratiuus,quia datur pro oneribus matrimonialibus quæ ſuſtinere cogitur maritus.l.pro oneribus.C.de iur.dot.cum vulg.ll.etiã ſi maritus ex pacto lucretur totam dotem ſol.ma.vel partem dotis,adhuc dicetur titulus oneroſus.Nam iſtud aduẽtitium pactum lucri non mutat cauſam oneris ordinarij,vt eſt not.gl.in l.ſi
27 donaturus.§.fi.de cond.ob cauſam.Quid autem de † donatione propter nuptias,an ſit titulus oneroſus?Iaſon hic dicit eodẽ nos iure vti ſicut in dote,quòd titulus donationis propter nuptias ſit etiam oneroſus cùm iſta onera viciſſim ferantur inter maritum & vxorem.allegat Bar.in d.l. vnica.§. lucratiuas.C.de impon.lucra deſcrip.libr.x. Sed quid ſi aliquid donatur,vel per donationẽ acquiritur,illicitis ſumptibus,laboribus,pecunia,vt cum † beneficia eccleſiaſtica, ſacerdotia conferuntur per gratiam,quæ ſapit vicem donationis, an iſta ſacerdotia dicantur habere titulum lucratiuum vel oneroſum?Prõptum eſſet dicere, huiuſmodi acquiri titulo oneroſo:quia ſæpe multo tempore ſeruitur Cardinalibus in ſtabulo,fiunt magni ſumptus,aliquando emũtur pecunia,& iſta vidẽtur meritò cẽſeri onera,quòd qui habet beneficium eccleſiaſticum,prætẽdere poſſit titulum oneroſum.Sed non eſt ita;quicquid ſimoniacè acquiritur,vt cùm emũtur beneficia,ſumptibus aut pecunia parantur,iſta dicũtur habere ti-
29 tulum lucratiuũ.Nã † non debet cenſeri grauamen vel onus id quod per illicita media acquiritur.talia enim non ſunt in conſideratione,vt eleganter dicit Bar.in l.j.ff.ſi quis omiſſa cauſ.teſtam.& Bal.in l.j.C.eod.tit.quæ vtilia ſunt ad caſum: quia ſi Papa vel princeps exactionem facerent à perſonis eccleſiaſticis,ab omnibus prouentibus qui habent titulum lu-
30 cratiuum,ſicut ſuperioribus annis cœptũ fuit:ſi † Curtiſani negarent dare exactionem de beneficijs eccleſiaſticis,ſcilicet quæ haberẽt titulo oneroſo,ſumptibus,expenſis,laboribus, pecunia,non audirentur,per præſentẽ notabilem doctrinã, quia imò habent titulum lucratiuũ,non attẽtis turpibus his medijs.Iſta poſſent etiam applicari ad ſcholares,qui aliquando blãditijs,illecebris & donarijs alliciunt ad ſeſe mulieres, à qui

à quibus accipiunt dona, annulos, catenulas: certè ipſi habēt titulum lucratiuū, etiam ſi prætenderent oneta, labores, ſumptus, pecuniam, quia illicitè quæruntur. Eodem iure vtimur quo ad ludum. Nam † qui ludunt, apponunt pecuniam, vigilant, ſudant, macerātur, perdunt pecuniā, aliquando lucrantur: iſti poſſent prętendere titulum oneroſum, ſed nō eſt ita: dicetur titulus lucratiuus, etiam ſi multa aliàs perdiderunt. 31
Nam iſta illicita media non ſunt in cōſideratione. ita eleganter Bal. in l. j. ante fin. C. ſi quid in fraud. qui dicit pulchrū verbum. Quicquid † ex maleficio quæritur, dicitur eſſe lucrum ſed illicitum. Nunc ergo reuertentes ad propoſitum, † actio reuocatoria cōtra eos competit in quos res & bona debitoris alienata ſunt titulo oneroſo, ſi iſti poſſeſſores fraudē debitoris ſciuerunt, id eſt, participes fraudis fuerūt, quod habetur hoc loco pro ſciētia, vt dicit tex. in d. l. ait prętor. §. quod ait prætor. ff. eo. quo caſu † reuocantur huiuſmodi res & bona alienata à poſſeſſoribus nullo reſtituto pretio. l. ſi debitor. cū l. ſeq. vbi hoc expreſſum eſt. ff. eo. & hoc facit participatio fraudis: nam † fraus & dolus nemini debent patrocinari. 32 33
Et eodem iure vtimur, ſi emptores rerum & bonorum debitoris teſtato cōmoniti ſunt à creditoribus ne emant, ne comparent: iſta enim proteſtatio, iſta commonitio tantum operatur, quòd ſi poſteà iſti tertij, iſti alij emerent vel cōpararēt à debitore, haberētur pro participibus fraudis præſumptione iuris, etiamſi alioqui fraudem nō commiſiſſent: quod eſt notabile verbum. d. l. ait prætor. § ſi quis particeps. Ceterùm ſi quis ſimpliciter contrahat cum debitore, nō commonitus à creditoribus, etiam ſi ſciuerit debitorem habere creditores, tamen reuocatoria non tenebitur. Sæpe enim plus de eorum bonis ſperāt homines quàm in veritate ſit, vt ſuprà diximus. de hoc eſt tex. in d. l. ait prętor. d. §. ſi quis particeps. verſ. aliàs autem. Hoc etiam notandum, quòd cùm poſſeſſores rerum debitoris impetiti ſunt à creditoribus. tunc poſſunt offerre debitum, & dicere. Domini creditores, nos reddemus vos indemnes, offerimus credita veſtra, volumus vos dimittere (id eſt, ſoluere) hoc loco poſſunt vti retentione. d. l. ait prætor. §. præterea ſciendum. verſ. illud. exemplo poſteriorum creditorum, de quibus ſuprà diximus, qui dimiſsis eorum pecunia, id eſt, perſolutis prioribus creditoribus, ſuccedunt

in eorum locum. In prædictis memineris, quòd quando emptor rerum debitoris qui fraudem participauit cum debitore, res & bona eiuſdem debitoris empta alij tertiò vendiderit bona fide ementi, is alius vel is tertius in nihilo tenebitur creditoribus, ſecurus erit ab eis, ſed auellitur & extorquetur pretium à venditore doloſo vel fraudulento: de quo habetis pulchrum & elegantem tex. in l. qui à debitore. ff. eo. titu. Et tantùm de titulo oneroſo. Cæterùm ſi poſſeſſores rerum & bonorum debitoris prætenderent titulum lucratiuum, ſicuti eſt titulus donationis, vt dixi, hìc non eſt quærendum an iſti poſſeſſores ſciuerint fraudē an neſcierint quia ex ſolo euentu creditoribus tenentur, id eſt, ſi creditores ſint damnificati, tunc enim auellitur, extorquetur, & aufertur ab eis lucrum, id eſt, ea quæ donata ſunt abſtrahuntur: quod nō poteſt graue eſſe poſſeſſoribus, poſtquàm titulum lucratiuū habent & nullum ſenſerunt grauamē. Quòd ſi certum eſſet huiuſmodi poſſeſſores ignoraſſe fraudem, tunc eatenus tenerentur, quatenus eſſent locupletiores effecti, & non aliter. Vnde ſi perdidiſſent, prodegaſſent res donatas, in nihilum tenerentur creditoribus. tex. eſt in d. l. qui autē. §. ſimili modo. & §. in hos tamen. ff. eod. tit. Et prædicta procedunt inter viuos, dum alienatio fit inter viuos. At verò ſi in vltima volūtate legata vel fideicōmiſſa, aut donationes cauſa mortis relinquerentur in fraudem creditorū, huiuſmodi reſcinduntur, caſſantur, pro nihilo habentur, quatenus creditorib. nocerent, quo caſu alia reuocatoria non eſt opus. Ratio eſt præſens & prompta, quia legata & alia relicta teſtamenti nō debentur, niſi deducto ante omnia ære alieno. l. fi. §. ſin vero creditores. C. de iur. delib. & hic per gl. j. quæ hoc latiùs tractat. Inter hæc non eſt prætereundum quòd creditoribus, nō aliter patet via & facultas, poſſeſſores rerum debitoris per reuocatoriam conueniendi, niſi priùs excuſſo debitore, & omnibus eius bonis diſquiſitis, diſtractis & venditis, vſque ad peram & ſacculum, vt ait Azo. text. eſt in l. j. & ibi Paulus de Caſtr. C. de reuocand. his quæ &c. Si tamen non opponeretur de excuſsione debitoris, iudiciū nihilominus procederet. Bart. poſt. glo. in l. ij. C. commu diuid. Porrò ſi notoriè conſtaret debitorem non eſſe ſoluendo, tunc nō aliter excutitur. gloſ. in l. decem. & ibi communiter poſt Barto. Docto. ff. de verb. oblig.

oblig. Ang. hic tractat per multa verba, quando dicatur notorium eſſe debitorem non poſſe ſoluere, quæ dimittimus. Hoc tamen non eſt ignorandum ex notabili doctrina Bart. in d. l. decem. quòd ſi aliquis † tyrannus eſſet debitor qui nõ 36
poſſet conueniri commodè pro ſatisfactione, iſte habebitur quaſi non ſit ſoluendo. Et dicit Bart. ſe in facto ſic conſuluiſſe, quod nota pro iſtis impetuoſis nobilibus, qui arces inexpugnabiles inhabitant, nemini iuſtitiam exhibent, prædantur: quia ſi in tales debitores incideremus, non eſſet aliqua excuſsione opus: quod mihi videtur notatu dignum. Sic etiam dant exemplum Bart. Raph. & alii, de homine rixoſo, quem fouent lites, qui omnes nouit verſutias, vt ſunt Procuratores & Notarii: nam in talibus etiam non eſſet excuſsio neceſſaria, quaſi habeantur pro non ſoluendo. Hoc quoque aduerte, quòd cùm excutitur debitor, vel agitur de eius excuſsione, tunc ſunt citãdi poſſeſſores tertii, in quos eſt facta alienatio. Docto. in d. l. decem. Et hæc de excuſsione ſufficiant, quæ tamẽ ſeruanda ſunt circa fideiuſſores. Nam hodie ſemper † debitor eſt excutiendus antequàm perueniatur ad 37
fideiuſſorem. Authen. hoc ſi debitor. & ibi tractatur materia excuſsionis. C. de pign. Actio autem † reuocatoria de qua tra- 38
ctamus, Pauliana nominatur, à Paulo inuẽtore. text. eſt in l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vſur. Nominatur autem hæc actio † Edictum fraudatorium, ſi gloſ. credimus, in l. pupil- 39
li debitor. in princi. ff. de ſolut. vbi cùm fieret mentio edicti fraudatorii, gloſſ. cùm diſceptaſſet, tandem in hoc inclinat, quod idem edictum de his quæ in fraud. &c. & edictum fraudatorium, vnum & idem edictũ eſſet. Datur autem edictum fraudatorium in pulchro & notabili caſu, ſi tutor debitorem pupilli delegaret ſuo tutoris creditori, & hoc in fraudem fieret, quia tunc non ſolùm tutor, ſed etiam creditor ſuus qui fraudem participaſſet, tenerentur. Vt intelligas: Tutor habet aliquem creditorem cui obligatur in decem, is tutor dicit ad aliquem debitorem pupilli, vade, ſoluito tu creditorem meum, nihil nocet quòd es debitor pupilli, ſoluito creditorẽ meum, hoc enim eſt ſine dãno pupilli. Iſta dicitur delegatio. Et ſic debitor qui pupillo obligatus eſt cogitur ſoluere creditori tutoris. Hic ſi fraus ſubnectitur, cõpetit edictũ fraudatoriũ. Sunt & aliæ † actiones reuocatoriæ, quę nominantur 40

Fauiana & Caluiſiana, quæ actiones competunt patronis, ſi liberti in fraudem patronorũ bona ſua alienaſſent inter viuos, vel in teſtamento, per edictum de quo habetur mẽtio in tit. de his quæ in frau. patr. in ff. & in C. vbi ſæpe inuenias mẽtionem Fauianæ & Caluiſianæ. Vt clariùs intelligas: Patronus cùm manumitteret ſeruũ ſuum, & feciſſet eum libertũ, in gratitudinem manumiſsionis habebat tertiam partem bonorum liberti. l. j. vbi eſt elegans text. ff. de bon. libert. Et hæc tertia pars competiit patronis à libertis, niſi liberti habuiſſent liberos vel nepotes, alioqui liberti non poterant patronos fraudare iſta tertia parte. Et ſic ſi quando liberti fraudaſſent (erant enim frequenter homines importuni, friuoli, & temerarii, inſolentes contra patronos, quapropter lex ſubuenit patronis) & alienaſſent bona in fraudem patronorũ, dabatur Caluiſiana & Fauiana patronis, vt alienata bona reuocarẽt (differẽter tamẽ) à creditoribus: quia poſſeſſores rerũ, qui fraudem participãt, coguntur reſtituere bona, nullo pretio eis reſtituto. At patronus ſi voluit reuocare alienata, ſiue poſſeſſores participaſſent fraudem, ſiue non participaſſent, tenebatur refundere pretium rerum alienatarũ. Et iſta propterea vobis diligentiùs lego, quia hodierno tempore poſſunt eſſe vtilia. Nam in Sueuia plerunq;, & etiam in aliis partibus Germaniæ, homines proprii relinquunt dominis eorum tertiam partem ad inſtar libertorum, quæ iura ſunt frequentiſsima monaſteriis. Et noſtra vniuerſitas habet iuriſdictionem in aliquos homines qui tenẽtur ad tertiam partem. Ne credatis iſta eſſe inutilia. An autem Fauiana etiam competat creditoribus, olim validè diſceptabatur à Docto. Sed hoc communiter verum eſt, & ita receptum, quòd tantummodo Pauliana competat creditoribus, aliæ duæ patronis. Hoc porrò ſciendum eſt, quòd actio reuocatoria Pauliana, vbi vtraq; pars participat de fraude, ex ſententia gl. noſtræ, dicitur competere ex quaſi maleficio. Petr. verò dicebat competere ex maleficio. Cæterùm ſi poſſeſſores rerũ non participaſſent fraudem, tunc actio quæ competebat creditorib. contra eos dabatur ex quaſi contractu, vel ex variis figuris cauſarum, de quibus ab initio diximus: quod in idem incidit, vt ceſſet digladiatio ſuperuacanea Iaſonis hic. Et hæc † actio reuocatoria eſt
41 datiua ſecundum Petr. & Ioan. Fab. quia datur à prætore, &

non

non habet ſufficientem præexiſtentem materiam ex qua naſcatur:quo caſu non curamus Iaſonem contraria diſceptantem. Eſt autem hæc actio annicula, durat anno,anno vtili, quo ad initiū,ſed continuo,quo ad curſum. Ideo dicitur vtilis,quia non incipit currere creditoribus,niſi quando eis eſt experiēdi poteſtas,hoc eſt, niſi poſtquàm bona debitoris nō alienata, vendita ſunt,& creditores necdum perſoluti, tunc primo eſt eis experiūdi poteſtas,& non antè. Iſta eſt veritas, pro qua eſt tex.expreſſus in d.l.ait prætor.§.annus.ff.eo.vbi dicitur expreſſe,quòd poſt vēditionem bonorum competat annus iſte:licet gl.ibi corrumpat tex.ſatis improuidè, & intelligat experiundi dari poteſtatem poſtquàm bona per debitorem ſunt alienata.Hoc enim manifeſte eſſe falſum ſuperiora euincunt,cùm diximus,creditorib.non patêre viam experiundi,niſi excuſſo debitore.quid poteſt dici clariús ? Et tamen hic dicit Iaſon pro gl. eſſe textus expreſſos, quod nō eſt verum.Multa alia tractantur hìc per Iaſonem & Doct.quæ obmittimus,relinquentes ea commētariis. Tandē ad quintum caput deuenientes,practicam videbimus.Et certè in hac Pauliana reuocatoria,ſic poteſt formari libellus: † Domine 42
Iudex,quāuis Titius ſit creditorib.hic cōparētibus obligatus in ducētis,& quāuis de hoc debito haberet notitiā,& ſciret vires patrimonii ſui,quòd bona ſua ad ſatisfaciendū creditoribus non ſufficerēt, nihilominus tamē in fraudem & damnū eorum alienauit,& tradidit aduerſariis hic comparentibus, res & bona ſua,nempe Valerio fundum in tali loco ſitū, Sēpronio lectos ſuos,Flacco domum ſuam &c. qui aduerſarii etiam fraudem cum debitore participarunt. Et quamuis dictus debitor eiſdem creditorib.in prædictis ducētis per ſententiam ſit condēnatus,qui & iuſſu iudicis in bona ſua miſſi fuerint, nihilominus facta & adhibita diligēti excuſsione, ex qua & compertū ſit bona Titii dictis creditoribus in eorum credito nō ſufficere, & cùm dicti aduerſarii huiuſmodi res & bona hoc tempore poſsideant, reſtituendiq; habeāt facultatem, ſeu dolo habere deſierunt (quod idem eſt) vnde petunt creditores ſupradicti, decerni & declarari per veſtrā ſententiam,ſupradictam alienationem bonorum eſſe illicitam & iniuſtam, & in fraudem creditorum factam, eámque reſcindi,reuocari,annullari,& ipſos aduerſarios cōdemnari,

& condemnatos compelli ad reſtituendum ſaltem ad manus executoris, dictas res & bona ſic alienata, ac ſi alienata nõ eſſent, vt ita præfati creditores in poſſeſsionem etiam earundẽ rerum & bonorum miſsi, plenam debiti eorũ ſatisfactionẽ conſequantur, cõdemnando aduerſarios in fructibus perceptis, damnis & expenſis &c. cum adiunctione clauſularũ ſolitarum. Hic libellus poteſt etiam in numero ſingulari poni, ſi creditores ſeparatim agerent, vel ſi vnus tantùm eſſet creditor. Poteſt etiam narratio & genus petitionis variari, ſecundum quòd ſunt varia genera alienationis, de quibus diximus in primo capite ſuperius. Nam ſi iſte fraudoſus debitor liberaſſet ſuos debitores in fraudẽ, tunc petunt creditores quòd iſte aduerſarius reducatur in priſtinam obligationem. Ad prædictam formam videte Specul. de reb. eccl. non alien. §. j. Din. & Aret. hic practicam eleganter ponentes. Sequitur

§. Item Seruiana.

1 Pignus prætorium, iudiciale, conuentionale.
2 Diuiſio huius §.
3 Seruiana actio prætoria.
4 Seruiana vnde dicta.
5 Liberi pignora dicuntur.
6 Res coloni in fundum inuectæ tacitè obligantur.
7 Seruiana vnde dicta.
8 Quaſi Seruiana vel hypothecaria pro quibus rebus competat.
9 Seruiana impropriè nominatur hypothecaria.
10 Colonus quis.
11 Inquilinus quis, & quomodo pro penſionibus obligetur.
12 Coloni duplices.
13 Locatio vera quæ.
14 Coloni partiarii.
15 Contractus innominati ſecundum nominatorum naturam regulantur.
16 Coloni & inquilini differenter obligantur.
17 Ablocatio quæ.
18 Perpetuum in locatione quomodo accipiatur.
19 Debitores inquilini locatori tenentur.
20 Merces an pro domus penſione obligentur.
21 Commercium quid.
22 Pecunia conductoris locatori obligatur.
23 Libri ſcholarium pro penſione non obligantur.
24 Hypotheca quomodo tacitè naſcatur.

Tacitæ

25 Tacitæ hypothecæ quæ.
26 Tutores & curatores quomodo obligentur.
27 Pignus venditum an & quando pignoris nexu liberetur.
28 Inuentarium ad quid conducat,
29 Saluianum interdictum etiam datur ad pignora conſequenda.
30 Saluianum vnde dictum.
31 Hypothecaria & Saluianum interdictum quomodo differant.
32 Gloſſa diabolica.
33 Quæſtio dominii quando dicatur referri.
34 Hæres & defunctus eiuſdem iuris.
35 Argumentum relatorium.
36 Nicedula in vepreculà, Prouerbium.
37 Beati poſsidentes. Prouerbium.
38 Creditor non debet probare dominium: ſed ſufficit ſi probet rem fuiſſe in bonis debitoris.
39 Saluianum interdictum eſt poſſeſſorium.
40 Saluianum interdictum adipiſcendæ, dupliciter proponitur.
41 Seruianæ practica, quaſi Seruianæ, & Saluiani Interdicti.

TRACTAT hic §. materiam quæ latè patet, & quæ multis eſt inſueta, & rarò bene intelligitur. Habet autẽ materiam vtilem & pulchram. Præmitto hic breuibus, quòd cùm ſint tria genera pignorũ: † prætoriũ pignus quod datur 1
à prætore, à iudice viuo, propter cõtumaciam, vel vt ſeruentur legata: item iudiciale, quod datur pro executione ſententiarum: & conuentionale, quod inter creditorem & debitorem ſtatuitur: de quibus generib. habetis gl. ord. in l. j. ff. de pig. actio. & dixi aliquando in l. à diuo Pio. ff. de re iud. Verùm textus noſter tantũmodo tractat pignus conuentionale. Hoc præmiſſo, † diuidite §. noſtrũ in tres partes. Prima 2
pars docet actiones noſtras eſſe pretorias, ſcilicet Seruianã, & quaſi Seruianam. Secunda pars declarat quę ſit Seruiana, & quæ quaſi Seruiana, ibi, in verb. Seruiana. Tertia pars tractat in quibus cõueniant pignus & hypotheca, & in quibus differant, ibi, in verſ. inter pignus. Doct. variè ſummant. Iaſon ſatis prolixè. Vos ſic ſummate elegãti ſummario: Prætoriæ actiones Seruiana res ex cõducto inuectas, quaſi Seruiana pignora cõuẽtionalia reſpicit. At inter pignus & hypothecam nihil intereſt, niſi quòd hæc nuda conuentione, illud traditione conficitur. Colligitur ex textu noſtro, quòd
† Seruiana & quaſi Seruiana, ſunt actiones prætoriæ, id eſt, 3
ſubſtantiam capiũt à iuriſdictione pretoris, pretoris edicto
ſunt

ſunt inuētæ,ſicut aliæ tres præcedētes etiam prætoriæ ſunt. Vnde meritò Imperator ſeruaturus ordinē de his prætorijs ſubnexuit.& fac.pulcher text.in l.ſi tibi .§.de pignore. ff. de pact.vbi dicitur,de pignore datur ex pacto,id eſt,ex conuentione,actio prætoris iuriſdictione.Et licet iſtæ actiones nominentur prætoriæ,tamen natura actionum cōtinet pignora conuentionalia,& non pignora prætoria.Hoc eſt quod Imp.hic ſubtiliter dicit ſubſtantiam,id eſt, ſubſiſtentiam capiunt à prętoris iuriſdictione.Secundo coll.
4 † Seruianam & quaſi Seruianā eſſe nomina magiſtralia & ſcholaſtica,fortè à ſeruādo dicta,quia per pignora ſeruamus obligationes noſtras tutas:ſicut aliàs dicimus
5 † liberos noſtros eſſe pignora, quia per eos ſeruantur matrimonia ſecura:multa matrimonia diſſoluerentur,ſi non eſſet bitumen,aſſecuratio,aſſeruatio,ſeruatura prolis & liberorū,quod notate,quia in Doct. hoc non habetis. Tertio coll.quòd
6 † res coloni inuectæ in prædium ruſticum,ſunt tacitè obligatæ domino fundi pro pēſionib.vnde actio qua experitur dominus pro perſequendis his rebus,ſi fortè colonus nihil inuehat in fundum,vel ſi auferat res ex fundo,vel ſi inueniretur apud tertiū aliquem, dicitur
7 † Seruiana,& dicitur propriè ita:impropriè autem& à remotis,poteſt nominari hypothecaria.
8 † Quādo verò agitur pro alijs rebus aliter ex conuentione inter creditorem & debitorē obligatis,ea actio dicitur quaſi Seruiana,& nominatur propriè hypothecaria,vt teſtis eſt hic Imperator.Proinde Bar in l.j.ad ſi.ff.de Saluia.interdict.reprehendit gloſſ. ibidem quaſi corruptè ſcriptam,cùm dicit gl.differentiā eſſe inter quaſi Seruianam & hypothecariā,hoc enim apertè nō eſt verum,vt iam diximus & declarauimus.Vnde credito gl. ibidem eſſe corruptam:debebat poni Seruiana pro quaſi Seruiana.Ergo concludimus pro fundamentali materiæ noſtræ intellectu,
9 † Seruianā impropriè nominari hypothecariam quaſi Seruianam propriè id nominis habere: quod putat Iaſon eſſe memorabile dictū ex Bar.Quarto coll.quòd quamuis tex.noſter loquatur de colono,tamen etiam intelligitur de inquilino,vt hic per gl.in verb.coloni.& habetis tex.in l. ij.ff.in quibus cauſ.tacit.pig.contrah.vbi hoc eſt expreſſum, nempe res & bona inquilini eſſe pro penſionibus obligata tacitè.
10 † Eſt autem colonus,vt hic dicit glo,qui in villa conducit:

ducit:† inquilinus,qui in ciuitate. Hanc differentiam gl.in 11
multis locis tenet:mouetur per l.re pignoris. ff.de acq.poſſ.
vbi qui in agro colit,colonus:qui ædes conducit,inquilinus
dicitur.Gl.vbique errat ſi eam ad corticē intelligamus:quia
ſi aliquis agrum conduceret in ciuitate,is rectè diceretur co
lonus:è diuerſo ſi quis in villa cōduceret prædium ruſticū,
ædes,is rectè diceretur inquilinus:quia locus non facit ali-
quem colonum vel inquilinum,ſed materia quę cōducitur.
text.eſt in l.vrbana prædia.ff de verb.ſig.vbi dicitur, vrbana
prædia non ex loco,ſed ex materia cenſeri.Sic etiam vrbana
familia nō ex loco nominatur, ſed ex genere, id eſt, ex qua-
litate.in l.vrbana familia.ff.eod.tit. Rectius ergo dicetis co
lonum eſſe qui prędiū ruſticum colit,ſiue in ciuitate,ſiue in
villa:inquilinum autem eum dici, qui prædium vrbanū con
duxit,ſiue in villa,ſiue in ciuitate.Et hoc voluit I.C.in d.l.re
pignoris.colonum eſſe qui in agro,inquilinū qui in ædibus
conducit. Poſſunt enim nobiles viri habitare in villis,in a-
gro,qui propterea nō ſunt ruſtici,vt experientia docet:licet
Imp.dicat in l.j.C.vt nemo ad ſuum patron.ſuſcip.ruſt.lib.
xj.ruſticos eſſe qui extra ciuitatē habitāt.Et dicit Imp.in Au
then.præſides.C.de epiſc.aud.nobiliores eos eſſe qui in ciui-
tatibus habitant. Ad hoc fortè reſpexit gl.noſtra, ad ea quæ
frequentiùs fiunt,vt ſic poſsit ſaluari:& ſic eam ſaluat Bald.
in l.certi iuris.C.locati. Quinto coll.ex tex.noſtro,iuncta
gl,† duplices eſſe colonos:aliqui dicuntur coloni propriè, 12
qui colūt nūmis,id eſt,dant penſionem in pecunia numera-
ta:† iſta enim eſt vera locatio,qua pecunia numerata pro 13
mercede ſoluitur.l.j.§. ſi quis ſeruū. ff.depoſ. habetis ſuprà
de loca.in prin.de hoc colono tex.noſter ſecūdū omnes ſine
dubitatione intelligitur.Alij dicuntur † coloni partiarij,qui 14
colunt agros,& dant mercedē partem fructuum, non pecu-
niam numeratam. Dicuntur ideo partiarij,quia dominus &
colonus in partem fructuū vocantur. de his colonis habetis
tex in l.ſi merces.§.vis maior.ff.loca.De huiuſmódi colonis
partiarijs,dubitatio eſt non modica an tex.noſter intelliga-
tur,an illata & inuecta per colonum partiarium etiam ſint
obligata pro mercede, pro penſionib. frumentorum.gl.hic
tenet etiam eſſe obligata,& idem gl.in l.diuortio.§.è cōtra-
rio.verſ.itē ſi meſſes.ff.ſol.mat.Rofred.& Nic.de Neap.gll.

repro

reprobant in eo,putantes colonos partiarios non includi in
textu noſtro,nec inuecta aut illata domino obligari : moti,
quia colonus partiarius dicitur ſocius quoad dominum,vt
ita actio pro ſocio in eis locū habeat, per d.§. vis maior.vbi
dicitur eſſe velut quandam ſocietatem. Item & cùm locatio
explicetur per pecuniam numeratā,hic in noſtro colono nō
veniat pecunia,ſed frumēta,fructus agri,& per alia quædam
quæ non curo referre. Sed cōmunis opinio omnium Doct.
nemine in diuerſum eunte, tenet gll.noſtras.& eſt ipſa veri-
tas,quia licet non ſint propriè coloni, tamen impropriè &
extento vocabulo,ideo,quia penſio eſt in fructibus & nō in
pecunia. Denique non eſt verum quod dominus & partia-
rius colonus ſint ſocij,nec text.in §.vis maior,hoc dicit. Be-
ne verum eſt,quòd quodā veluti iure ſocietatis cenſeantur,vt
ſunt verba text.ibi.hoc eſt quod elegāter dicit Bal. in l.certi
iuris.C.locati.quòd eſt ſocietas quędam velata,tecta,ſed in-
cluſa in contractū locationis. Et in ſumma, partiarius nec
propriè colonus eſt,nec propriè ſocius, ſed innominato cō
tractu metitur cū domino, ſcilicet, do annuos fructus, vt tu
des mihi agrum colendū.Iſta ſunt pulchra : argumento no-
bis ſit d.l.j.§.ſi quis ſeruū.ff.depoſ. Cùm ergo eſt cōtractus
innominatus inter vtroſq;,debet regulari ſecundū naturam
contractus nominati,cui plus adſimilatur:hoc enim eſt per-
15 petuum & nota dignum, quòd † cōtractus innominati regu
lantur ſecundum naturam nominatorum quibus plus acce-
dunt.d.§.ſi quis ſeruum.vbi habetur hæc doctrina.Stat ergo
concluſio firma & indubitata, quòd partiarij necdū coloni
bona inuecta & illata obligātur domino fundi, ſicut res in-
quilini.Iſta eſſet concluſio quæ pulchrè poſſet diſputari in
circulo. Addite ad hanc concluſionē, quòd vtriuſq; coloni,
rectè ſicut inquilini,res & bona obligantur domino non ſo
lùm pro penſione,ſed etiam pro deterioratione domus vel
prædij.d.l.ij.& quæ ibi notātur.ff.in quib.cauſ.pig.tac.con
trah.quod notent ſcholares qui ſunt inquilini, cōductores
ædium,quicquid inferunt & inuehunt, eſt & pro pēſione &
deterioratione affectum & obligatū. Secundo addite, quòd
16 † res & bona coloni & inquilini inuecta & illata in duplici
differētia obligātur.Nam ea quę inuehūtur & inferūtur per
colonos ruſticos in prædia ruſtica, obligata ſunt domino
fundi,

fundi,ſi dominus ſciat quę ſint iſta bona. Cæterùm inquilini bona inuecta & illata domino tacitè obligãtur, ſiue ſciat ſiue neſciat quę ſint ea bona, quę eſt not. dictũ gl. noſtræ in verb. coloni. Ratio diuerſitatis per gl. ponitur, quia ſancta rúſticitas nihil habet occultũ, omnia habet palàm. Denique bona ruſticorum ſunt manifeſta, vt aratra, ligones, raſtri, & ſarculi, &c. Cæterũ inquilini bona aliter habent, ſunt enim plerũq; homines verſuti, vtpote in ciuitatib. nutriti, qui non omnia palàm habẽt, ſępe bona eorũ mobilia occultãt, & nollent nota eſſe domino, aut quia nõ volũt pauperes videri, ne vileſcãt, quod durũ & inhumanũ eſt: nec videri diuites, ne pateant inuidiæ. Ita propemodum dicit Imper. in l. ij. poſt mediũ. C. quãdo & quib. quart. pars &c. lib. x. Hæc eſt ratio pulchra & moralis, ſed ſumpta à cõmuniter accidentibus, nõ tamen quæ vrgeat, quia omnis verſutia iam eſt apud ruſticos. Et per hanc doctrinã Doct. Iacob. de Rauen. Nicol. de Neapol. Cyn. Bal. in d. l. certi iuris. reprehẽdunt gl. quæ poſſet videri notabilis ſi vera eſſet, in l. j. ad fin. in verb. in nauẽ illatæ ſunt. ff. naut. caup. ſtab. vbi dicit gl. nautã, cauponẽ, ſtabularium (quos barbarè hoſpites nominamus) non teneri periculo bonorũ quę ſuſcipiuntur ab hoſpitantibus, niſi oſtendant & manifeſtent quæ ſint iſta bona, explicẽt capſulas, ſacculos, loculos, arculas, in quibus huiuſmodi bona etiã ſigillata clauduntur. Sed certè hoc non eſt verum per cõmuniter Doct. qui dictã gl. improbant, & eſſet exẽplo pernicioſa doctrina: multis enim immineret vitæ periculum, multi exponerentur inſidijs latronum vel aliorum, per d. elegãtem l. ij. C. quãdo & quib. &c. vbi dicitur, ſolere diuitias occultari ab hominibus, ne pateant inuidiæ: & ita ſeruatur vſu. Vidimus mercatorem Noricum, qui miſerat duo vaſcula cuſtodienda in pandochio oppidi vbi eram protonotarius, & ſcripſit mercator domino pandochij quòd ſeruaret hæc vaſcula, in quib[9] eſſent claui & quędã alia inutilia. Dominus pãdochij non curauit vaſcula, tanquã nihil habẽtia, & fuerãt ſubducta furto ex pandochio. Mercator conuenit dominũ pãdochij, conquerendo quòd vaſcula fuiſſent plena argento, & docuit hoc per plena teſtimonia. Ego in ea cauſa tanquam protonotarius obtinui pro actis plus quàm viginti florenos. Ecce quantum periculum fuiſſet ſi iſte mercator manifeſtaſſet

vaſcula

vaſcula. Et iſta ſunt notanda, quia quotidiana. Tertio addi-
te & aliam differentiam inter colonos & inquilinos: quia ſi
17 colonus † ablocet, id eſt, denuò locet fundum locatū tertio,
tunc iſte tertius quicquid inuehit vel inferat, liberum habet,
& non eſt obligatum domino fundi. Cæterùm inquilinus,
ſi alteri locet domum cōductam, inuecta & illata ab iſto ter-
tio, etiam ſunt obligata domino. ita gloſ. & Bart. in l. ſolu-
tum §. ſolutam. ff. de pig. act. in l. Pomp. ſcribit: Si gratuitā.
ff. in quibus cauſ. pig. tacit. cōtrah. Sexto principaliter coll.
ex tex. & gloſ. quòd licet innecta & illata per inquilinum vel
per colonum, ſint tacitè obligata domino, hoc tamen non
eſſe ſine delectu exaudiendum. Nam non omnia bona illata
& inuecta domino obligātur, ſed tantummodo ea quæ per-
18 petuò manſura ſunt in prædio conducto. † Perpetuò intel-
ligite, id eſt, quādiu durat tempus locationis: hoc enim dici-
tur hoc loco perpetuum. ita gloſ. magna hic in dicto verbo,
coloni. ad fin. & eſt text. in l. debitor. cum gloſ. ibi in verbo,
perpetuo. ff. de pig. & text. in l. in prædiis. ad fin. ff. in quibus
cauſ. pig. tacit. contrah. Iſta dicuntur perpetua in locatione,
quæ circūſcribuntur tēpore cōtractus. Ex qua doctrina in-
feras multa pulchra. Primo, quòd fructus nati in fundo, in
prædio ruſtico, ſunt etiā tacitè obligati, licet inquilinus eos
fructus impune vēdere poſsit: vnde loquor de fructibus ſun
di extantibus tempore penſionis ſoluendæ. ita intelligitis l.
in prædijs. ff. in quib. cauſ. pig. tacite cōtrah. licet Bar. videa-
tur diſtinguere naturales ab induſtrialibus, in l. aſsiduis. C.
qui pot. in pig. tamen ea diſtinctio iure nō probatur, & eſſet
pro moribus Germaniæ valde fragilis hypotheca fructuum
naturalium: vnde ſequamur d. l. in prædijs, quæ ſine diſtin-
ctione de fructib loquitur. Secūdo inferas ex ſupradicta con
19 cluſione, nomina debitorū, id eſt, debita. Si † inquilinus ha-
beat multos debitores, cautiones obligatorias, iſta etiam ve
niunt: & licet Ang. & Iaſon putent nomina debitorum non
venire, non eſſe tacitè obligata, per gl. in l. iij. C. de act. hæ-
red. allegando Bar. in l. vxorem. §. legauerat. ff. de leg. iij. ta-
men huiuſmodi iura nihil faciunt, ſicut ipſi poteſtis videre.
Vnde cùm fundamentum concluſionis noſtræ ſit, ea eſſe in-
ducta & inuecta vt perpetuo ibi ſint, id eſt, tempore locatio-
nis, nihil impedit quin nomina debitorū veniant. Nam licet

exigantur

exigantur aliquando debita, tamen ſufficit animus, propoſitum, intẽtio inquilini, nomina debitorum inferentis: & iſta reducimus ſemper ad tempus quo pẽſio ſoluenda eſt. Nam intereà induċta & inueċta, alienari poſſunt, cum ſuo temperamẽto, vt poſteà ordine audietis. Vnde non eſt dubitãdum quin nomina debitorum ſint tacitè obligata. Vel dicas mihi, quid ſi inquilinus magnam & maiorẽ partem bonorũ ſuorum mobilium, habeat in nominibus debitorũ? id quod non eſt infrequens. Si iſta non ſunt tacitè obligata, iam deluditur dominus fundi, qui fortè homini diuiti locat domum, qui tamen careat inueċtis & illatis: hæc quis non videat eſſe abſurda? Itaque hoc loco recedamus à doċtrinis Ang. & Iaſ. Tertio inferas † merces venales: vt ſi fortè inquilinus ſit merca- 20
tor qui conducat domum pro mercibus vendendis, an iſtæ merces quas infert vel inuehit, & quas venales exhibet, ſint tacitè obligatæ? Quid vos diceretis in colloquio aliquo? Ang. & Iaſon, quos legi, mirificè diffundũtur, recitando opiniones, qui cõcludunt merces venales non venire, cùm non inferantur in domum cõduċtã vt perpetuò ibi ſint, ſed vt quotidie vendãtur. Hoc enim eſt proprium rei venalis, vt vendatur. Tu dic intrepidè contrarium, quòd imò merces venales quas inuehit mercator, tacitè obligentur pro penſione, non quidẽ in ſpecie & in particulari, quo ad indiuidua, ſed in genere & vniuerſaliter: quia licet ſpecies mercium vendantur, tamen ſemper aliæ ſubſtituuntur. † Commercium enim eſt
negotium vendendi & emendi. l. iij. in fin. C. de commer. & 21
mercat. Vnde quamuis hæc res in indiuiduo, & alia item, & porrò alia vendantur, tamen cùm aliæ reſtituuntur, officina ſemper reponitur mercibus, iam merces extant, perpetuò ſunt in iſta domo conduċta (quandiu durat eius locatio) in genere, licet non in ſpecie: quapropter iterum eſt inſpiciendum tempus quo debet ſolui penſio, quia merces quæ tunc extant ſunt in obligatione. Et quid eſt quod fatigamur cùm habeamus tex. expreſſum, in terminis hoc decidentem? in l. cùm tabernam. ff. de pig. vbi quidam hypothecauerat tabernam mercium, id eſt, officinam. Quęrebatur quid eſſet impignoratum, an ipſa ſola taberna, an etiam merces in taberna. Et quia merces quotidie alienantur, vendebantur, videbatur eas non contineri. Sed I.C. ad hoc reſpondet, quòd etſi mer-

ces vendantur, tamen alias ſubſtitui, & concludit ſicut ego concluſi, merces ſpectandas tempore ſolutionis: quæ cum ſint expreſſa, quomodo ſe inuoluunt Doct. ſeſe & nos fatigando? Addite firmiſsimum argumentum in l. proponebatur. ff. de iud. vbi quamuis capita iudicum moriãtur, intereant, & alia capita alii iudices ſubſtituantur, tamen ſemper idem dicetur iudicium. Iſta habete pro veritate, quæ poteſt ad ſenſum palpari. Et fortaſſe non eſt mirum dictos Docto. erraſſe, nam & Bald. vacillauit, ſubſtitit in rubro. C. de verb. ſig. propter d. l. cùm tabernam. in qua iſte caſus eſt expreſſus. Quarto inferas ad pecuniam: in quo puncto, quicquid dicãt
22 alii, hæc eſt veritas, quòd † pecunia quæ reconditur in theſaurũ, & vt pecunia quæ reſeruetur pro ſubſtantia patrimonii, iſta inducta & inuecta, tacitè obligabitur, quia eo animo inducitur, vt perpetuò, id eſt tẽpore locationis ibi maneat. Hoc eſt quod dixêre veteres ruſtici, pecuniã ſine peculio eſſe fragilem. in l. ſi chorus. ff. de leg. iij. Niſi quis habeat ſubſidiariã penes ſe pecuniam, is verè miſer dicitur ex prouerbio antiquorum: nam ſubſidiaria pecunia erigit cor, facit alacrem. Quibus cõſequenter fatemur cum cæteris Doct. quòd pecunia quæ deſtinatur ad quotidianum vſum, ad præſentem neceſsitatem, iſta non veniet ſub tacita obligatione, quia ad hoc nata & formata eſt, non vt retineatur, ſed vt expendatur. & ita intelligamus Bald. in d. l. certi iuris. in vj. quæſt. C. locati. Quapropter pecunia ſcholarium miſſa à parentibus, nõ eſt tacitè obligata locatori. Quinto inferas de vtẽſilibus, vt barbarè nominant, de ſupellectili, de lectis, ciſtis, & aliis huiuſmodi paramentis, an inuecta tacitè obligentur? Cõſequenter prædictis dicite breuiter eas res tacitè obligari, & licet vſu cõſumantur, tamen alia ſubſtituuntur. Et in ſumma, ſufficit de ea ſupellectili quæ extat tempore pẽſionis ſoluendæ. per d. l. cùm tabernã. in fi. quæ in hac materia eſt auro digna, licet Iaſon etiam aliter doceat. Tandem inferte de libris ſcholarium, in quibus Ang. Aret. diſceptat & dubitat, tamen
23 in hoc inclinat, quod & Iaſon ſequitur, quòd † libri ſcholarium non ſint tacitè obligati, non ea ratione quòd maneant perpetuò, id eſt, tempore locationis, ſed eo inſigni priuilegio quod per gl. habemus in l. nepos Proculo. ff. de verb. ſig. vbi dicit libros ſcholarib. eſſe relinquẽdos, ſicut & arma militibus.

bus. Et hoc etiã mihi placet. Septimo principaliter coll. quòd iſta † obligatio qua inuecta & illata domino tacitè obligantur ipſo iure non enaſcitur ſine facto hominis: niſi enim inferantur & inuehantur res & bona (hoc eſt factum hominis) tunc lex non induceret, nõ diſponeret tacitã obligationem. Itaque ad iſtam tacitam hypothecam inuectorũ & illatorum duo principia concurrunt, lex, & factum hominis. Factũ hominis præcedit, quia inferuntur, & inuehũtur, & mox lex diſponit & cooperatur tacitam obligationem, quod non eſt in aliјs tacitis hypothecis. Sũt enim † tacitæ hypothecæ, quæ ſola legis diſpoſitione inducuntur, ſine vllo facto hominis, ſaltem circa hypothecam cõcurrente, vt eſt videre in bonis mariti & vxoris. Nam ſimulatque contractũ eſt matrimonium bona hinc inde ſunt tacitè obligata, hic marito, illic vxori, ſola diſpoſitione legis: ipſo iure enaſcitur iſta obligatio poſtquàm contractum eſt matrimonium. l. aſsiduis. C. qui pot. in pig. l. vnica. §. & vt pleniùs. C. de rei vxor. act. Et ſi dicas, nónne concurrit etiam ibi factum hominis, ſcilicet contrahere matrimonium? Dicite hoc non ad rem pertinere: quia hoc factum reſpicit matrimoniũ, in nullo reſpicit bona, ſed ſola lex hoc totum operatur. Eſt & aliud exemplum in Fiſco imperij. Nam qui debitores cũ fiſco contrahunt, eorum bona ſunt ipſo iure tacitè fiſco obligata. l. j. & ij. C. in qui. cauſ. pig. tac. contrah. Sic & pro tributis reip. Romanæ, bona tributariorum ſunt tacitè obligata ipſo iure ſine facto hominis. d. l. j. Et hoc priuilegiũ nõ habet vlla ciuitas, non etiã curia epiſcopalis, quòd debitorũ bona cõtrahentiũ cũ ciuitate, ſint ipſis tacitè obligata. eſt pulcher tex. in l. ſimile. ff. ad municip. vbi dicitur: Simile priuilegiũ fiſco, non habet vlla ciuitas, niſi ſpecialiter à Principe ſit cõceſſum. Addite, quòd † etiã tutorum & curatorũ bona poſtquàm acceperunt gerere officiũ, ſunt ipſo iure tacitè obligata pupillis & adoleſcentibus, l. pro officio. C. de admin. tut. Et ſic habetis duo genera tacitæ hypothecæ: cùm priore concurrit factum hominis, cum poſteriore non cõcurrit. In præmiſsis aduertendũ eſt, quòd † hypotheca tacita de qua loquitur tex. noſter, differt ab expreſſa, & ſic aliud eſt in Seruiana, aliud in quaſi Seruiana. Nã quaſi Seruiana, id eſt, propria hypothecaria, tãti eſt effectus, tantũ operatur, vt quoquo vadat res pignorata, in quaſcunq;

24 25 26 27

manus,ſemper vadat cum ſua cauſa,id eſt,cum pignore:cauſæ onus ſemper eſt annexum.l.ſi debitor.C.de diſtract.pig. vbi debitor vendiderat mihi rem quam tibi obligauit pignori,dicitur vel deciditur quòd non obſtante contractu venditionis,pignus tibi duret.Non ſic in Seruiana : quia inquilinus aut colonus ea quę inſerũt vel inuehunt,licet tacitè obligauerint domino fundi,ita quòd ſint pignora tacitè obligati,tamen conductor poteſt aliqua ex eis alienare,dum bona fide faciat,& non ſequetur onus pignoris.dominus fundi nõ
18 habebit hypothecariam contra tertium.Hoc verum eſt,† antequam huiuſmodi inuecta & illata ſint per dominum incluſa,id eſt,conſcripta in inuentarium.Dominus enim fundi ſi ſit ſolicitus de penſione,vel ſi inquilinus moretur penſionẽ, poteſt facere conſcribi omnia bona inuecta,per Notarium, & de hoc inſtrumẽtum conficere,quo loco inuecta & illata ſic inſcripta,ſic recluſa vel incluſa,nexu expreſsi pignoris tenentur,nec poſſent alienari in fraudem pignoris.Iſtam pulchram differẽtiam dat l.C.in l.eſt differẽtia.ff.in quib.cauſ. pig.tac.contrah.& ibi fuit Nerua Iuriſcon.deriſus,qui hanc incluſionem deludere voluit,vt dicit tex.ibi:quo caſu iſta tacitè inuecta & illata,quæ ſic ſunt incluſa, habebunt maiorem effectum,quàm expreſsè cõuenta pignora:quia ea quæ incluſa ſunt,id eſt,inuentata(vt barbarè loquar)poſſunt per dominum fundi propria authoritate auferri & retineri vbicunque inuẽta,dum nullus tumultus excitetur.Sed creditor in expreſsè conuento pignore non habebit talem poteſtatẽ, non poteſt auferre & retinere propria authoritate rẽ pignoratam,aliàs incideret in pœnam edicti Diui Marci,quod habetis in l.extat.ff.de his quæ met.cau.in fi.Et quæ poteſt eſſe ratio,quòd tãta authoritas,tãta facultas datur domino poſt incluſionem & non alteri creditori? Ratio eſt in promptu: quia poſtquã res inuectę,incluſæ,id eſt,cõſcriptæ ſunt,tunc dominus fundi intelligitur eas poſsidere: quod nõ fuit antequàm includerẽtur.ita gl.Bar.& Doct.in l.ſolutũ.§.ſolutã. ff.de pig.act.quod eſt pluſquàm mirabile,vt dominus intelligatur poſsidere,& eſſe poſſeſſor earum rerum quæ nõ ſunt in ſua poteſtate,quia fortè alienata.Et hunc mirabilem effectum parit ea cõſcriptio quod in materia poſſeſſoria eſt mẽtis tenendũ.Quòd autẽ iſta incluſio nihil aliud ſit quàm con

ſcriptio

ſcriptio bonorum,habetis pulchrum tex.in l.cùm dominus horreorũ.ff.locati.Octauo principaliter coll.quòd creditores & domini fundi,nõ ſolum habent remedia prędicta,ſcilicet Seruianã & quaſi Seruianã,ſed etiã † datur eis Saluianũ 29
interdictũ ad perſequenda pignora:de quo.ff.de Saluian.interd.l.j.& C.de precar.& Saluia interd.l.j.Et dicitur† Saluia 30
num à ſaluãdo,quia ſaluat ius creditorũ & dominorum. Et ſic concurrũt tria remedia:Seruiana,quæ impropriè dicitur hypothecaria:quaſi Seruiana,quæ propriè hypothecaria nominatur,ſed abutimur vocabulis:& Saluianũ interdictum.
† Differũt tamen duo priora remedia ab hoc vltimo.ſi gll.veritas cõſtiterit,quia in hypothecaria(quæ complectitur duo remedia priora)dũ creditor pergit perſequi pignora & vendicare,debet probare rem pignoratam fuiſſe in dominio debitoris,debitorem fuiſſe dominũ rei quam pignorauit.allegat l.& quæ nondum ſunt.§.j.ff.de pig.vbi hoc non dicitur, vt poſtea videbimus.Sed in Saluiano interdicto ſufficit probare poſſeſsionẽ debitoris,quòd debitor poſſedit rem pignoratam.Hoc quod gl.dicit,creditorẽ oportere probare debitorem fuiſſe dominũ rei pignoratæ,eſt falſum,& improbatur per Din.& cõmuniter Doct.& nullo iure dicitur. Nam d.l.& quæ nondum ſunt.§.j.dicit,quòd creditor perſequẽdo pignus ſuũ ſatis probauerit,probando rem fuiſſe in bonis debitoris,non quòd debitor fuerit dominus,ſed quòd bona fide poſſederit,habuerit pro ſuo,inter res ſuas inuenta ſit hæc res:hoc probabit creditor.cęteris paribus,ſicut poſteà videbimus:dominium rei in debitore non probabit.per d §.j. Eſt enim magna differentia,probare aliquem eſſe dominum rei, quæ probatio eſt difficillima.Doct.in l.cùm res.C.de prob.& dixi in materia publicianæ.Sed probare rem eſſe in bonis alicuius,eſt facilis probatio.quia hoc quod bona fide poſsidemus,dicitur eſſe in bonis noſtris,etiã ſi non eſſet noſtrũ.per bonũ tex.in l.bonorũ.j.§.in bonis.ff.de ver.ſig.Vnde dicit Din.hanc†gl.eſſe diabolicam.& Accurſium nõ potuiſſe 32
peius dicere.De Saluiano interdicto poſteà ſuo ordine dicemus.Qualiter autem creditores & domini fundorum perſequantur pignora tacitè vel expreſsè obligata , contra quos, & quid probare debeãt,eſt materia plena ſentibus & ſpinis, in qua gloſ.& Docto.certatim omnes ita variant, diſsident

g 3

& diſceptant,vt faciliùs Nili fontes, quàm eius rei exitum,
inuenire poſsis.Nos breuiter,& quantùm fieri poteſt clarè,
totam eam rem tractabimus,maximè ex ſententia Angel.de
Aret.& Iaſonis,quorum doctrinæ mihi placent hoc loco.Et
diſtinguite breuiter tres caſus:Aut creditores perſequuntur
pignora contra debitorem vel eius hæredem,aut contra ter-
tium poſſeſſorem qui cauſam habeat à debitore, aut. & ter-
tio,contra poſſeſſorem tertium penitus extraneum,qui nul-
lam habeat cauſam à debitore. Circa prædicta præmittite,
quòd cùm nominamus creditores,volumus etiam intellige-
re dominos fundi:& cùm nominamus pignora,intelligimus
de his quæ ſunt tacitè vel expreſsè obligata,ne cogamur ver
ba multiplicare:& cùm dicimus perſequi hypothecaria, ex-
tento vocabulo loquimur,Seruianam vel quaſi Seruianam
intelligentes.Nunc ergo ad primum caſum.Cùm creditor
perſequitur pignora ab ipſo debitore vel eius hærede, hoc
eſt,cùm debitor calicem argenteum, vel quid ſimile, impi-
gnorauit creditori, ſed non tradidit, ita quòd pignus non
poſsidetur à creditore: creditor ergo cùm perſequitur rem
pignoratam,hunc calicem &c.à debitore, ſufficit ſi probet
nudam conuentionem,ſi probet rem eſſe ei obligatam taci-
tè vel expreſsè,& non eſt opus quiddam aliud probare,quia
debitor non poteſt refricare & referre quęſtionem dominij,
hoc eſt,debitor non poteſt excipere,Tu petis rem tibi obli-
gatam,verùm ego non ſum dominus iſtius rei, inefficaciter
tibi obligaui,hæc res,iſte calix pertinet ad Titium , non ad
me,huiuſmodi exceptione vti non poteſt debitor. Et illud
33 †dicitur referre quæſtionē dominij,quando cōtra actorem
cōtrouertitur cauſà dominij:quapropter creditor poſſet di-
cere,Tu dolo facis,turpitudinē tuam allegas,tu es mihi men
titus à principio,cùm calicem tanquam tuum mihi obliga-
res,iam dicis non eſſe tuum:apage,domine Iudex,nō audite
hanc exceptionē.Ecce ſic creditor tutus eſt quòd nō eget alia
probatione circa rem,niſi quòd res fuerit obligata: quapro-
pter hæc eſt valde facilis perſecutio pignoris, cùm creditor
perſequitur pignus à debitore.Et idem dicimus in debitoris
34 hęrede,quia † hæres repręſentat perſonā defuncti,& id quod
non poterat refricare defunctus,nēpe debitor,nec hęres refri
care poteſt.l.cùm hæres.ff.de diuerſ. & temp præſcript.hæc
haben

habētur in l.cùm res.C.ſi alie.res pig.da.ſit.& melius in l.ſi rem alienam.per totam l.& maximè in fi.ff de pig.act.quam l.dicit Bal.eſſe coronam in hac materia.& bonum tex.in l.ſi inter.§.j.in l.ſi ab eo ff.de pig.Limitate iſtam doctrinam primo: ſi tu debitor mihi creditori impignoraſſes omnia bona tua pro mutuo, & tu incipis eſſe ſuſpectus, ita quòd ego timeam iure meo,iam ego cōtra te hypothecaria vel quaſi Seruiana,vt tradas vel aſsignes mihi certas res ex bonis tuis, videlicet equum,vaſa argentea,vel libros,ita vt poſsim eſſe ſecurus de debito:iam tu debitor poteris mihi referre quæſtionem dominii,poteris dicere,iſtæ res quas petis non fuerunt meæ, ſed Titii cuiuſdam, vnde rectè poteris alias res petere: obligaui tibi omnia bona mea, fateor, ex hoc non ſequitur quòd iſte equus,iſti libri,iſta vaſa fuerint mea tēpore obligationis.Ecce hoc caſu debitor non eſt in dolo,nihil mentitur cùm fatetur ſe obligaſſe omnia bona ſua, diſſitetur autē has res petitas eſſe inter bona ſua. Et hæc notabilis limitatio Sali.in d.l.cùm res.C.ſi alie.res pig. data ſit.quam hic recitat Ang.Are.& Iaſ.libēter caſtigaret ſi poſſet.Nemo eſt ita ſupinus,cui ſi diceretur,ipſe ſtatim fateretur Secūdo ſingulariter limitate,(& hoc non tangūt Doct.)in reb.inuectis & illatis, tacitè obligatis domino fundi: quia ſi dominus fundi haberet inquilinū aut colonū ſuſpectū, poteſt Seruiana agere vt tradat, conſignet aliquas ex rebus illatis in poſſeſsionē domini vel dominus poteſt petere incluſionē,vt ſuprà diximus, vt cōſcribat res illatas & inuectas:hic nullo dolo,nulla iniuria colonus vel villicus dicet, Certè domine non conſcribite iſtas res, hunc equum,hoc iumentum, hanc ſellam quia licet intulerim, tamē non ſunt meæ res. In hoc non poteſt argui mēdacii colonus vel inquilinus, per ea quæ iam diximus ex Salic.in d.l.cùm res.Et rogo ſeruate hanc limitationem, quia à Doct.non eſt tacta,& quotidie vſu fit:quotidiano vſu videmus,cùm debitoris bona conſcribuntur, inuentantur, quòd debitor dicat, Nolite hanc rem inſcribere, non eſt mea. Et ſic eſt expeditus iſte primus caſus. Secundus caſus eſt,quando creditor agit contra tertium poſſeſſorem ad pignus,qui tertius poſſeſſor habet cauſam à debitore. Exempli gratia: Ego cùm mutuaſſem decem tibi debitori meo, tu impignoraſti mihi verbo,nuda conuentione,tua vaſa ar-

gentea, iſta vaſa tu poſteà vendis, vel fortè donas Flacco: ego hoc comperto, pergo auocare poſſeſsionē pignoris ab iſto Flacco, cui tu vēdidiſti vel donaſti. Hoc caſu quid habeā probare vt obtineam in hypothecaria contra iſtum tertium qui à te habet cauſā, quia à te emit vel recepit dono, ſatis magna varietas eſt inter Docto. ita vt Iaſon dicat, hoc punctum eſſe dubitatiſsimum. Cynus in d.l. cùm res. diſtinguit inter cauſam onerolam & lucratiuā. Nam in cauſa oneroſa, ſicut eſt contractus vēditionis vel emptionis, non ſufficeret mihi creditori ſi allegarem hanc rem mihi fuiſſe à debitore impignoratam quia Flaccus iſte diceret, Non credo quòd iſta res tūc fuerit debitoris, ego iſtam rem emi bona fide & poſsideo eā, & ſum in vſucapiendi conditione. Ita dicet tertius poſſeſſor: Non curo quid tibi debitor obligauerit, ego habeo pinguiora iura. Hoc loco ſi ego creditor velim vincere, auocare poſſeſsionem pignoris, neceſſe eſt quòd probem non ſolùm pignus eſſe contractum, ſed etiam eandem rem fuiſſe tūc in bonis debitoris, debitorem habuiſſe hanc rem vt ſuam, geſsiſſe ſe vt dominū cum hac re, ſicut cum aliis ſuis rebus. Ecce iſta mihi probanda ſunt, quia Flaccus poterat mihi creditori referre quæſtionem dominii. Et non obſtat quòd habuit cauſam à te debitore, quia habuit cauſam oneroſam. Cæterùm ſi tu debitor donaſſes Flacco rem mihi pignoratam, quo caſu Flaccus prætendit cauſam lucratiuam, hoc loco Flaccus non poſſet mihi referre quęſtionem dominii, cùm habeat cauſam lucroſam, & ego certem de damno. Ego dicerē, frater, tu dolo facis, vis euertere authorem tuum à quo habes hanc rē titulo lucratiuo? & hoc caſu non grauarer probando rem fuiſſe in bonis debitoris. Cyn. allegat l. apud Celſum. §. de authoris. & §. authoris. ff. de dol. excep. Hāc diſtinctionē Cyni ſecutus eſt Bar. in d.l. cū res. Cęterū idē Bar. in d.l. rem alienā. ff. de pig. act. variauit, & ſibi contrarius aliter & verius docuit, quòd cùm debitor vendit pignus obligatum vel donat alicui Flacco tertio poſſeſſori, & creditor experiatur cōtra iſtū hypothecaria, tunc poterit iſte tertius ſine delectu referre quæſtionem dominii, ſiue habeat cauſam oneroſam ſiue lucratiuam: quia cùm iſte Flaccus bona fide poſsideat rem vel emptam vel donatā, impunè dicet contra creditorem, ſe nō credere, quòd in bonis debitoris fuerit pignus obligatum,

vel

vel quòd ipſe debitor non fuerit dominus cum pignus obli
gauit:hoc eſt commodũ poſſeſsionis,maximè cùm res poſ-
ſidetur ex tit. Et hæc opinio Bart.eſt recepta. Dicit Angel.de
Aret.magnum verbum,quòd ita ſeruetur in practica.Ego ve
rò nec opinionem Cyn.nec Bar.recipio:quia negari non po
teſt,cùm iſte Flaccus qui habet cauſam à debitore,ſiue onero
ſam ſiue lucratiuã,cùm negat rem fuiſſe debitoris cùm obli-
garetur pignori,per hoc ipſe prodit ſe eſſe in mala fide.Hoc
manifeſtè patet:quia ſi res nõ potuit obligari per debitorem
tanquam aliena,nec potuit poſteà vendi Flacco tanquam alie
na,vel donari:quia ſcimus & ſæpe audiuimus,quòd qui ſci-
ens & prudens emit à non domino, vel donatum accipit, eũ
eſſe in mala fide,& hodie nullo vnquam tempore poſſe præ-
ſcribere, ſicut audiuimus ſuperius in materia publicianæ. Vn
de creditor mox replicabit, Tu Flacce dolo facis, qui negas
rem fuiſſe in bonis debitoris, & te prodis malæ fidei: quia ſi
non fuit in bonis debitoris cùm mihi obligaretur, ergo non
fuit in bonis debitoris cùm tibi vẽderetur vel donaretur:quo
caſu mea eſt melior conditio, qui credidi eum eſſe dominũ:
& tua conditio deterior,qui ſciuiſti eum non eſſe dominũ.
Et ſic ſubuerſa eſt radicalis ratio Angeli & Iaſonis hic,qui di
xerunt Flaccum tertium poſſeſſorem habere pinguiora iura
quàm ego creditor,quia titulum,bonam fidem,& poſſeſsio-
nem habuerit:imò non habuit bonam fidem,ſed malam, qui
ſciens à non domino emerit. Cogitabitis ſuper ſolutione
nodi mei, iam non reſoluam vos. Expediuimus ſecundũ ca-
ſum, cum tacita aliqua confutatione communis opinionis,
quam confutationem quanto plus cogito, tanto magis ap-
probo , videlicet quòd is tertius poſſeſſor qui habet cauſam
oneroſam vel lucroſam,non poſsit referre quæſtionẽ domi
nii ipſi creditori pignus hypothecaria perſequẽti,quia repel
litur iſte tertius poſſeſſor † argumento relationis,parib.ter-
minis ſeruatis, quo non poteſt apud rhetores efficacius eſſe
argumentũ. Vt,ſi obiiciat iſte tertius poſſeſſor actori,quòd
debitor non fuerit dominus rei pignoratæ, vtitor tu relatio-
ne , eiſdem terminis ſeruatis: ergo non poterat tibi vendere
vel donare ſi nõ fuit dominus,& tũc es in mala fide, cùm ego
fuerim in bona. Hoc argumẽtũ qui mihi diſſoluit,merebitur
herbam.[ſuſtinete me modicũ.] Nam ſi iſte tertius poſſeſſor

replicãdo diceret, debitorem quo tempore rem pignorauit, non quidem fuiſſe dominũ, ſed poſteà factum eſſe dominũ cùm venderet: & ſic dicet tertius iſte poſſeſſor, diſtingue tem-
36 pora, & intelliges ſcripturas: hic habeo † nicedulã in vepreculã, vt vtar prouerbio Ciceronis contra Vatiniũ, hic te deprehendi vtriſque auribus, quiſquis contradicis: quia ſi debitor non fuit dominus cũ rem pignoraret, vt tu cõtendis ſed poſteà factus eſt dominus cùm tibi venderet, ſi hoc eſt verũ, iam firmata eſt mea ratio: quia poſtquàm factus eſt dominus, eo momento conualidatum eſt mihi pignus. text. eſt in d. l. rem alienam. in princ. ff. de pig. act. & ſic pignoris mei obligatio præceſsit cõtractum tuum emptionis, quia retroducitur iſta obligatio ad initium, quo caſu procedit mihi d. l. ſi debitor. C. de diſtract. pig. Fratres hoc ſeruate, quandiu vixi nõ dedi acutiorem nouum intellectũ. Accipio tertium caſum, videlicet cũ creditor perſequitur pignus ſuũ actione quaſi Seruiana vel hypothecaria, contra tertium poſſeſſorem qui non habuit cauſam à debitore. Hoc loco nõ eſt cõtrouerſia inter Doct. Doctrina eſt firma, quòd tertius poſſeſſor qui poſsidet ſine vitio, poteſt referre quæſtionẽ dominii ipſi creditori hypothecaria agẽti. Et ratio eſt viua & ſpirãs (vt ita loquar: ſic enim loquitur A. Gellius) quia iſte tertius poſſeſſor propropter poſſeſsionis commodum plus iuris habet quã creditor ex obligatione pignoris. Et poteſt poni iſte caſus pro eleganti exemplo infrà de interd. §. commodum. vbi Imperator denarrat poſsidendi commodum: propterea dicitur prouer-
37 bio, † Beati poſsidentes: quo caſu creditori incumbet onus probandi, quòd iſta res, dum obligaretur ei, erat in bonis debitoris, debitor vſus fuerit ea re tanquam ſua, reputatus fuerit dominus, inter ſuas res poſita eſt, bona fide eam habuit. Iſta omnia ſunt probãda creditori, vel potiora ex his, ad hoc vt auocet poſſeſsionẽ rei à poſſeſſore tertio. hoc probãt multa iura d. l. & quæ nõdũ. §. quod dicitur. in l. ſi ſuperatus. ff. de pig. in l. ante omnia. ff. de prob. in quibus iurib. dicitur, creditorẽ probare oportere, dũ experitur hypothecaria, rem quæ ei eſt obligata, pertinere ad debitorem. ita præciſe dicit l. ante omnia. At iſta eſt facilis probatio, poteſt probari per vicinos, per familiares, per familiam. Cæterùm ne credas frater, quòd creditor debeat probare debitorem eſſe dominum rei, ſicuti

ſicuti multùm errando putauit hic gl.quam propterea Dyn. nominauit diabolicam. Ex quo conuincitur magnus error communiter Doct.in l.ſæpe cõſtitutũ eſt.ff.de re iud.vbi putabant Doct.nec poterant expediri quomodo creditor poſſet probare dominiũ debitoris.Illic ego ſolui,& etiã in Intellectib.meis,† creditorem nõ oportere probare dominiũ, 38
& ſufficere ſi probet rẽ fuiſſe in bonis debitoris.Videte quæ ibidem ſcripſi vel legi in ſecundo genere,& non cogitabam quòd tot teſtes haberẽ meæ opinionis:Dynum,qui dicit hãc gl.eſſe diabolicam,& communiter Doct.iſta ſunt adhibenda & addenda ad lecturam meam.Et mirum eſt quòd nullus Doct.meminerit eorum quæ hic tractãtur.Vt ergo clariùs intelligatis,exemplum ponite.Finge:Tu debitor accepiſti à me mutuò decẽ,& obligaſti mihi calicem argenteũ,ſed non tradidiſti.Tu cecidiſti à poſſeſsione huius calicis,ſicut facilè fit quòd amittatur poſſeſsio rei,quia fragilis res eſt poſſeſſio.Hic calix peruenit ad Flaccũ ſine vitio,& ita poſsidet nec vi nec clàm nec precario,ſed poſsidet præter culpã:quo comperto,ego creditor experior contra tertiũ poſſeſſorem Flaccum,volo perſequi pignus meum.Flaccus excipit cõtra me, quòd ipſe poſsideat calicẽ non vi nec clàm nec precario,quo commodo poſſeſsionis vti velit,nec enim credat quòd debitor fuerit dominus eius rei.Hoc loco mihi creditori probanda ſunt ea quæ ſuprà dixi.Et tantũ de his tribus caſib. Reſtat adhuc† Saluianũ interdictum,quod eſt interdictũ poſſeſſo- 39
rium adipiſcẽdæ poſſeſsionis:quia habemus tria interdicta poſſeſſoria,adipiſcẽdæ,retinendæ & recuperãdæ.Saluianum eſt in primo genere interdictorũ: ita dicit Imperator infrà de interd.§.ſequens. verſ.interdictum. Et hoc † Saluianum 40
interdictum dupliciter proponitur,quia eſt interdictum directum,& interdictum vtile.Interdictum directum, ordinarium,verùm,datur contra colonum pro rebus inuectis & illatis,tacitè obligatis.Et datur etiã contra debitorem in quaſi Seruiana,dum ad merè nudam rei poſſeſsionem agitur. ita eſt text.ſecundùm verum intellectum nihil ſupplendo,in l. j.C.de Saluiano interdicto.Sed vtile interdictũ. Saluianum eſt,quod ex æquitate quadam extẽditur extra ordinem.Hoc vtile Saluianum datur etiam creditori contra tertios poſſeſſores ad nudam poſſeſsionem. Et ſi dicas, Ergo concurrit

cum

cum hypothecaria, ergo non eſt differentia inter vtraque, ergo alterũ eſt ſuperfluum. Iaſon in hoc perplexo fatigatur per quatuor col. & nũc ſe huc voluit & reuoluit, nunc fricat nunc refricat, & tanquam in tenebris ambulans, nihil habet quod cõcludat. Nos in hoc ſequamur cõmunem opinionẽ, quã hic tenet Io. Fab. & ponamus iſtam facilẽ differentiam, quia hypothecaria Seruiana, & quaſi Seruiana cõtinent petitorium, quia ipſam rem ratione pignoris perſequuntur, vt ſtatim audietis in practica. Sed Saluianũ interdictũ fundat ſe tantũmodo in meram & nudam poſſeſsionẽ, nõ facit mentionem quòd ei tradatur res, ſed tantũmodo incumbit poſſeſsioni, propterea dicitur adipiſcendæ poſſeſsionis interdictum. Propterea cùm Iaſon multa diſceptaſſet, tandem inclinat in ſententiam Ang. qui dicit, tutius eſſe Saluiano interdicto vti, quàm hypothecaria: & dicit quòd cauti aduocati in actu practico ſic vtantur: quod tamen maximè cõtrouertit Iaſon, putans eũ qui vtitur Saluiano, etiã oportere probare ſicut in hypothecaria: quod ego puto non eſſe verũ: quia qui incumbit ſeparatim poſſeſsioni meræ, iſte nõ incumbit rei, quòd nihil cõmune habeat petitoriũ cum poſſeſſorio. in l. naturaliter. § nihil cõmune. ff. de acqui. poſſ. Hãc poſtremã reſolutionem tenete mente, quia à nemine ſic eſt dicta: & poteſt pro optimo exemplo addi ad d. §. nihil cõmune. quòd nihil cõmune habeat hypothecaria cum Saluiano interdicto, quòd hoc incumbat poſſeſsioni, illa petitioni reali. Expedi-
41 ti in hoc difficili § de theorica, audite † practicã. Vnde libellum in actione Seruiana ſic formabis: Domine iudex, quãuis Titio locauerim domũ meam ſitam in tali loco, ad tẽpus anniculum, vel biennij &c. pro penſione decẽ, quo caſu res illatæ & inuectæ per Titiũ inquilinũ ſunt mihi tacitè obligatæ, & quãuis inter alia bona ſua inquilinus intulerit equũ vel iumentũ, vel calicẽ aliquẽ. quas res tũc pro ſuis proprijs in bonis habebat, & poſsidebat, & verum ſit quòd is Titius penſionẽ nõ ſoluerit, licet requiſitus, ita vt prædictæ res, cyphus, iumẽtũ, equus &c. ſint pignori obligatæ: vnde peto poſſeſsionem dictarũ rerũ mihi aſsignari, & eo nomine mihi rem tradi, quouſq; fuerit mihi de penſione ſatisfactum. Formate libellum circa colonũ cùm dominus fundi agit: eadem eſt forma libelli quæ fuit quã vobis dixi proxima lectione,

niſi

niſi cùm dominus meminit rerum illatarum & inuectarũ, addendum eſt, me ſcilicet actore domino ſciente: alioqui nõ eſt differentia inter vtroſque libellos. Nam ſuprà diximus, quòd res coloni inuectæ, tacitè ſunt obligatæ domino, quæ domino ſciente inuectæ ſunt. Libellum in quaſi Seruiana propemodum eiſdem verbis formabis, tamen quod dicas debitorem pro mutuo obligaſſe aliquod pignus, ſed necdũ tradidiſſe: vnde ex iuſta cauſa motus actor petit ei aſsignari pignus, donec fuerit ſatisfactũ. Et ita prout varia ſpecies facti incidit, ita variabitur libellus in hypothecaria. In Saluiano interdicto diximus agi nudo & mero poſſeſſorio, in quo ſic formabitur libellus: Domine Iudex, locaui fundũ, prædium ruſticum Titio, quo caſu res ſuæ ſunt mihi obligatæ tacitè: iſtarum rerũ poſſeſsio eſt apud Flaccum, vnde peto condemnari eum, vt hanc poſſeſsionẽ mihi reſtituat, aſsignet. Et hic non fiet mentio rei pignoratæ, quaſi res pignorata fuerit coloni vel nõ fuerit: vnde ſi tertius excipiat & velit referre quęſtionem dominij, replicandum eſt quòd agatis poſſeſſorio, & nõ intretis diſputationem rei pignoratæ, an ſit debitoris vel non. Et hoc nõ habetis ita clarè in Doct. Et per hoc relucet optima differẽtia inter hypothecariã vel Seruianã. & Saluianũ interdictũ. In hypothecaria dicet actor, rem pignoratam fuiſſe in bonis debitoris, quã vt ſuã habuerit, quod ſatis ſupérq; declarauimus. In Saluiano interdicto nihil illorum memineris. Vnde aduerte cautelam qua debent vti aduocati cautiores, quòd in hypothecaria nõ ſufficeret dicere, debitorem poſſediſſe rem pignoratã, imò debet addere quòd poſſedit bona fide tanquam ſuam, & quòd fuerit in bonis ſuis. Nam alioqui ex poſſeſsione ſola, non præſumeretur dominium. (iſta cautio eſt aduertenda) l. ſiue poſsidetis. C. de probat. & hoc multum facit ad Saluianũ interdictũ, quod cùm ſoli nitatur poſſeſsioni, dominiũ non tangit. Et per hoc eſt ſatisfactũ Iaſoni in tota ſua fatigatione qua circa has differentias fatigatur. Eſſent adhuc alia in hoc §. tractanda, ſed quia ſatis eſt grauatus dote ſua, vnde trãſimus ad §. ſeq. dum tamen non obliuiſcaris differentiæ inter pignus & hypothecam, quam hic dat Imperator, & dicit Iuriſcon. in l. res hypothecæ. §. inter pignus. ff. de pig. pignus & hypothecam nihil differre niſi in ſono vocis. Accipiamus in DEI nomine.

In

§. In perſonam.

1 Receptitia actio.
2 Fungibiles res quæ dicantur.
3 Receptitia vnde dicta.
4 Nobiles, titulos multiplicantes.
5 Lex correcta non allegαnda.

ISTE §.habet materiam cohærentẽ, vſq; ad
§ pœnales. ſed cauſa facilioris eruditionis vo-
lumus eũ declarare per partes. Iſte ergo §. vſq;
ad §. de conſtituti. habet duas partes. In prima
recitatur prætor circa perſonales actiones: in
ſecunda parte memorãtur ſpecies generaliter. Dicite in ſum
ma: A prætore inductæ ſunt, actio de cõſtituta pecunia (quæ
& receptitia dicitur) & actio de peculio ſeruorũ & filiorum,
& item actio ex iuramẽto. Coll. ex text. noſtro, quòd prętor
etiã induxit actiones perſonales, de quibus in ſeq. tractabit
1 Imperator. Secundo coll. antiquitus fuiſſe † actionẽ recepti-
tiam, quę fuit ampla, & latè patuit. Nam multa veniebant in
hanc actionem etiam nudo pacto, omnes res ſiue fungibiles
2 ſiue non fungibiles. † Fungibiles res dicimus quæ conſiſtũt
in numero, pondere & menſura, ſicut pecunia, frumentum,
vinum, oleum: iſtæ dicuntur res fungibiles. Cætera corpora
in vniuerſum omnia, omnes aliæ ſpecies, dicuntur res non
fungibiles. Vnde in conſtitutam pecuniam dum prætor eam
induxerat, venerũt tantum res fungibiles, tam tenuis & tam
nuda fuit. At in receptitiam omnia corpora, omnes ſpecies
venire poterant. Hoc eſt quod dicit Imperator hic, id quod
plenius habuerat receptitia, quàm actio conſtitutæ, id tranſ
fuſum eſſe in eandem actionẽ conſtitutæ. Et quæ & quanta
transfuſa ſint ab actione receptitia in conſtitutã pecuniam,
videte l. receptitia. eſt prolixa & pulchra. l. C. eod. de conſt. pe
3 cu. Quare autem † receptitia dicatur, necdũ in aliquo Doct.
legi. Ego credo, quia eleganti loquendi figura dicimus reci-
pere, hoc eſt, accipere, vt apud Cic. in epiſtolis, recepi me ven
turum: vnde quicquid promittebatur deliberatius & citra ſti
pulationem, hoc venerat in receptitiam, id eſt, promiſſoriã.
Vos cogitate de meliori expoſitione. Habuit autem hæc re-
ceptitia

ceptitia certa ſolennia, certæ ſolennitates ſeruabantur, ſicut fuit mos veterum omnia redigere in ſolẽnes formulas, quas ſalubriter ſuſtulit Conſtantinus in C. de form. ſublatis Et hic ſalubriter commutauit Imper noſter receptitiæ ſolennia, in nudam conſtitutam pecuniam, & fecit eam pleniorẽ: vſqueadeò Iuriſconſultis & Impp. cordi fuit omnia redigere ad æquitatem, & neminem ſtringere ad anguſtas iſtas formulas. & tamen adhuc non ceſſant noſtri Doct. poſt gll. obſcuras eorum commentis & obſeruatiunculis paulominus plus obſcurare quàm elucidare. quod vos ſemper vitabitis. Item coll. ex text. noſtro in verbo transfuſum, quòd cùm alicui rei aliquid eſt additum, ſicut hic receptitia eſt transfuſa in conſtitutam, propter hanc additionem, transfuſionem, nomina antiqua non perdi: quia quãuis receptitia hic tranſfundatur in conſtitutam, tamen adhuc manet nomen conſtitutæ, & nondum eſt cõmutatum, licet ſit ſplendidiore veſtitu ornata. hoc facit, vt hic referunt Ioan. Fab. & Ang. contra †nobiles & contra potentes, quibus ſi addatur aliquod caſtrum, aliqua ciuitas, mox mutant nomina, multiplicant titulos, & non eſt finis huius herbæ hederaceæ, quæ facilè ſerpit in muro & extẽditur. Ita non poſſumus facere finem regibus Romanis, propter varias prouincias quæ eis adiectæ ſunt: propterea dicitur aliquando dixiſſe Rex Franciæ: Iſti reges ſunt domĩni variarũ prouinciarum, ſed ego ſum Rex Franciæ. Iſte ſecutus eſt nomen conſtitutæ pecuniæ. & reiecit nomen receptitię, licet per eam eſſet potentior factus. Codrus ſolebat Conſtantinum nominare herbam hederaceam, qui primus induxit myriades & turbas titulorum. Coll. tandem † quòd l. correcta, quæ nullius eſt vtilitatis, non eſt deinceps alleganda, ſed ex numero ll. eradẽda. Hoc eſt quod Imperator noſter dicit receptitiã noſtram recedere à ll. & qui allegent. l. correctam, tenentur crimine falſi. l. fi. ff. de crimine falſ. Contra quod faciũt verſuti aduocati, qui, vt dicit Dn. Signor in conſiliis, ſicubi appetat iudex ſimplex, ſolent allegare gll. reprobas. Hoc tamen non eſt prohibitum, quòd ſi ratio aliqua faceret ad propoſitum noſtrum, quæ contineretur in l. correcta, iſtam allegare non vetamur, cum proteſtatione tamen de ſeiunctione legis reprobæ. Accipiamus §. de conſtituta. vſque ad §. actiones,

(margin: 4 beside "†nobiles" line; 5 beside "dem † quòd" line)

§. De

§. De conſtituta.

1 Conſtituere,quomodo accipiatur.
2 Conſtituti actio vnde orta.
3 Fides quanti olim habita.
4 Stipulatio,firmiſsimus contractus.
5 Conſtitutum quare introductum.
6 Receptitia & conſtitutum differunt.
7 Debitum quadruplex.
8 Legata ex teſtamento non ſolenni,naturaliter debentur.
9 Fideiuſſor obligatur vt principalis.
10 Fideiuſſor quando hodie conueniatur.
11 Conſtitutum ſequitur naturam conditionis debiti.
12 Conſtitueus in debitum an donare videatur.
13 Conſtitutum ad quid vtile.
14 Conſtitutum qualiter fiat.
15 Factum alterius promiſſum quomodo præſtetur.
16 Stipulatio vitioſa an valeat vt conſtitutum.
17 Conſtituere qui poſsint.
18 Quicunque,cuicunque, extenſiuæ dictiones.
19 Practica conſtituti.
20 Conſtituens an ante principalem excuti poſsit.

IM P. quod ſuprà promiſerat in genere,nunc
exequitur quo ad ſpeciem:& primo de conſti-
tuta pecunia.Dicite breuiter in ſumma: Qui
ſine ſtipulatione debitum ſe ſoluturum cōſti
tuit,de conſtituta tenetur.Multa pulchra col-
ligemus ex iſto pulchro §.licet breuis ſit. Coll. vim verbi
1 † Conſtituere,eſſe magnā in iure. Nam qui ſe cōſtituit pro
alio poſsidere, perinde facit alium poſſeſſorem ac ſi tradidiſ
ſet rem. Vt cùm tibi vendo fundum,& cōſtituo me poſsidere
nomine tuo,iam tu es poſſeſſor,iam tranſtuli poſſeſsionē.
l.quod meo.ff.de acquir.poſſ.Sic in propoſito tantæ effica-
ciæ eſt verbum Conſtituendi,vt qui ſe conſtituit ſoluturum
id quod debet,iam vinculum firmitatis appoſuit,vt ex cōſti-
2 tuto detur actio: eſt legale & nobile verbum. Et vnde † oria-
tur iſta actio conſtituti,debetis breuiter nouiſſe, quòd olim
de iure gentiū antequā conderentur ll.Romanę,omnis con
uētio fuit firma,quātūcunq; ſimplicib.& nudis verbis facta:
† tanti fuit ſua cuique fides:& propterea, vt ſcribit Halicar-
3 naſſæus,conſtitutum eſt templum Fidei:& inde oritur quod
dicit Cic.in iij.Off.iſta egregia ſententia veterū; Bona fide
agier.

agier. Deinde gliſcente hominum perfidia, cùm facilè pro-
mitteretur, nihil vel modicũ præſtaretur, iniecta eſt manus
huic libertati per ll.ciuiles, & inuenta eſt † ſtipulatio, quæ di 4
citur contractus firmiſsimus, vt nemo ex promiſsione tene-
retur regulariter, cæteris paribus, niſi per ſtipulationem, vt
ita deliberatius promitteretur, melius præſtaretur. ſuprà in
tit.de verb.obli.in prin.& in l.j.ff.eod.Hinc proditum eſt iu
re ciuili, quòd ex pacto nudo non daretur actio, niſi in qui-
buſdã caſib.per gl.hic enumeratis, & per Doct.in l.iuris gẽ.
§.ſed cũ nulla.Hoc videns prætor quod † aliquãto ſtrictius 5
egiſſet ius ciuile, fautor naturalis æquitatis, vt dicit l.j.in
prin.ff.eod.de conſti.pec.inuenit hunc contractum cõſtitui,
qui erat aliquãtò fortior quàm nudum pactum, & aliquãtò
fragilior ſtipulatione, & tamen non erat aliud quàm nudum
pactum.d.l.j.per diſcurſum.ff.de cõſt.pec. Et ita emerſit iſta
conuentio, quæ eſt multum vtilis in commerciis hominum:
quia quantumcunque aliquid ſit debitum, debitor ſe conſti-
tuens, dat robur eidem conuentioni. Et quia conſtituto ſæ-
pe adiiciuntur qualitates, ſcilicet locus, tempus, moneta, &
multa ſimilia quæ in principali conuentione non erant adie
cta, vnde dicit Bal.in rub.C.eod.de conſtit.pec.hanc conuen
tionem eſſe frequentiſsimam inter mercatores: quod & ve-
rum eſt, vbi quotidie mittuntur epiſtolæ, nuntii, chirogra-
pha, quæ in fidem fundantur, & nihil aliud ſunt quàm cõſti-
tutum.Erat porrò alia actio recepticia, quæ, vt credo, mori-
bus fuit introducta, quia de ea nihil inueni qualiter eſſet con
dita: cæterùm de ea non faciemus verba, cũ ab aula abiuerit.
Hoc tamen non omitto, quòd † in recepticia poterat venire 6
indebitum, potuit ſe aliquis recipere ſoluturum id quod non
debuit, quod non eſt in conſtituta pecunia. Conſtitui pecu-
nia non poteſt, niſi ex aliquo contractu ſit debita, ergo con
ſtitutũ præſupponit debitum.d.l.j §.debitum.ff.eod.de con,
ſtit.pec.Dicitur autem aliquid † debitum tripliciter, eſt enim 7
debitum naturale & ciuile, item debitum naturale, & tandem
eſt debitum ciuile· addite quartum, nempe debitum præto-
rium. Debitũ naturale & ciuile eſt in omni perfecta & iuſta
obligatione, quæ legitima eſt, conſenſu & lege firma: & de
hoc debito nemo dubitat, quin poſsit cõſtitui. Debitum na-
turale eſt quod natura debetur propter cõſenſum, ſed lex nõ

ſuffragatur,lex non aſsiſtit, lex relinquit eam infirmā & fragilem,ſicut eſt obligatio inter patrem & filium,iſti non obligātur ciuiliter contrahendo,ſed naturaliter. Sic eſt debitum inter fratres qui ſunt ſub patre iam conſtituti,iſti mutuando vel contrahendo naturaliter obligantur,non ciuiliter.l.frater à fratre.ff.de cond.indeb.Et hoc debitum naturale,etiam poteſt conſtitui,quod eſt nota dignum.Et firmitatem ſumit
8 iſta conuentio d.l.j.ad fin.ff.eo.Sic† legata debētur naturaliter propter voluntatē teſtatoris,etiam ſi teſtamentum non eſſet ſolenne.gl.mag.in l.j.ff.de cond.indeb.At hoc debitum conſtitui poſſet,quod iterum eſt nota dignū:poſſet hęres ab inteſtato dicere,Conſtituo me tibi ſoluturū legata,licet ciuiliter non debeam.Item eſt debitū tantùm ciuile,& non naturale,ſicut chirographum mutuę pecuniæ ante bienniū,antequàm ſit pecunia numerata:qui ſe obligāt recepiſſe pecuniā quam necdum receperunt,& dant chirographa,iſti ciuiliter obligantur,ius ciuile eos obligat,naturaliter non obligātur quia nihil receperunt. Hoc debitū ciuile conſtitui nō poteſt, quia rectè dicitur indebitū,quod eſt iure tantùm ciuili debitum.d.l.j § pen.ff.eo.tit.Sic etiā ſi mihi ſis obligatus ad decem iuſta obligatione naturaliter & ciuiliter, ego facio tibi pactum de non petēdo,dico,Non petā à te hanc pecuniam: iam es liberatus naturaliter ex cōſenſu meo,ſed adhuc es obligatus ciuiliter,quia obligatio ciuilis nō eſt ſublata.Hoc debitū conſtitui nō poteſt,vt pote quòd ſit tantū ciuile.tex.eſt, vt dicunt Doct.vnicus,qui non eſt alibi,in d.l.j.ad fi.ff.eod. Sed hic occurrit dubitatio,quomodo hoc poteſt fieri quòd debitum tantū ciuile conſtitui non poſsit,& poteſt tamen ei accedere fideiuſſor?iſte qui ciuiliter tantū eſt obligatus,poteſt pro ea obligatione dare fideiuſſorē.ſuprà de fideiuſ.§.j. cùm gl.ibi.& tamen videntur aliquo modo eſſe paria,conſtitutū & fideiuſsio.Ioan.Fab.dicebat eſſe mirabile.Pet.de bell. pert.dicit,Soluit Apollo.Similem reſponſionē dat gl.in l.ij. in verb.anno.ff ad l Aquil Doc.hic multum fatigantur pro ſolutione,Angel.& Iaſon, ſed dimiſsis alijs ſolutionib.ego hanc verā puto,quia cōſtitutum firmat & roborat debitum præcedens,propterea producit actionem,addit alias qualitates,vt à principio dixi. Vnde mirū nō eſt,ſi nō poteſt firmare id quod eſt indebitū.Nihil firmatur niſi quod eſt firmabile:

nihil

nihil reſeruatur, niſi quod eſt reſeruabile: nihil ceditur, niſi quod eſt ceſsibile. Et ita firmatio ſuccedẽs, pręſupponit rem firmandã eſſe aliquã. Sed non eſt ſic in fideiuſſore. † Fideiuſ 9
ſor accedit qualicunq; obligationi, vt dicit Iurecõſ. in l. græcè. §. & generaliter. ff. de fideiuſ. at non firmat contractũ cui accidit, nec enim in plus poteſt obligari quàm ipſa principalis obligatio polleat. Vnde nemo miretur quòd † fideiuſſor 10
accedit debito tantùm ciuili, quia ea exceptio quę eſt contra debitum ciuile, proficit etiã fideiuſſori, ne durius obligetur: quod non eſt in cõſtituto, quod habet firmitatem. Et hæc eſt vera ratio, cur fideiuſſor accedit debito tantùm ciuili, (quod eſt naturaliter indebitum) & cõſtitutum non accedat. Hanc rationem nemo negabit, licet nemo dixerit. Eſt & quartũ debitum, vt dixi, prętorium, quod non eſt debitum de iùre ciuili: ſicut cùm pater tenetur de peculio filij. (in §. ſeq.) certè tenetur de iure prætorio, non de iure ciuili, vt ibi audietis. Sic & actio quæ datur ex iuramento delato, parit actionem prætoriam, ius prætorium, debitum prætorium, & non debitum ciuile, vt in §. ſi quis poſtulante. infrà eod. Ecce iſta dicuntur debita prætoria, quæ debita etiã poſſunt conſtitui, vt ex conſtitutione agatur. d. l. j. in fi. ff. eo. Quòd autem diximus, aliquod robur accedere debito per conſtitutũ potiùs quàm per fideiuſsionẽ, limitate notabiliter, niſi conſtitutũ accedat debito conditionali, vt ſi ſis mihi obligatus ſi nauis ex Aſia veniat, & conſtituas te ſoluturum hoc debitũ, hoc conſtitutum nihil dat roboris debito principali, quia ſemper expectandus eſt euentus conditionis: ſi extat conditio, conſtitutum valet: ſi defecerit, conſtitutum cadit. Et ſic hoc caſu † conſtitutũ ſe- 11
quitur naturam cõditionis debiti. eſt bonus tex. in l. id quod ſub conditione. ff. eod. An autem qui ſciens † indebitum con 12
ſtituit, donare intelligatur? vt ſi aliquis certus eſt quòd mihi nihil debet, & tibi dicit, Conſtituo me ſoluturum decem quę debeo, an iſte donare hæc decem intelligatur? quod poſſet videri per l. j. ff. de cond. indeb. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. vbi dicitur, qui ſciens indebitum ſoluit, non repetit, quia pręſumitur donationis cauſa ſoluiſſe. facit l. campanus. in fi. ff. de oper. libert. vbi ſi libertus promittit patrono operas indebitas, cenſetur donare. Et hoc tenuit Dyn. in propoſito, quòd conſtitutum ſuper indebito, ſi à ſciẽte fiat, donum eſſe

præſumatur. Et ita diceret forte omnis homo. Sed tu ſubtilius teneas contrarium, ſicut hic eleganter Ioan. Fab. contrarium tenet. Aliud enim eſt conſtituere indebitũ, & aliud ſoluere indebitum. Nam qui ſoluit indebitum, ex nullo præambulo contractu ſoluit, vnde meritò non repetit. Sed qui conſtituit, is ſupponit præambulum cõtractum cui accedat. Sed quia nihil eſt præambuli, cùm nihil ſit debitum, vnde conſtitutum non habet cui accedat, ſicut ſuprà diximus: nihil reſeruatur, quod non eſt reſeruabile: ergo hoc conſtitutum funditus non valet, etiamſi ſciens & prudens quiſpiã indebitum cõſtituiſſet. Quæras hic, & fortaſſe dubitabis in teipſo: † Ad quid eſt vtile hoc conſtitutum? actio cõſtitutæ pecuniæ quid confert? nõne ſufficit mihi principale debitum? quò nobis? quid conſtituis ea quæ perfecta ſunt? Tu teneris mihi in decem, quæ fateris, & ibi nulla eſt ſuſpicio, nulla difficultas, quid prodeſt quod tu mihi hoc debitum cõſtituis? Equidem & in eo aliquando ſubſtiti. Sed dicas ex mẽte Doct. Ang. hic circa finem, Ange. in l. legitima. poſt Bar. ff. de pact. & Iaſon hic diſtinguẽdo, quia aut aliquis eſt debitor ex legis diſpoſitione, quia lex obligat eum: aut ex contractu hominis, Si primum, ſcilicet quòd ſit debitor ex legis diſpoſitione, exempli gratia, Maritus tenetur ad ſumptus vxoris iter facientis ex iuſta cauſa, ſi ex iuſta cauſa iter fecerit. l. ſi quis pro vxore. ff. de don. inter vir. & vxo. in prin. l. vbi dicitur hoc, & eſt elegans text. in l. inter ſocerum. §. conuenit. ff. de pact. dot. vbi conuenerat inter maritum & vxorem, quòd ſi vxor veniret ad maritum qui militabat, veniret curru, carpento, miniſterio ſeruorum, quòd maritus eſſet facturus ſumptus, eos ſumptus exoluturus. Iſta fuit nuda conuentio, & nihil operabatur: ſed maritus nihilominus tenebatur ad ſumptus etiamſi nihil conuentum fuiſſet. Ecce hæc eſt obligatio ex diſpoſitione legis: hoc loco, ſi maritus conſtituiſſet ſe ſumptus daturum, nihil egiſſet hoc cõſtitutum, quia aliàs ex diſpoſitione legis fuerat obligatus. quod ſubtiliter ibidem ſignificatur, cùm vxori quàm feſellit maritus datur actio in factum generalis, & non ex conuentione, ſed ex generali legali actione: quæ actio cùm non cõcurrat cum alia ſpeciali actione, facile euincitur, quòd conuentio nuda ibidem non valuit, & ex conſequentia conſtitutum non valuiſſet. Sumite exemplum

noſtri

noſtri temporis: Regentes in Vniuerſitatibus,& legis & ſtatuti diſpoſitione tenentur procurare cõmodum Vniuerſitatis,& pro neceſsitatibus laborare in profectum ipſius. Quid ſi aliquis aſſumptus ad regimen conſtitueret ſe talia facturũ, diceret, Conſtituo me Domine rector, quòd velim commodum Vniuerſitatis &c. hoc conſtitutum eſſet deridiculum & de nihilo. Igitur videre eſt hic, quàm improuidè faciant regentes in Vniuerſitatibus cùm aliquẽ aſſumunt ad regimẽ, vel ad lecturã eligũt, imponũt ei onus quod velit profectum Vniuerſitatis curare, equitare, defendere rempublicam &c. & ita cõſtituit electus ſe facturũ, quæ omnia ſunt de nihilo. Et pulchrum eſſet cùm talia proponũtur electo, ſi reſponderet ſe aliàs ſtatuti diſpoſitione obligatũ eſſe, nolle de nouo conſtituere: ſic cõmendaretur ingenium, induſtria & peritia electi. Aut conſtitutum accedit ex contractu hominis, ſicuti toto titulo noſtro, & in Digeſtis & C. conſtitutum ſemper ſupponit conuentionẽ vel contractum præcedentem, nẽpe debitum præcedens. Hic dicite, vt tollatur & euellatur dubitatio ex cordibus veſtris, Si debitum præcedens quod in conſtitutum deducitur, habeat perfectam obligationẽ ciuilem & naturalem, ſicut regulariter omnes habent, tũc verum eſt quod ab initio diximus, cõſtitutum eſt aut nullius aut modicæ vtilitatis, niſi quòd creditori alia aduoluitur actio, quia conſultum eſt habere plura remedia: & hoc ſentit expreſsè Ange. de Aret. hic in fi. Vtilitas igitur conſtitutæ pecuniæ in eo verſatur, cùm debitum eſt naturale tantũ, ſicut eſt nudum pactum & ſuprà habuimus exempla naturalis debiti inter fratres, inter patrem & filium, in legatꝺ non ſolenni: quia ſi iſta debita naturalia conſtituuntur, iam robur accedit debili cõuentioni. Item vtilis eſt conſtitutæ actio, ſi debito præcedenti accedat qualitas commodi, vt locus, tempus: cõmodiori tempore ſoluatur, commodiori loco ſoluatur: qualitates monetæ, facilitas ſoluendi: huiuſmodi & ſimiles qualitates adiectæ faciunt conſtitutam pecuniam vtilem, vt ſi debes mihi decem florenos in moneta, conſtituas te mihi ſoluturum decem in auro. Item tu teneris mihi ad decem corbes frumenti, tu conſtituis te ſoluturũ pecuniã, quia ſum mercator, proficiſcor Francofordiam: ecce vtilitas: & de hoc habetis caſum in l. j. §. an poteſt. ff. eo. tit. Hoc eſt quod dixit Bal. in rub. C. eod. hoc

conſtitutũ eſſe frequentiſsimum in mercatorib. Iſta ſunt vobis ſeruanda, quia ſunt fundamentum noſtræ materiæ. Sed
14 † qualiter fit conſtitutum? quibus verbis? Dic, poſſe cõſtitui per quæcunque verba, citra tamen ſtipulationem. ita eſt tex. in l. qui autem. §. fi. intelligite, per quæcunque verba. ſcilicet apta contractui. Vnde ſi dico: Conſtituo pro meipſo ſoluturum quæ tibi debeo, vel etiam pro alio, pro ſocio aliquo, conſtituo quod is tibi debet, ego ſoluam. Item ſi cõſtituatur nulla interrogatione præcedente, ſicut fit per literas, epiſtolam, vel per nuntium. Item ſi conſtituatur præcedente etiam interrogatione, dum tamen ex interuallo reſpondeatur, non in continẽti, vt ſic ſemper maneamus in finibus, in terminis nudi pacti. Nam conſtitutũ eſſe nudum pactum, nemo ignorat. Item ſi dico, Ego ſatisfaciam tibi in hoc debito, ea verba faciunt etiam conſtitutũ. tex. eſt in Auth. ſi quando. C. de conſtitu. pec. Vel ſi dicat aliquis, ſatisfiet tibi à me. Item ſi dicas, Conſtituo me, quòd Titius tibi ſoluet hoc debitum: nam valet hoc conſtitutum. tex. eſt quem Doc. neſciunt, alibi in d. l. cum qui. §. ſed & certam. ff eo. tit. Et ſi diceres, quomodo poteſt promitti factum alterius, cõtra l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipulet. ff. de verb. obli. & ſuprà de inutil. ſtip. §. ſi quis alium? Dicas, verũ eſſe, iſte nõ promittit factũ alterius nolẽtis. Vnde ſi Titius iſte alter nõ vult ſoluere hoc conſtitutũ quod ego ſub nomine eius cõſtitui, tũc ego ſolus tenebor. Aut ego curabo & efficiã quòd Titius, quem nominaui, ſoluat, aut ego tenebor. Hinc Bart. in d. §. dedit pulchrã & notabilem doctrinã.
15 Quandocũq; aliquis † promittit factũ alterius ad quod ipſe promiſſor eſt obligatus, tunc ſemper intelligitur promiſiſſe ſe curaturũ & effecturum, vt alius faciat. Hoc poſſem ad pulchrum caſum referre, ſi tẽpora largirentur. Et ita intelligitur d. Auth. ſi quando. ad fin. vbi dicit debitor ad creditorẽ, ſatiſfiet tibi à me, & ab illo & ab illo. Vel dicit, ſatisfiet tibi à me vel ab illo, per copulatiuam aut disiunctiuam: iſta omnia recidunt in idem exemplum. Quid autem ſi dico ad creditorem meum, ſatisfiet tibi, an etiam ſit cõſtitutum? Certè non: iſta effuſa & obſcura imperſonalitas enecat hoc cõſtitutum, per elegantem Authẽ. prædictam, ſi quando. Quid autem ſi interrogatione præcedente, & reſponſione in cõtinenti ſequente fiat conſtitutum? vt, ego interrogo, Conſtituis te ſolutu-
rum

rum hanc pecuniam?& tu reſpondes,conſtituo,an hic ſit cõſtitutum,ánve ſtipulatio?Doct.concertant.Iacob.Butrig.putat & ſtipulationem eſſe & pecuniam conſtitutam,quòd iſta duo remedia concurrant, cùm nihil impediat ea cumulari, quæ ad vnum finem tendunt:& hoc non eſt improbabile. Nam & ſuprà diximus concurrere iſta remedia,& tunc habere creditorem plures actiones. Sed iſta opinio non eſt recepta cõmuniter à Doct.quia contra textum noſtrũ pugnat, cùm dicit,iure ciuili teneri per ſtipulationem,non iure prætorio:& ita vtimur. Quid autẽ ſi fuerit † interpoſita ſtipulatio, ſed inutiliter?vt ſi dicatur,Promittis tu mihi iſta decem? alius ex interuallo reſpondeat,poſt diem vel duos: quo caſu eſt vitioſa ſtipulatio, an ſaltem valeat vt conſtitutum? ſicut ſtipulatio vitioſa aliquãdo valet vt nudũ pactum. l.an inutilis acceptilatio.ff de accepti.Dicit.I.C.notabiliter. quòd inutilis ſtipulatio non valebit vt vtile conſtitutum: ſi non valet vt agitur, non valebit vt valere poteſt.d.l.j §.cum qui.ff. eo.de cõſti.pec.Item coll.ex text.noſtro,in verbo. cũ omnibus, quòd † cum omnibus perſonis poteſt fieri cõſtitutum. Verũ hæc vniuerſalitas coërcetur ad perſonas aptas,quia furioſus non poſſet conſtituere, nec ei conſtitui.Sic & alii mẽte capti. Item is cui bonis interdictum eſt propter prodigalitatem.arg.l.is cui bonis.ff.de verb.ob.Item pupillus ſine tutore non poteſt cõſtituere,nec ei conſtitui.d.l.j §.ij.ff.de cõſtit.pec.Item mulieres non poſſunt conſtituere pro aliis,ſed tantummodo pro ſeipſis.Sicut enim nõ poſſunt eſſe fideiuſſores (mulieres fideiuſſores,appoſitiuè) nec intercedere pro aliis,id eſt,ſeſe obligare.tot.tit.ff.ad ſen.conſul Velleian.ita etiã non poſſunt conſtituere.d.l.j.§.de conſtit.Colligis ergo notabilem doctrinam,quòd quamuis I.C.loquatur & decidat ſub vniuerſali,tamen iſta effuſa vniuerſalitas reſtringitur ad aptas perſonas, & nunquã in iure noſtro tãta vniuerſalis eſt propoſitio,quæ vniuerſaliter omnino intelligatur, quin accipiat reſtrictionem ad homines aptos.ita hic glo.in verb. cum omnibus.& habetis gl.no.in l.promittendo.in prin ff. de iur.do.vbi dicitur, promittẽdo dotẽ, cuiuſcũq; ſint ſexus homines,obligãtur.quæ dictio † quicunq;,vel cuiuſcunque, eſt maximè extẽſiua in iure noſtro, tamẽ nihilominus intelligitur cuiuſcunq; ſexus,de perſonis aptis. & illam gl.Doct.

16 (margin, beside "Quid autẽ ſi fuerit")
17 (margin, beside "bus, quòd † cum omnibus")
18 (margin, beside "quæ dictio † quicunq;")

multum commendant circa hoc. Habetis aliam gl. in l. vt gradatim §. j. ff. de mun. & hon. vbi etiam vniuerſalitas ad aptas perſonas reſtringitur. Super quā doctrina habetis gl. magiſtralem, ad quā ſemper recurritur, in l. fin. C. ſine cenſ. & reliq. quæ multa ſimilia ad hāc doctrinam conſarcinat.
19 † Tādem videamus practicam, quomodo formetur libellus. At hoc facile eſt, quia ex ipſo contractu vltrò enaſcitur forma. Sic ergo dices: Domine Iudex, quāuis verum ſit cùm Titius mihi eſſet obligatus in decem, ipſe ſe conſtituit hanc pecuniā ſoluturum ad certa tempora, vel ſub certa moneta, vel ad certum locum, vel ſimpliciter, ipſe tamen reus requiſitus per me non ſatisfecit iuxta conuentionem conſtituti. Vnde peto &c.
20 Sub hac forma † potes etiam libellare ſi Titius conſtituiſſet ſe ſoluturum pro alio, niſi mutatis mutandis. An autem exceptio excuſsionis poſsit per reū obiici, vt ſi diceret reus, Excutit priùs debitorem principalem, & poſteà redito ad me: ita enim ſolet fieri in fideiuſſoria obligatione, quia fideiuſſor non poteſt conuenire antequam debitor ſit excuſſus, de quo ſuprà diximus. Ego hoc nō inuenio in Doct. & ſubſiſto nonnihil, credo tamen quòd exceptio excuſsionis hoc caſu locum habeat, propter generalem deciſionem Imperatoris in Auth. de fideiuſſ. vbi omne omnino genus intercedētium quocunq; nomine nominentur, poſſunt obiicere exceptionem excuſsionis principalis debitoris: & facit pro hoc quòd conſtituere pro alio æquiparatur intercesſioni in mulieribus, vt ſuprà proximè diximus. Ergo conſtituere eſt intercedere quo ad perſonam tertiā. Cogitabitis circa hoc. Accipiamus §. Actiones.

§. Actiones.

1 ☞ Peculium quid.
2 Peculium iuſtum quod.
3 Peculium quadruplex.
4 Peculium quando aduentitium vel profectitium præſumatur.
5 Peculium caſtrenſe.
6 Peculium quaſi caſtrenſe.
7 Filiusfamilias quando peculium profectitium vel aduentitium habere præſumatur.
8 Filiusfam. quomodo obligetur.

Tenus,

9 Tenus quibus caſibus iungatur.
10 Pater de iure ciuili pro filio non tenetur.
11 Pater pro filio peculiotenus tenetur.
12 Filiifam.quomodo per creditores peculiares exigantur.
13 Votum filiifam.non valet.
14 Macedo vſurarius.
15 Pater de in rem verſo tenetur.
16 Pauperes aliti ad alimenta tenentur.
17 Filius delinquens patrem non obligat.
18 Noxæ deditio.
19 Exercitoria,Exercitor.
20. Inſtitoria,inſtitor.
21 Libellus in actione de peculio.
22 Monachus ſeruo vel filiofam æquiparatur.
23 Abbas monacho ex pacto non tenetur.

ISTE eſt §.ſatis fœcūdus, vtilis quo ad obligationem filiorumfa. parū vtilis quo ad ſeruiles obligationes,niſi accommodemus vel comparemus monachos & religioſos ſeruis, tunc poteſt materia eſſe vtilior: & hoc in fine faciemus.Pro euidētia præmittite quid ſit peculiū.Doct.variè diffiniūt,ſed diffinitionib.legalibus,id eſt,deſcriptionibus. Tu dic ex mente Iuriſconſulti, quòd † peculiū eſt pecunia.quæ 1
relinquitur filiofa. vel ſeruo, voluntate patris vel domini: quæ pecunia ſeparata eſt à rationib. paternis & dominicis. Vnde ſi pater habeat filiū actioſum,negotioſum, induſtriū, qui negotiari poſsit,huic pater relinquit aut deputat aliquā ſubſtantiam pecuniæ cum qua negotietur,& iſta pecunia dicitur veluti patrimonium filii cùm non ſit,ſed quia ſeparata eſt hæc pecunia à rationibus paternis,pater non cōnumerat inter ſua bona,ſeparatim habet ſuas rationes,ideo filii veluti patrimoniū nominatur.Sic & de ſeruis intelligite: quia ſeruos eſſe aut fuiſſe aliquando induſtrios,negotiatores,medicos,cantores,magiſtros,nemo eſt qui ignorat:&iſti ſerui ſic apti,ſic actioſi,nominabātur ordinarii & atrieſes:qui ſerui in peculio eis à domino conceſſo habuerunt alios ſeruos qui nominabantur vicarii, qui aliquando vicem tenuerunt ordinariorum,ſi fortè iſti maiores ſerui eſſent occupati. Et hoc dicebatur † iuſtū peculium in quo erāt ſerui vicarii. Hoc 2
peculium,vt dicit I.C. in l.peculium.iij.ff.de pecul.naſcitur, creſcit,moritur,ſicut homo. Nam naſcitur,cum ſeruo cō-

ceditur. Creſcit, cùm augetur induſtria ſerui. Decreſcit, cùm minuitur, & cùm vicarii ſerui decedunt. Moritur, cùm adimitur per dominũ. Iſta ſunt verba I.C. quapropter peculiũ eſt ius vniuerſale, non eſt certum corpus, ſed quiddam vniuerſum, In hoc peculio quicquid agit vel filius vel ſeruus, egiſſe intelligitur de voluntate vel patris vel domini, etiamſi pater vel dominus ignorauerint, etiamſi fuerint inuiti, nolentes, dummodo peculium non ademerunt: tantum operatur conceſsio peculii ab initio facta: quod eſt magnum fundamentum in hac materia. Secundo præmitto vobis quod ſæpe dixi in lectionib. & quod eſt ſatis vulgatum, tamen repeti opor-
3 tuit, vt quod conferat ad prǽſentem materiam, † quadruplex
4 eſſe peculium: † profectitiũ, quod proficiſcitur à patre vel domino, quod conceditur filio vel ſeruo. item aduentitiũ, quod filio aliundè acquiritur, fortè ex hæreditate materna, vel fratris, vel vicini, vel amici, quod poteſt etiã eſſe in ſeruo: hactenus quatenus ſeruo aliquid donaretur, vel ſeruus ex ſua induſtria, non ex bonis domini, ex ſuis operis aliqua acquireret. Iſta dicuntur aduentitium peculium, quia non proficiſcitur ex perſona, vel re aut bonis patris vel domini. In hoc aduentitio peculio iura Digeſtorum ſunt correcta, quia proprietas aduẽtitii peculii pertinet ad filiumfa. etiamſi ſit in ſacris patris, ſolus vſusfru. acquiritur patri, cætera bona filiorum patri aliter non acquirũtur. toto titulo. C. de bon. mat. & tit. C. de bon. quæ libe. Et in his bonis pater eſt legitimus adminiſtrator. l. cũ oportet. C. de bon. quæ lib. & ita ſeruant ſtatuta noſtra, quòd filio non datur tutor viuẽte patre. Ter-
5 tium eſt † peculiũ caſtrenſe, quod filiusfam in militia, ob militiam acquirit: de quo habetis titul. per diſcurſum. ff. de ca-
6 ſtren. pecul. Quartum † peculiũ eſt quaſi caſtrenſe, quod acquirit filiusfa. ex ſalario publico, qui ſeruit reipublicæ & ſtipendia meretur, hoc ſeruabit tãquam peculium quaſi caſtrẽſe: ſicut ſi ego eſſem iuuenis qui lego pro repub. ſalariũ eſſet quaſi caſtrenſe peculium, etiamſi eſſem filiusfam. Item ſacerdotum emolumenta dicuntur quaſi caſtrenſe peculium. Et in iſtis duobus vltimis peculiis pater nihil iuris habet, nec in vſufru. nec proprietatem, quia filiifam. eo loci habentur pro patribusfam. Circa hoc videte glo. magnam commendatã ab omnibus, in l. pater qui caſtrenſe. ff. de caſtren. pecul. & gl. ij.

in

in l.cùm oportet.C.de bon.quæ lib. Audiuimus quatuor peculia. quid autem ſi dubitetur † an filiusfamiliâs habeat peculium aduentitium vel non habeat? quia patrimonium ſuũ augetur ex induſtria, vel fortunis, multa accedunt, an ſit profectitium an aduẽtitium. Diſtinguite notabiliter, quia ſi iſte filiusfamiliâs ſit ſegnis, nihil ſciat operari (ſicut multi ex iuuenibus inueniuntur) & diues ſit pater, tunc præſumo ex re patris aduenisse, & eſſe profectitiũ. Sin verò filius ſit actioſus, induſtrius, callens, & qui conſueuerit aliquid operari, & pater ſit pauper, ea quæ accedunt filio præſumuntur eſſe aduentitia. ita eſt gloſ. not. in dicta l.cùm oportet. poſt princ. in verbo, Ex ſubſtantia patris C.de bonis quæ liber. Rogo per Iouem ſeruate hanc diſtinctionem, quia iam his diebus ita conſului in valde arduo negotio, & parti meæ ex hoc fundamento & ex alijs (Domino dante victoriam) obtinui tria millia florenorum, quòd potenter euici partem aduerſam, quæ erat nimium diues, ſuas diuitias habuiſſe à patre, & non ex induſtria ſua. Tertio præmitto vobis pro euidentia, quòd † filiusfamiliâs etiam ſi ſit ſub manu patris, tamen obligatur ex omni contractu vel quaſi, ex delicto vel quaſi, & tenetur in ſolidum etiam viuente patre, (hoc eſt notandum) & poteſt exigi, conueniri à creditoribus, & condemnari per ſententiam ad ſoluendum. l. tam ex contractibus. ff. de iud. l. filiusfamiliâs. ij. ff. de act. Doct in l. ſi filiusfamiliâs. ij. ff. ſolut. matri. & fiet executio etiam contra filiumfamiliâs, licet nihil habeat quia omnia ſint patris, poſſet tamen detrudi in carceres, niſi cedat bonis: cedendo enim bonis liberabitur. l. penul vbi hoc ſatis tractatur. C. qui bo. ced. poſſ. Quod multo maximè dicendum eſt ſi habeat proprium peculium aduentitium vel caſtrenſe. His ſic pro euidentia præmiſsis, accipiamus §. & dicite in ſumma: Pater & dominus ex perſona filij & ſerui ex peculio tenentur iure prætorio, non ciuili. Coll. ex textu noſtro ibi, Peculio tenus, ſignatam figuram loquendi. Peculio tenus, id eſt, non vltra peculium. Nam iſta dictio † Tenus, ablatiuo ſingulari iungitur, & genitiuo plurali, vt docuit Valla. Vnde dicebat Quintil. auriũ tenus verba cognoſcit. Virg. Crurũ tenus hiſpida nanti. & alibi: Crurũ tenus mento palearia pendent. Vnde barbarius eſt dicere, mente tenus, id eſt, nõ vltra mentem.

7 8 9

10 mentem. Secundo coll.ex textu noſtro,quòd† iure ciuili pater non tenetur pro filio. Hoc autẽ memineritis in tota iſta materia,quòd tantummodo ordiemur de filio & patre: hoc enim caſu materia eſt vtilis. Paria tamen, ſeruatis paribus, intelligẽda ſunt de domino & ſeruo, ne cogar verba profundere.Igitur coll.patrẽ de iure ciuili,vt iam dixi,nõ teneri pro filio,hinc oritur iſte tit.in C.ne fil. pro pat.vel pro lib.conuen.Et hoc eſt rigidum & male tornatum, quia nouimus ex vſu quotidiano,quòd pater filijsfam.dat aliquãdo puſillam aliquam pecuniariam ſubſtantiã, cum qua negotiẽtur,quo loco filius ſæpiſsime multum æris alieni conflat:& quomo
11 do† pater non teneretur eo caſu pro filio,vt ita homines deciperentur? Quapropter ſuperuenerat ſalubris magiſtratus prætoris,qui eſt amator æquitatis.l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod certo loco.is ſaltem adiecit moderationis, & induxit quòd patres vſque ad vires peculij, & intra fines eius tenerentur de debitis filiorum.ſa.quod eſt nota dignum, licet ſit vulgatum in iure,pro mercatoribus qui ſunt filijfamil.& propriam negotiationem exercent.Quomodo autẽ,vel an poſſint conueniri filijfam.viuente patre vel poſt eius mortẽ, & qualiter conſulatur creditoribus, res eſt ſatis perplexa: ſed expediemus eam breuibus:& dicite, creditoribus duplici via conſuli,vel reali,vel perſonali.Realis via hæc eſt quæ pecu-
12 lium reſpicit.Nam† creditores ad cõſequẽda ſua debita poſſunt niti ex peculio,inhærere peculio, & tunc ſi conueniunt patrem,pater tenebitur eis ſatisfacere quatenus,id eſt,quouſque vires peculij patiũtur:ipſe tamẽ pater primitus & ante omnia deducet ex peculio, id quod ei tenetur filius,ſi fortè mutuauit filio peculiũ,vt ex peculio negotietur. Itẽ deducet pater quicquid tenetur filius alijs fratribus ſub poteſtate patris exiſtẽtibus:quia nõ eſt nouũ quòd frater fratri mutuet, qui ſi ambo ſunt ſub manu patris,oritur inter eos obligatio naturalis.l.frater à fratre.ff.de cõd.indeb. Itẽ ſi filius tenetur his qui ſunt ſub tutela vel à cura patrum, hoc etiã deducit pater.iſta habentur in l.peculiũ.§.in l.ſed ſi damnũ.ff de pecul. Quòd ſi creditores tacuerint vſque in mortẽ filijſfamil. qui habet peculium,tunc intra annum vtilem à principio,continuum in procurſu,creditores conuenient patrem ſuper debitis peculiaribus,poſt annum nõ plus conuenient.tot.tit. ff.quand.

ff.quand.act.de pecul.an.eſt.& hoc ſi pater de peculio cõuenitur. Si autem filiusfamil.conueniretur à creditoribus,tũc poteſt eis ſatisfacere ex peculio, & liberabitur poſteà pater. Quòd ſi poſt mortem patris creditores cõuenerint filium negotiatorem,& is filius ſatisfecerit eis ſupra portionẽ ſuá hæreditariam,tunc famil.erciſcund. iudicio deducet id quod plus expenderat creditoribus peculiaribus, deducet alijs cohæredibus, quia peculiũ iſtius filii negotiatoris poſt mortem patris diuiditur inter alios cohæredes æqualiter,vt meritò iſti alij teneantur fratri in totum ſatisfacienti creditoribus peculiaribus. Hoc pulchrè voluit Iaſon in d.l.frater à fratre.in euidentialibus.Sed in via perſonali,id eſt,cùm creditores non ad peculium reſpiciunt, quia fortè filius non habuit peculium,vel fortè habuit peculium, ſed fuit à patre ademptum,hoc enim poteſt pater ſi ſine dolo malo faciat:cæterùm ſi doloſe faceret in necem creditorũ,hoc nihil valeret, non reciperetur.per l.ſumma cum ratione. ff.de pecul. Hoc loco ſi creditores ſeſe fundant in perſonam filij & non in peculium,& filium ex ſua perſona conueniunt,tunc in vita patris poteſt filius in ſolidum condemnari creditoribus,& niſi ſatisfaciat, in carceres detrudi, niſi cedat bonis, vt ſuprà in tertio euidentiali diximus. Sin verò cõueniatur filiusfamil. ex perſona ſua poſt mortẽ patris, tunc ſi fuerit hęres patris, tenebitur tãquam hæres.Sin verò eſſet exhæredatus,vel ſi ſe abſtinuiſſet filiusfamil.ab hæreditate paterna, tũc tenebitur nihilominus creditoribus,ſed habebit priuilegium competentiæ.id eſt,nõ exigetur in plus quàm cõmodè facere poſſit,vt diximus in tit.de re iud.fa.l.ij.ff.quod cum eo.Ita breuiter habetis,& ſignate hoc quod circa obligationem filiorumfamil.dixi,quomodo à creditoribus cõueniãtur. Quòd autem diximus patrem teneri de peculio ex contractu filij, extendas etiam ad quaſi contractum;vt,ſi filius gerat negotia alicuius abſentis, colat vineam ſuam, vel alias alia gerat pro vtilitate abſentis,ſi filius damnum ingerat.tenebitur pater de peculio ipſi abſenti:iſte dicitur quaſi contractus.text. eſt in l.ſi filiusfamiliàs.ff.de negot.geſt. Prædicta quę diximus circa debita peculiaria limitãtur,& primo in voto,quia ſi † filiusfamiliàs voueritaliquam pecuniam ſacris, dijs immortalibus,nec filius tenebitur nec pater.text. elegantẽ habetis 13

betis in l.ſi quis rem.§.voto.ff.de pollic. Adeò etiã apud gen
tiles magna res erat votum, quod in filioſam. non habebat
locum.Secundo fallit in pecunia mutuata:quia ſi filius mu-
tuatus ſit pecuniã,non tenebitur ſoluere nec filius nec pater,
peculiũ hoc caſu nõ grauabitur. Et hoc inductũ eſt in odiũ
14 † Macedonis vſurarij,qui cùm mutuaret filijsfamil. docuit
eos vt parẽtes interficerent,quò ſoluerent pecuniã mutuã.l.
j.& per totum tit.ff.ad Senat.conſ.Maced. Quapropter vi-
derint iuuenes qui ſunt filijf.ne facilè mutuentur hic & ali-
bi,quia creditores repelluntur exceptione.Dicit tamen Inn.
in c.quia pleriq;.de immu.eccl.quòd filius peccat mortali-
ter ſimul & pater ſi vtãtur ea exceptione cõtra creditores, ſi
ſaltẽ ob neceſsitatẽ filij pecunia ſit mutuo accepta:quod eſt
notabile dictũ.Et dicit Bart.in l.Macedoniani.C.ad Maced.
quòd iſta exceptio nõ habeat locũ contra creditores,ſi filius
qui mutuatus eſt,eſſet mercator. Quibus cõſequenter ego
inferrem, quòd ſcholares mutuãtes propter libros emẽdos,
& propter neceſsitatẽ veſtiũ, quòd non poſſent vti iſta exce-
ptione.Alios caſus videte in d.l. Macedoniani. per Bald.&
Doct.in quibus nõ cõpetit hæc exceptio.Tertio limitate ma
teriam noſtrã,ſi filius negotiando in peculio,æs alienũ con
15 flauerit,quã pecuniã † vertit in rem,id eſt, in vtilitatem pa-
tris,quia tunc pater non tenebitur peculio tenus ipſis credi-
toribus,ſed in ſolidum,in totam ſummam,etiã quę excedat
vires peculij.ita habetis tit.ff.de in rem verſo, per totum,&
infrà tit.j.quod cum eo.§.pręterea.§ in rem vbi declarat Im
perator quando pecunia in rem,id eſt,vtilitatẽ verſa dicatur
&c.quia ſi filiusfam.mutuetur pecuniã, vt ſoluat,ſatisfaciat
creditoribus patris:quod nos verſurã fieri dicimus,quando
creditum ex credito cõflatur:item ſi filiusfam.accipiat pecu-
niam,vt fulciat,inſtauret ædificia ruinoſa:item vt pro fami-
lia paterna frumentũ emat,vel pro alia iuſta neceſsitate,tunc
dicitur in rem patris verti. Iſta ſunt pulchra quo ad vtilitatẽ
16 noſtram. Quid ſi † filius aliquis ex pecunia ſua alimentauit
filios alicuius inopis tempore cariſtiæ,ne fame perirẽt, iſtis
filijs poſtea obueniat hęreditas materna vel aduẽtitia,an poſ
ſit altor qui aluit filios, pecuniã erogatam petere,tanquã in
rem filiorũ verſam? Pulchra quęſtio cõuiualis.Bart.in l.his
ſolis.ff.de cond.indeb.putat poſſe peti eã pecuniã,ſed relin-

quit

quit cogitandum. Ego inclinarem in opinionem Bart. & credo quód ſic obtineretur. Quarto limitate quod ſuprà diximus, ſi pater iuſſerit filium mutuari hanc vel illam pecuniã, vel cum hoc aut alio cõtrahere, mãdauerit filio, commiſerit ei, quia tunc pater tenebitur nõ peculio tenus, ſed in ſolidũ actione prætoria. Quod iuſſu. ff. eod. tit. quod iuſſu. per diſcurſum. Quinto limitate, ſi locũ habeat tributoria, ita quòd pater in tributum tanquam quilibet extraneus vocetur, cum cęteris creditoribus, tunc enim pater non deducet ex peculio quod ſibi debetur, ſed accipiet partem quæ ei tribuitur in diuiſione peculij, Vt intelligatis, quia eſt res inſueta: Si filiusfa mil. negotietur in aliqua merce peculiari ſciente & patiẽte patre, quia iſta ſcientia patris cum patientia ei adimit priuilegium præuẽtionis, & vocat eum in tributum, id eſt, in partem virilem, quæ eſt æquiſsima actio prætoria. Exẽpli gratia: Filius cùm haberet peculiũ, negotiatus eſt, præcipuè in lana emenda & vendenda. quod pater ſciuit & paſſus eſt: ego vendidi ei magnam lanæ quantitatẽ, ita quòd obligatus eſt mihi in centum: & ſic iſte filius pariter negotiatur cum aliis creditoribus, cum quolibet in aliqua peculiari merce: hoc loco cùm peto à patre centũ pro lana quam vendidi, pater non poteſt dicere. deducam quod filius mihi debet: quia dico, te ſciente & patiente filius mecũ cõtraxit, vnde partem accipies virilem, in tributum vocaberis, diuiſo inter omnes creditores peculio quicquid me continget pro rata, totidem & tibi pro rata obueniet. Hęc dicitur tributoria infrà tit. j. §. introduxit. & ff. tot. tit. de tributor. Sexto limitate in delictis, quia † filiusfam. pro delicto vel quaſi delicto cõdẽnabitur, pater 17
in nihilũ tenebitur de peculio, ſed aut filius cedet bonis, aut in carceres detrudetur, vt ſuprà diximus: licet olim alio iure vterentur, quia ſi filiusfamil. dederat damnum, deliquerat, poterat dedi pro noxa patiẽti damnum, ita quòd læſus poterat filiumfam. ducere ſua poteſtate poſt iudiciũ acceptũ, & cum eo agere pro arbitrio, tanquã cum ſeruo. Hoc viſum eſt durum Imperatoribus in libero corpore in quo aliquãdo pudor periclitatur cùm ductus eſſet in ſeruũ: vnde cum abominabilem morem ſuſtulit Imperator, infrà tit. j. ad fin. Et hæc † noxæ deditio durat in ſeruis & in quadrupedibus ſi fortè 18
damnum fecerint, quia poſſunt noxę dedi pro damno facto. gloſ.

ſuffragatur,lex non aſsiſtit, lex relinquit eam infirmā & fragilem,ſicut eſt obligatio inter patrem & filium,iſti non obligātur ciuiliter contrahendo,ſed naturaliter. Sic eſt debitum inter fratres qui ſunt ſub patre iam.conſtituti,iſti mutuando vel contrahendo naturaliter obligantur,non ciuiliter.l.frater à fratre.ff.de cond.indeb.Et hoc debitum naturale,etiam poteſt conſtitui,quod eſt nota dignum.Et firmitatem ſumit
8 iſta conuentio d.l.j.ad fin.ff.eo.Sic† legata debētur naturaliter propter voluntatē teſtatoris,etiam ſi teſtamentum non eſſet ſolenne.gl.mag.in l.j.ff.de cond.indeb.At hoc debitum conſtitui poſſet,quod iterum eſt nota dignū:poſſet hę res ab inteſtato dicere,Conſtituo me tibi ſoluturū legata,licet ciuiliter non debeam.Item eſt debitū tantùm ciuile,& non naturale,ſicut chirographum mutuę pecuniæ ante bienniū,antequàm ſit pecunia numerata:qui ſe obligāt recepiſſe pecuniā quam necdum receperunt,& dant chirographa,iſti ciuiliter obligantur,ius ciuile eos obligat,naturaliter non obligātur quia nihil receperunt.Hoc debitū ciuile conſtitui nō poteſt, quia rectè dicitur indebitū,quod eſt iure tantùm ciuili debitum.d.l.j § pen.ff.eo.tit.Sic etiā ſi mihi ſis obligatus ad decem iuſta obligatione naturaliter & ciuiliter, ego facio tibi pactum de non petēdo,dico,Non petā à te hanc pecuniam: iam es liberatus naturaliter ex cōſenſu meo,ſed adhuc es obligatus ciuiliter,quia obligatio ciuilis nō eſt ſublata.Hoc debitū conſtitui nō poteſt,vt pote quòd ſit tantū ciuile.tex.eſt, vt dicunt Doct.vnicus,qui non eſt alibi.in d.l.j.ad fi.ff. eod. Sed hic occurrit dubitatio,quomodo hoc poteſt fieri quòd debitum tantū ciuile conſtitui non poſsit,& poteſt tamen ei accedere fideiuſſor?iſte qui ciuiliter tantū eſt obligatus,poteſt pro ea obligatione dare fideiuſſorē.ſuprà de fideiuſ.§.j. cùm gl.ibi.& tamen videntur aliquo modo eſſe paria,conſtitutū & fideiuſsio.Ioan.Fab.dicebat eſſe mirabile.Pet.de bellpert.dicit,Soluat Apollo.Similem reſponſionē dat gl.in l.ij. in verb.anno.ff ad l Aquil Doc.hic multum fatigantur pro ſolutione,Angel.& Iaſon, ſed dimiſsis alijs ſolutionib.ego hanc verā puto,quia cōſtitutum firmat & roborat debitum præcedens,propterea producit actionem,addit alias qualitates,vt à principio dixi. Vnde mirū nō eſt,ſi nō poteſt firmare id quod eſt indebitū.Nihil firmatur niſi quod eſt firmabile: nihil

nihil reſeruatur, niſi quod eſt reſeruabile: nihil ceditur, niſi quod eſt ceſsibile. Et ita firmatio ſuccedēs, prǽſupponit rem firmandā eſſe aliquā. Sed non eſt ſic in fideiuſſore. † Fideiuſ 9
ſor accedit qualicunq; obligationi, vt dicit Iurecōſ. in l. græcè. §. & generaliter. ff. de fideiuſ. at non firmat contractū cui accidit, nec enim in plus poteſt obligari quàm ipſa principalis obligatio polleat. Vnde nemo miretur quòd † fideiuſſor 10
accedit debito tantum ciuili, quia ea exceptio quę eſt contra debitum ciuile, proficit etiā fideiuſſori, ne durius obligetur: quod non eſt in cōſtituto, quod habet firmitatem. Et hæc eſt vera ratio, cur fideiuſſor accedit debito tantùm ciuili, (quod eſt naturaliter indebitum) & cōſtitutum non accedat. Hanc rationem nemo negabit, licet nemo dixerit. Eſt & quartū debitum, vt dixi, prętorium, quod non eſt debitum de iūre ciuili: ſicut cùm pater tenetur de peculio filij. (in §. ſeq.) certè tenetur de iure prætorio, non de iure ciuili, vt ibi audietis. Sic & actio quæ datur ex iuramento delato, parit actionem prætoriam, ius prætorium, debitum prætorium, & non debitum ciuile, vt in §. ſi quis poſtulante. infrà eod. Ecce iſta dicuntur debita prætoria, quæ debita etiā poſſunt conſtitui, vt ex conſtitutione agatur. d. l. j. in fi. ff. eo. Quòd autem diximus, aliquod robur accedere debito per conſtitutū potiùs quàm per fideiuſsionē, limitate notabiliter, niſi conſtitutū accedat debito conditionali, vt ſi ſis mihi obligatus ſi nauis ex Aſia veniat, & conſtituas te ſoluturum hoc debitū, hoc conſtitutum nihil dat roboris debito principali, quia ſemper expectandus eſt euentus conditionis: ſi extat conditio, conſtitutum valet: ſi defecerit, conſtitutum cadit. Et ſic hoc caſu † conſtitutū ſe- 11
quitur naturam cōditionis debiti. eſt bonus tex. in l. id quod ſub conditione. ff. eod. An autem qui ſciens † indebitum con 12
ſtituit, donare intelligatur? vt ſi aliquis certus eſt quòd mihi nihil debet, & tibi dicit, Conſtituo me ſoluturum decem quę debeo, an iſte donare hæc decem intelligatur? quod poſſet videri per l. j. ff. de cond. indeb. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. vbi dicitur, qui ſciens indebitum ſoluit, non repetit, quia prǽſumitur donationis cauſa ſoluiſſe. facit l. campanus. in fi. ff. de oper. libert. vbi ſi libertus promittit patrono operas indebitas, cenſetur donare. Et hoc tenuit Dyn. in propoſito, quòd conſtitutum ſuper indebito, ſi à ſciēte fiat, donum eſſe

præſumatur. Et ita diceret forte omnis homo. Sed tu ſubtilius teneas contrarium, ſicut hic eleganter Ioan. Fab. contrarium tenet. Aliud enim eſt conſtituere indebitũ, & aliud ſoluere indebitum. Nam qui ſoluit indebitum, ex nullo præambulo contractu ſoluit, vnde meritò non repetit. Sed qui conſtituit, is ſupponit præambulum cõtractum cui accedat. Sed quia nihil eſt præambuli, cùm nihil ſit debitum, vnde conſtitutum non habet cui accedat, ſicut ſuprà diximus: nihil reſeruatur, quod non eſt reſeruabile: ergo hoc conſtitutum funditus non valet, etiamſi ſciens & prudens quiſpiã indebitum cõſtituiſſet. Quæras hic, & fortaſſe dubitabis in teipſo: † Ad quid eſt vtile hoc conſtitutum? actio cõſtitutæ pecuniæ quid confert? nõne ſufficit mihi principale debitum? quò nobis? quid conſtituis ea quæ perfecta ſunt? Tu teneris mihi in decem, quæ fateris, & ibi nulla eſt ſuſpicio, nulla difficultas, quid prodeſt quod tu mihi hoc debitum cõſtituis? Equidem & in eo aliquando ſubſtiti. Sed dicas ex mẽte Doct. Ang. hic circa finem, Ange. in l. legitima. poſt Bar. ff. de pact. & Iaſon hic diſtinguẽdo, quia aut aliquis eſt debitor ex legis diſpoſitione, quia lex obligat eum: aut ex contractu hominis, Si primum, ſcilicet quòd ſit debitor ex legis diſpoſitione, exempli gratia, Maritus tenetur ad ſumptus vxoris iter facientis ex iuſta cauſa, ſi ex iuſta cauſa iter fecerit. l. ſi quis pro vxore. ff. de don. inter vir. & vxo. in prin. l. vbi dicitur hoc, & eſt elegans text. in l. inter ſocerum. §. conuenit. ff. de pact. dot. vbi conuenerat inter maritum & vxorem, quòd ſi vxor veniret ad maritum qui militabat, veniret curru, carpento, miniſterio ſeruorum, quòd maritus eſſet facturus ſumptus, eos ſumptus exoluturus. Iſta fuit nuda conuentio, & nihil operabatur: ſed maritus nihilominus tenebatur ad ſumptus etiamſi nihil conuentum fuiſſet. Ecce hæc eſt obligatio ex diſpoſitione legis: hoc loco, ſi maritus conſtituiſſet ſe ſumptus daturum, nihil egiſſet hoc cõſtitutum, quia aliàs ex diſpoſitione legis fuerat obligatus. quod ſubtiliter ibidem ſignificatur, cùm vxori quàm fefellit maritus datur actio in factum generalis, & non ex conuentione, ſed ex generali legali actione: quæ actio cùm non cõcurrat cum alia ſpeciali actione, facile euincitur, quòd conuentio nuda ibidem non valuit, & ex conſequentia conſtitutum non valuiſſet. Sumite exemplum

nostri

noſtri temporis: Regentes in Vniuerſitatibus, & legis & ſtatuti diſpoſitione tenentur procurare cõmodum Vniuerſitatis, & pro neceſsitatibus laborare in profectum ipſius. Quid ſi aliquis aſſumptus ad regimen conſtitueret ſe talia facturũ, diceret, Conſtituo me Domine rector, quòd velim commodum Vniuerſitatis &c. hoc conſtitutum eſſet deridiculum & de nihilo. Igitur videre eſt hìc, quàm improuidè faciant regentes in Vniuerſitatibus cùm aliquẽ aſſumunt ad regimẽ, vel ad lecturã eligũt, imponũt ei onus quod velit profectum Vniuerſitatis curare, equitare, defendere rempublicam &c. & ita cõſtituit electus ſe facturũ, quæ omnia ſunt de nihilo. Et pulchrum eſſet cùm talia proponũtur electo, ſi reſponderet ſe aliàs ſtatuti diſpoſitione obligatũ eſſe, nolle de nouo conſtituere: ſic cõmendaretur ingenium, induſtria & peritia electi. Aut conſtitutum accedit ex contractu hominis, ſicuti toto titulo noſtro, & in Digeſtis & C. conſtitutum ſemper ſupponit conuentionẽ vel contractum præcedentem, nẽpe debitum præcedens. Hic dicite, vt tollatur & euellatur dubitatio ex cordibus veſtris, Si debitum præcedens quod in conſtitutum deducitur, habeat perfectam obligationẽ ciuilem & naturalem, ſicut regulariter omnes habent, tũc verum eſt quod ab initio diximus, cõſtitutum eſt aut nullius aut modicæ vtilitatis, niſi quòd creditori alia aduoluitur actio, quia conſultum eſt habere plura remedia: & hoc ſentit expreſsè Ange. de Aret. hic in fi. Vtilitas igitur conſtitutæ pecuniæ in eo verſatur, cùm debitum eſt naturale tantũ, ſicut eſt nudum pactum & ſuprà habuimus exempla naturalis debiti inter fratres, inter patrem & filium, in legatꝙ non ſolenni: quia ſi iſta debita naturalia conſtituuntur, iam robur accedit debili cõuentioni. Item vtilis eſt conſtitutæ actio, ſi debito præcedenti accedat qualitas commodi, vt locus, tempus: cõmodiori tempore ſoluatur, commodiori loco ſoluatur, qualitates monetæ, facilitas ſoluendi: huiuſmodi & ſimiles qualitates adiectæ faciunt conſtitutam pecuniam vtilem, vt ſi debes mihi decem florenos in moneta, conſtituas te mihi ſoluturum decem in auro. Item tu teneris mihi ad decem corbes frumenti, tu conſtituis te ſoluturũ pecuniã, quia ſum mercator, proficiſcor Francofordiam: ecce vtilitas: & de hoc habetis caſum in l. j. §. an poteſt. ff. eo. tit. Hoc eſt quod dixit Bal. in rub. C. eod. hoc

conſtitutũ eſſe frequentiſsimum in mercatorib. Iſta ſunt vo
bis ſeruanda, quia ſunt fundamentum noſtræ materiæ. Sed
14 † qualiter fit conſtitutum? quibus verbis? Dic, poſſe cõſtitui
per quæcunque verba, citra tamen ſtipulationem. ita eſt tex.
in l. qui autem. §. fi. intelligite, per quæcunque verba. ſcilicet
apta contractui. Vnde ſi dico: Conſtituo pro meipſo ſolu-
turum quæ tibi debeo, vel etiam pro alio, pro ſocio aliquo,
conſtituo quod is tibi debet, ego ſoluam. Item ſi cõſtituatur
nulla interrogatione præcedente, ſicut fit per literas, epiſto-
lam, vel per nuntium. Item ſi conſtituatur præcedente etiam
interrogatione, dum tamen ex interuallo reſpondeatur, non
in continẽti, vt ſic ſemper maneamus in finibus, in terminis
nudi pacti. Nam conſtitutũ eſſe nudum pactum, nemo igno
rat. Item ſi dico, Ego ſatisfaciam tibi in hoc debito, ea verba
faciunt etiam conſtitutũ. tex. eſt in Auth. ſi quando. C. de con
ſtitu. pec. Vel ſi dicat aliquis, ſatisfiet tibi à me. Item ſi dicas,
Conſtituo me, quòd Titius tibi ſoluet hoc debitum: nam va
let hoc conſtitutum. tex. eſt quem Doc. neſciunt, alibi in d. l.
cum qui. §. ſed & certam. ff eo. tit. Et ſi diceres, quomodo po-
teſt promitti factum alterius, cõtra l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipu
let. ff. de verb. obli. & ſuprà de inutil. ſtip. §. ſi quis alium? Di
cas, verũ eſſe, iſte nõ promittit factũ alterius nolẽtis. Vnde ſi
Titius iſte alter nõ vult ſoluere hoc conſtitutũ quod ego ſub
nomine eius cõſtitui, tũc ego ſolus tenebor. Aut ego curabo
& efficiã quòd Titius, quem nominaui, ſoluat, aut ego tene-
bor. Hinc Bart. in d. §. dedit pulchrã & notabilem doctrinã.
15 Quandocũq; aliquis † promittit factũ alterius ad quod ipſe
promiſſor eſt obligatus, tunc ſemper intelligitur promiſiſſe
ſe curaturũ & effecturum, vt alius faciat. Hoc poſſem ad pul-
chrum caſum referre, ſi tẽpora largirentur. Et ita intelligitur
d. Auth. ſi quando. ad fin. vbi dicit debitor ad creditorẽ, ſatiſ-
fiet tibi à me, & ab illo & ab illo. Vel dicit, ſatisfiet tibi à me
vel ab illo, per copulatiuam aut diſiunctiuam: iſta omnia re-
cidunt in idem exemplum. Quid autem ſi dico ad creditorem
meum, ſatisfiet tibi, an etiam ſit cõſtitutum? Certè non: iſta
effuſa & obſcura imperſonalitas enecat hoc cõſtitutum, per
elegantem Authẽ. prædictam, ſi quando. Quid autem ſi in-
terrogatione præcedente, & reſponſione in cõtinenti ſequen
te fiat conſtitutum? vt, ego interrogo, Conſtituis te ſolutu-
rum

rum hanc pecuniam?& tu reſpondes,conſtituo,an hic ſit cōſtitutum,ánve ſtipulatio?Doct.concertant.Iacob.Butrig.putat & ſtipulationem eſſe & pecuniam conſtitutam,quòd iſta duo remedia concurrant, cùm nihil impediat ea cumulari, quæ ad vnum finem tendunt: & hoc non eſt improbabile. Nam & ſuprà diximus concurrere iſta remedia,& tunc habere creditorem plures actiones. Sed iſta opinio non eſt recepta cōmuniter à Doct.quia contra textum noſtrū pugnat, cùm dicit,iure ciuili teneri per ſtipulationem,non iure prætorio:& ita vtimur. Quid autē ſi fuerit† interpoſita ſtipulatio, ſed inutiliter?vt ſi dicatur,Promittis tu mihi iſta decem? alius ex interuallo reſpondeat,poſt diem vel duos: quo caſu eſt vitioſa ſtipulatio, an ſaltem váleat vt conſtitutum? ſicut ſtipulatio vitioſa aliquãdo valet vt nudū pactum.l.an inutilis acceptilatio.ff de accepti.Dicit.I.C.notabiliter. quòd inutilis ſtipulatio non valebit vt vtile conſtitutum: ſi non valet vt agitur, non valebit vt valere poteſt.d.l.j §.cum qui.ff. eo.de cōſti.pec.Item coll.ex text.noſtro.in verbo. cū omnibus, quòd† cum omnibus perſonis poteſt fieri cōſtitutum. 16
Verū hæc vniuerſalitas coërcetur ad perſonas aptas,quia furioſus non poſſet conſtituere, nec ei conſtitui.Sic & alii mēte capti. Item is cui bonis interdictum eſt propter prodigalitatem.arg.l.is cui bonis.ff.de verb.ob.Item pupillus ſine tutore non poteſt cōſtituere,nec ei conſtitui.d.l.j §.ij.ff.de cōſtit.pec.Item mulieres non poſſunt conſtituere pro aliis,ſed tantummodo pro ſeipſis.Sicut enim nō poſſunt eſſe fideiuſſores (mulieres fideiuſſores,appoſitiuè) nec intercedere pro aliis,id eſt,ſeſe obligare.tot.tit.ff.ad ſen.conſul Velleian.ita etiā non poſſunt conſtituere.d.l.j.§.de conſtit.Colligis ergo notabilem doctrinam,quòd quamuis I.C.loquatur & decidat ſub vniuerſali,tamen iſta effuſa vniuerſalitas reſtringitur ad aptas perſonas, & nunquā in iure noſtro tāta vniuerſalis eſt propoſitio,quæ vniuerſaliter omnino intelligatur, quin accipiat reſtrictionem ad homines aptos.ita hic glo.in verb. cum omnibus.& habetis gl.no.in l.promittendo.in prin ff. de iur.do.vbi dicitur, promittēdo dotē, cuiuſcūq; ſint ſexus homines,obligãtur.quæ dictio† quicunq;,vel cuiuſcunque, 18
eſt maximè extēſiua in iure noſtro, tamē nihilominus intelligitur cuiuſcunq; ſexus,de perſonis aptis. & illam gl.Doct.

9 Tenus quibus caſibus iungatur.
10 Pater de iure ciuili pro filio non tenetur.
11 Pater pro filio peculiotenus tenetur.
12 Filiifam. quomodo per creditores peculiares exigantur.
13 Votum filiifam. non valet.
14 Macedo vſurarius.
15 Pater de in rem verſo tenetur.
16 Pauperes aliti ad alimenta tenentur.
17 Filius delinquens patrem non obligat.
18 Noxæ deditio.
19 Exercitoria, Exercitor.
20. Inſtitoria, inſtitor.
21 Libellus in actione de peculio.
22 Monachus ſeruo vel filiofam æquiparatur.
23 Abbas monacho ex pacto non tenetur.

ISTE eſt §. ſatis fœcūdus, vtilis quo ad obliga-
tionem filiorumfa. parū vtilis quo ad ſeruiles
obligationes, niſi accommodemus vel compa-
remus monachos & religioſos ſeruis, tunc po
teſt materia eſſe vtilior: & hoc in fine facie-
mus. Pro euidētia præmittite quid ſit peculiū. Doct. variè dif
finiūt, ſed diffinitionib. legalibus, id eſt, deſcriptionibus. Tu
dic ex mente Iuriſconſulti, quòd † peculiū eſt pecunia. quæ 1
relinquitur filiofa. vel ſeruo, voluntate patris vel domini:
quæ pecunia ſeparata eſt à rationib. paternis & dominicis.
Vnde ſi pater habeat filiū actioſum, negotioſum, induſtriū,
qui negotiari poſsit, huic pater relinquit aut deputat aliquā
ſubſtantiam pecuniæ cum qua negotietur, & iſta pecunia di-
citur veluti patrimonium filii cùm non ſit, ſed quia ſeparata
eſt hæc pecunia à rationibus paternis, pater non cōnumerat
inter ſua bona, ſeparatim habet ſuas rationes, ideo filii veluti
patrimoniū nominatur. Sic & de ſeruis intelligite: quia ſer-
uos eſſe aut fuiſſe aliquando induſtrios, negotiatores, medi-
cos, cantores, magiſtros, nemo eſt qui ignorat: & iſti ſerui ſic
apti, ſic actioſi, nominabātur ordinarii & atriēſes: qui ſerui
in peculio eis à domino conceſſo habuerunt alios ſeruos
qui nominabantur vicarii, qui aliquando vicem tenuerunt
ordinariorum, ſi fortè iſti maiores ſerui eſſent occupati. Et
hoc dicebatur † iuſtū peculium in quo erāt ſerui vicarii. Hoc 2
peculium, vt dicit I.C. in l. peculium. iij. ff. de pecul. naſcitur,
creſcit, moritur, ſicut homo. Nam naſcitur, cum ſeruo cō-

ceditur. Creſcit, cùm augetur induſtria ſerui. Decreſcit, cùm
minuitur, & cùm vicarii ſerui decedunt. Moritur, cùm adimi
tur per dominũ. Iſta ſunt verba I.C. quapropter peculiũ eſt
ius vniuerſale, non eſt certum corpus, ſed quiddam vniuer-
ſum, in hoc peculio quicquid agit vel filius vel ſeruus, egiſſe
intelligitur de voluntate vel patris vel domini, etiamſi pater
vel dominus ignorauerint, etiamſi fuerint inuiti, nolentes,
dummodo peculium non ademerunt: tantum operatur con-
ceſsio peculii ab initio facta: quod eſt magnum fundamen-
tum in hac materia. Secundo præmitto vobis quod ſæpe dixi
in lectionib. & quod eſt ſatis vulgatum, tamen repeti opor-
3 tuit, vt quod conferat ad præſentem materiam, † quadruplex
4 eſſe peculium: † profectitiũ, quod proficiſcitur à patre vel do
mino, quod conceditur filio vel ſeruo. Item aduentitiũ, quod
filio aliundè acquiritur, fortè ex hæreditate materna, vel fra
tris, vel vicini, vel amici, quod poteſt etiã eſſe in ſeruo: hacte
nus quatenus ſeruo aliquid donaretur, vel ſeruus ex ſua in-
duſtria, non ex bonis domini, ex ſuis operis aliqua acquire-
ret. Iſta dicuntur aduentitium peculium, quia non proficiſci
tur ex perſona, vel re aut bonis patris vel domini. In hoc ad-
uentitio peculio iura Digeſtorum ſunt correcta, quia pro-
prietas aduẽtitii peculii pertinet ad filiumfa. etiamſi ſit in ſa-
cris patris, ſolus vſusfru. acquiritur patri, cætera bona filio-
rum patri aliter non acquirũtur. toto titulo. C. de bon. mat.
& tit. C. de bon. quæ libe. Et in his bonis pater eſt legitimus
adminiſtrator. l. cũ oportet. C. de bon. quæ lib. & ita ſeruant
ſtatuta noſtra, quòd filio non datur tutor viuẽte patre. Ter-
5 tium eſt † peculiũ caſtrenſe, quod filiusfam in militia, ob mi
litiam acquirit: de quo habetis titul. per diſcurſum. ff. de ca-
6 ſtren. pecul. Quartum † peculiũ eſt quaſi caſtrenſe, quod ac-
quirit filiusfa. ex ſalario publico, qui ſeruit reipublicæ & ſti-
pendia meretur, hoc ſeruabit tãquam peculium quaſi caſtrẽ-
ſe: ſicut ſi ego eſſem iuuenis qui lego pro repub. ſalariũ eſſet
quaſi caſtrenſe peculium, etiamſi eſſem filiusfam. Item ſacer
dotum emolumenta dicuntur quaſi caſtrenſe peculium. Et
in iſtis duobus vltimis peculiis pater nihil iuris habet, nec in
vſufru. nec proprietatem, quia filiifam. eo loci habentur pro
patribusfam. Circa hoc videte glo. magnam commendatã ab
omnibus, in l. pater qui caſtrenſe. ff. de caſtren. pecul. & gl. ij.

in

in l.cùm oportet.C.de bon.quæ lib.Audiuimus quatuor peculia.quid autem ſi dubitetur † an filiusfamiliâs habeat pe- 7
culium aduentitium vel non habeat? quia patrimonium ſuũ augetur ex induſtria,vel fortunis,multa accedunt,an ſit profectitium an aduẽtitium. Diſtinguite notabiliter,quia ſi iſte filiusfamiliâs ſit ſegnis, nihil ſciat operari(ſicut multi ex iuuenibus inueniuntur)& diues ſit pater, tunc præſumo ex re patris aduenisſe,& eſſe profectitiũ. Sin verò filius ſit actioſus,induſtrius,callens,& qui conſueuerit aliquid operari,& pater ſit pauper,ea quæ accedunt filio præſumuntur eſſe aduentitia.ita eſt gloſ.not.in dicta l.cùm oportet. poſt princ. in verbo,Ex ſubſtantia patris C.de bonis quæ liber Rogo per iouem ſeruate hanc diſtinctionem, quia iam his diebus ita conſului in valde arduo negotio, & parti meæ ex hoc fundamento & ex alijs (Domino dante victoriam) obtinui tria millia florenorum,quòd potenter euici partem aduerſam,quæ erat nimium diues, ſuas diuitias habuiſſe à patre, & non ex induſtria ſua. Tertio præmitto vobis pro euidentia,quòd † filiusfamiliâs etiam ſi ſit ſub manu patris,tamen 8
obligatur ex omni contractu vel quaſi, ex delicto vel quaſi, & tenetur in ſolidum etiam viuente patre,(hoc eſt notandum)& poteſt exigi, conueniri à creditoribus , & condemnari per ſententiam ad ſoluendum.l.tam ex contractibus. ff.de iud.l.filiusfamiliâs.ij.ff.de act.Doct in l.ſi filiusfamiliâs.ij.ff.ſolut.matri . & fiet executio etiam contra filiumfamiliâs , licet nihil habeat quin omnia ſint patris , poſſet tamen detrudi in carceres, niſi cedat bonis : cedendo enim bonis liberabitur.l.penul vbi hoc ſatis tractatur.C.qui bo. ced.poſſ.Quod multo maximè dicendum eſt ſi habeat proprium peculium aduentitium vel caſtrenſe. His ſic pro euidentia præmiſsis,accipiamus §.& dicite in ſumma:Pater & dominus ex perſona filij & ſerui ex peculio tenentur iure prætorio,non ciuili. Coll. ex textu noſtro ibi, Peculio tenus,ſignatam figuram loquendi. Peculio tenus, id eſt, non vltra peculium.Nam iſta dictio † Tenus, ablatiuo ſingula- 9
ri iungitur,& genitiuo plurali, vt docuit Valla. Vnde dicebat Quintil. auriũ tenus verba cognoſcit.Virg .Crurũ tenus hiſpida nanti. & alibi: Crurũ tenus mento palearia pendent. Vnde barbarius eſt dicere, mente tenus,id eſt,nõ vltra mentem.

10 mentem. Secundo coll.ex textu noſtro,quòd † iure ciuili pa ter non tenetur pro filio. Hoc autē memineritis in tota iſta materia,quòd tantummodo ordiemur de filio & patre: hoc enim caſu materia eſt vtilis. Paria tamen, ſeruatis paribus, intelligēda ſunt de domino & ſeruo, ne cogar verba profun dere. Igitur coll. patrē de iure ciuili,vt iam dixi,nō teneri pro filio,hinc oritur iſte tit.in C.ne fil. pro pat.vel pro lib.conuen. Et hoc eſt rigidum & male tornatum, quia nouimus ex vſu quotidiano,quòd pater filijsfam.dat aliquādo puſillam aliquam pecuniariam ſubſtantiā, cum qua negotiētur,quo loco filius ſæpiſsime multum æris alieni conflat:& quomo
11 do † pater non teneretur eo caſu pro filio,vt ita homines deciperentur? Quapropter ſuperuenerat ſalubris magiſtratus prætoris,qui eſt amator æquitatis.l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod certo loco.is ſaltem adiecit moderationis, & induxit quòd patres vſque ad vires peculij, & intra fines eius tenerentur de debitis filiorumfa.quod eſt nota dignum, licet ſit vulgatum in iure,pro mercatoribus qui ſunt filijſamil.& propriam negotiationem exercent. Quomodo autē,vel an poſſint conueniri filijfam.viuente patre vel poſt eius mortē, & qualiter conſulatur creditoribus, res eſt ſatis perplexa: ſed expediemus eam breuibus:& dicite, creditoribus duplici via conſuli,vel reali,vel perſonali. Realis via hæc eſt quæ pecu-
12 lium reſpicit. Nam † creditores ad cōſequēda ſua debita poſ ſunt niti ex peculio,inhærere peculio, & tunc ſi conueniunt patrem,pater tenebitur eis ſatisfacere quatenus,id eſt,quouſque vires peculij patiūtur:ipſe tamē pater primitus & ante omnia deducet ex peculio, id quod ei tenetur filius,ſi fortè mutuauit filio peculiū,vt ex peculio negotietur. Itē deducet pater quicquid tenetur filius alijs fratribus ſub poteſtate pa tris exiſtētibus:quia nō eſt nouū quòd frater fratri mutuet, qui ſi ambo ſunt ſub manu patris,oritur inter eos obligatio naturalis.l.frater à fratre.ff.de cōd.indeb. Itē ſi filius tenetur his qui ſunt ſub tutela vel à cura patrum, hoc etiā deducit pa ter.iſta habentur in l.peculiū.§.in l.ſed ſi damnū.ff de pecul. Quòd ſi creditores tacuerint vſque in mortē filijfamil. qui habet peculium,tunc intra annum vtilem à principio,conti nuum in procurſu,creditores conuenient patrem ſuper debitis peculiaribus,poſt annum nō plus conuenient.tot.tit. ff.quand.

ff.quand.act.de pecul.an.eſt.& hoc ſi pater de peculio cõuenitur. Si autem filiusfamil.conueniretur à creditoribus,tũc poteſt eis ſatisfacere ex peculio, & liberabitur poſteà pater. Quòd ſi poſt mortem patris creditores cõuenerint filium negotiatorem,& is filius ſatisfecerit eis ſupra portionẽ ſuá hæreditariam,tunc famil.erciſcund. iudicio deducet id quod plus expenderat creditoribus peculiaribus, deducet alijs cohæredibus, quia peculiũ iſtius filii negotiatoris poſt mortem patris diuiditur inter alios cohæredes æqualiter,vt meritò iſti alij teneantur fratri in totum ſatisfacienti creditoribus peculiaribus. Hoc pulchrè voluit Iaſon in d.l.frater à fratre.in euidentialibus.Sed in via perſonali,id eſt,cùm creditores non ad peculium reſpiciunt, quia fortè filius non habuit peculium,vel fortè habuit peculium, ſed fuit à patre ademptum,hoc enim poteſt pater ſi ſine dolo malo faciat:cæterùm ſi doloſe faceret in necem creditorũ, hoc nihil valeret, non reciperetur.per l.ſumma cum ratione. ff.de pecul. Hoc loco ſi creditores ſeſe fundant in perſonam filij & non in peculium,& filium ex ſua perſona conueniunt,tunc in vita patris poteſt filius in ſolidum condemnari creditoribus,& niſi ſatisfaciat, in carceres detrudi, niſi cedat bonis, vt ſuprà in tertio euidentiali diximus. Sin verò cõueniatur filiusfamil. ex perſona ſua poſt mortẽ patris, tunc ſi fuerit hęres patris, tenebitur tãquam hæres. Sin verò eſſet exhæredatus,vel ſi ſe abſtinuiſſet filiusfamil. ab hæreditate paterna, tũc tenebitur nihilominus creditoribus,ſed habebit priuilegium competentiæ.id eſt,nõ exigetur in plus quàm cõmodè facere poſſit,vt diximus in tit.de re iud.fa.l.ij.ff.quod cum eo.Ita breuiter habetis,& ſignate hoc quod circa obligationem filiorumfamil.dixi,quomodo à creditoribus cõueniãtur. Quòd autem diximus patrem teneri de peculio ex contractu filij, extendas etiam ad quaſi contractum;vt,ſi filius gerat negotia alicuius abſentis, colat vineam ſuam, vel aliàs alia gerat pro vtilitate abſentis,ſi filius damnum ingerat,tenebitur pater de peculio ipſi abſenti:iſte dicitur quaſi contractus.text. eſt in l.ſi filiusfamiliàs.ff.de negot.geſt. Prædicta quę diximus circa debita peculiaria limitãtur,& primo in voto,quia ſi † filiusfamiliàs vouerit aliquam pecuniam ſacris, dijs im- 13
mortalibus,nec filius tenebitur nec pater.text. elegantè habetis

betis in l.ſi quis rem.§.voto.ff.de pollic. Adeò etiã apud gentiles magna res erat votum, quod in filioſam. non habebat locum. Secundo fallit in pecunia mutuata:quia ſi filius mutuatus ſit pecuniã, non tenebitur ſoluere nec filius nec pater, peculiũ hoc caſu nõ grauabitur. Et hoc inductũ eſt in odiũ
14 † Macedonis vſurarij, qui cùm mutuaret filijsfamil. docuit eos vt parẽtes interficerent, quò ſoluerent pecuniã mutuã.l. j.& per totum tit.ff.ad Senat.conſ.Maced. Quapropter viderint iuuenes qui ſunt filijf.a.ne facilè mutuentur hic & alibi, quia creditores repelluntur exceptione. Dicit tamen Inn. in c.quia pleriq;.de immu.eccl.quòd filius peccat mortaliter ſimul & pater ſi vtãtur ea exceptione cõtra creditores, ſi ſaltẽ ob neceſsitatẽ filij pecunia ſit mutuo accepta:quod eſt notabile dictũ. Et dicit Bart.in l. Macedoniani.C.ad Maced. quòd iſta exceptio nõ habeat locũ contra creditores, ſi filius qui mutuatus eſt, eſſet mercator. Quibus cõſequenter ego inferrem, quòd ſcholares mutuãtes propter libros emẽdos, & propter neceſsitatẽ veſtiũ, quòd non poſſent vti iſta exceptione. Alios caſus videte in d.l. Macedoniani. per Bald.& Doct.in quibus nõ cõpetit hæc exceptio. Tertio limitate materiam noſtrã, ſi filius negotiando in peculio, æs alienũ con-
15 flauerit, quã pecuniã † vertit in rem, id eſt, in vtilitatem patris, quia tunc pater non tenebitur peculio tenus ipſis creditoribus, ſed in ſolidum, in totam ſummam, etiã quę excedat vires peculij. ita habetis tit.ff.de in rem verſo, per totum,& infrà tit.j.quod cum eo.§.prętereà.§ in rem vbi declarat Imperator quando pecunia in rem, id eſt, vtilitatẽ verſa dicatur &c. quia ſi filiusfam. mutuetur pecuniã, vt ſoluat, ſatisfaciat creditoribus patris, quod nos verſurã fieri dicimus, quando creditum ex credito cõflatur: item ſi filiusfam. accipiat pecuniam, vt fulciat, inſtauret ædificia ruinoſa: item vt pro familia paterna frumentũ emat, vel pro alia iuſta neceſsitate, tunc dicitur in rem patris verti. Iſta ſunt pulchra quo ad vtilitatẽ
16 noſtram. Quid ſi † filius aliquis ex pecunia ſua alimentauit filios alicuius inopis tempore cariſtiæ, ne fame perirẽt, iſtis filijs poſtea obueniat hęreditas materna vel aduẽtitia, an poſſit alter qui aluit filios, pecuniã erogatam petere, tanquã in rem filiorũ verſam? Pulchra quęſtio cõuiualis. Bart.in l.his ſolis.ff.de cond.indeb. putat poſſe peti eã pecuniã, ſed relinquit

quit cogitandum. Ego inclinarem in opinionem Bart. & cre
do quòd ſic obtineretur. Quarto limitate quod ſuprà dixi-
mus, ſi pater iuſſerit filium mutuari hanc vel illam pecuniã,
vel cum hoc aut alio cõtrahere, mãdauerit filio, commiſerit
ei, quia tunc pater tenebitur nõ peculio tenus, ſed in ſolidũ
actione prætoria. Quod iuſſu. ff eod. tit. quod iuſſu. per diſ-
curſum. Quinto limitate, ſi locũ habeat tributoria, ita quòd
pater in tributum tanquam quilibet extraneus vocetur, cum
cęteris creditoribus, tunc enim pater non deducet ex peculio
quod ſibi debetur, ſed accipiet partem quæ ei tribuitur in di
uiſione peculij, Vt intelligatis, quia eſt res inſueta: Si filiusfa
mil. negotietur in aliqua merce peculiari ſciente & patiẽte
patre, quia iſta ſcientia patris cum patientia ei adimit priui-
legium præuẽtionis, & vocat eum in tributum, id eſt, in par
tem virilem, quæ eſt æquiſsima actio prætoria. Exẽpli gra-
tia: Filius cùm haberet peculiũ, negotiatus eſt, præcipuè in
lana emenda & vendenda. quod pater ſciuit & paſſus eſt: ego
vendidi ei magnam lanæ quantitatẽ, ita quòd obligatus eſt
mihi in centum: & ſic iſte filius pariter negotiatur cum aliis
creditoribus, cum quolibet in aliqua peculiari merce: hoc lo
co cùm peto à patre centũ pro lana quam vendidi, pater non
poteſt dicere. deducam quod filius mihi debet: quia dico, te
ſciente & patiente filius mecũ cõtraxit, vnde partem accipies
virilem, in tributum vocaberis, diuiſo inter omnes credito-
res peculio quicquid me continget pro rata. totidem & tibi
pro rata obueniet. Hęc dicitur tributoria infrà tit. j. §. intro-
duxit. & ff. tot. tit. de tributor. Sexto limitate in delictis, quia
† filiusfam. pro delicto vel quaſi delicto cõdẽnabitur, pater 17
in nihilũ tenebitur de peculio, ſed aut filius cedet bonis, aut
in carceres detrudetur, vt ſuprà diximus: licet olim alio iure
vterentur, quia ſi filiusfamil. dederat damnum, deliquerat, po
terat dedi pro noxa patiẽti damnum, ita quòd læſus poterat
filiumfam. ducere ſua poteſtate poſt iudiciũ acceptũ, & cum
eo agere pro arbitrio, tanquã cum ſeruo. Hoc viſum eſt du-
rum Imperatoribus in libero corpore in quo aliquãdo pu-
dor periclitatur cùm ductus eſſet in ſeruũ: vnde cum abomi-
nabilem morem ſuſtulit Imperator, infrà tit. j. ad fin. Et hæc
† noxæ deditio durat in ſeruis & in quadrupedibus ſi fortè 18
damnum fecerint, quia poſſunt noxę dedi pro damno facto,
gloſ.

gloſ.magna hic adducit etiam exercitoriam & inſtitoriam,
quæ tamen ſunt actiones impertinentes huc, de quibus habe
19 tis ſpeciales titul.in ff.veteri.Nam† exercitoria datur quan-
do dominus nauis,quem patronũ nominant,præponit ſer-
uum vel filium vel alium hominẽ naui vehendæ, quicquid
à vectoribus,id eſt,qui vehuntur,contrahitur cum præpoſi-
to nauis,eius rei datur actio exercitoria in dominum nauis,
20 qui nominatur exercitor.† Inſtitoria tunc cõpetit cùm do-
minus filium vel ſeruum, vel alium liberum hominẽ præpo
nit certæ negotiationi quæſtuariæ, puta emendis & venden
dis libris:quia iſte qui præponitur,nominatur inſtitor,& de
eo quod cõtrahitur ſecum datur actio inſtitoria. Et iſta ſuf
ficiant quo ad has duas actiones, de quibus videte infrà tit.
21 j. Libellum formabis in actione de peculio : † Domine Iu-
dex,cùm Titius filio ſuo permiſiſſet & conceſsiſſet peculiũ
ad negotiandum cum eo,ego autem contraxi cum eodem fi-
lio,ita quòd eſt mihi obligatus in centum,& verum ſit quod
pater iam teneat, & poſsideat hoc peculium, mortuo fortè
filio,vel aliàs adempto peculio:vnde peto patrem condem-
nari,vt ex dicto peculio mihi ſatisfaciat de centum.Hic libel
lus poteſt conuerti in tributoria actione, vt addatur: Et is
filius contraxit mecum in merce peculiari, puta lanæ vel li-
brorum,ex qua merce mihi obligatur in centum:vnde ſi ha
bet alios creditores filius, peto nos omnes vocari in tribu-
tum,& patrem quoque, & diuiſo inter nos æqualiter pecu-
lio,condemnari patrem mihi vt ſoluat ratam tributi, vt ſol
uat tantum quantum mihi attribuitur. Pro complemento
huius §.noueritis,quòd ea quæ dixi in filijsfamiliâs, locum
etiam habent in ſeruis, cæteris paribus, applicatis applican-
dis. Quo caſu poteſt eſſe vtilitas hodie quo ad monachos
22 negotiatores. Nam† monachus æquiparatur ſeruo vel fi-
liofamiliàs ſecundum quòd vtilius adaptari poteſt, ita dicit
Bal.in l.ſeruus.C.cõmunia de manumiſsionib. Vnde ſi ne-
gotietur monachus permiſſu Abbatis, Abbas tenebitur de
peculio,id eſt,de pecunia ei permiſſa. ita Bal.in l.terminis.
C.quod cum eo.& Ioan.Fab.hic. Et ſicut dominus ſeruo ex
pacto non tenetur.l.interpoſitas:§.j. C.de tranſact. ita &
23 † Abbas monacho ex pacto in nihilum tenebitur, vt Ioan.
Fab.infrà tit.j.§.finali.

Item

§. Item ſi quis poſtul.

1 §. Iuramentum triplex.
2 Iuramentum neceſſarium triplex.
3 Purgatio canonica.
4 Iuramentum iudiciale quomodo præſtetur.
5 Cautela delati iuramenti.
6 Iuramentum dupliciter dicitur voluntarium.
7 Iuramentum delatum referri poteſt.
8 Iuramentum quo tenore præſtandum.
9 Iuramentum delatum in continenti præſtandum.
10 Cautela Zaſii pro actore delato ei iuramento.
11 Cautela Bartoli pro reo delato ei iuramento.
12 Iuramentum litis deciſiuum.
13 Iuramentum acceptatum remitti poteſt.
14 Iuramentum litis deciſiuum dupliciter præſtatur.
15 Iuramentum iudiciale quas actiones producat.
16 Actio in factum ex iuramento producta.
17 Actio vtilis ex iuramento.
18 Iuramentum ad extraneos non extenditur.
19 Periurus vtrum & quomodo puniendus.
20 Stellionatus.
21 Infames, teſtes eſſe non poſſunt.
22 Iurans, ſi ex inaduertentia, vel ſine dolo periurat, aut quia ſoluere non poteſt ad terminum quem iurauit, is nec periurus dicendus eſt, nec infamis.
23 Libellus actionis ex iuramento.
24 Libellus actionis realis ex iuramento.

ACCIPIAMVVS §. Item ſi quis poſtulan-
te. Præmitto pro euidẽtia quãtũ ad præſentia 1
ſatis eſt, † triplicem eſſe ſpeciem iuramẽti. Eſt
enim iuramentũ voluntarium, iudiciale, & ne-
ceſſarium. Iuramentum voluntarium, quod &
nominamus conuentionale, eſt quando extra iudicium ab-
ſente iudice pars parti defert iuramentũ. Vt, ſi iam ad me ve-
niat creditor aliquis & dicat, me ei debere decem, & dico, po
tes iurare? ſi iurat, hoc dicitur iuramentum voluntarium vel
conuentionale: quia ita inter nos conuenerat, ita pacti ſu-
mus, quòd iuramento alterutrius hoc debitum explicare-
tur. Et nominatur etiam iuramentum ex pactione, vt poſ-
ſitis intelligere iura. l. j ad fin. l. iuſiurandum quod ex conuen
tione. ff. de iureiuran. Et ex iſto iuramento voluntario (licet
Docto. non dicant, quantum legi) oritur actio & exceptio,

ſecundum quod iuramentum eſt actio in factum ex iuramẽto.De hoc iuramento nihil ad propoſitum.Aliud eſt iudiciale,quando in iudicio coram iudice & eo approbãte pars parti iuramentum defert, quod eſt farinæ noſtræ, de quo mul-
2 ta in ſequentibus ordine dicemus. Tertium eſt † neceſſariũ, & hoc triplici differentia, quia aliquando defertur à iudice in defectum probationum : in hoc dicitur ſuppletiuũ vel in ſupplementum,de quo nihil ad propoſitum,ſed habetur in l. admonendi.ff.eod.tit. Et dicitur neceſſarium,quia pars parti iurabit aut ſuccumbet iudice deferente. Item eſt iuramentũ neceſſarium quod dicitur iuramentum purgationis,cùm aliquis per iuramentum purgat ſe de cõſcientia,vt in l.præſenti.§.ſanè ſi.C.de his qui ad eccleſ.confu.vbi iurat eccleſiæ cuſtos, purgando ſe quòd nihil occultauerit de bonis & rebus fugientis. Sub hoc iuramento habent Canon.† purgationẽ
3 canonicam:ſed de hoc etiam nihil ad propoſitum. Tertio dicitur iuramentum neceſſarium, quando æſtimatur lis ex affectione iurantis, quod nominatur in litem iuramentum: vt cùm iuſſus reſtituere rem reſiſtit, refragatur,iam actor iurabit in litem,quanti carere nolet ea re,& iurabit ex affectione,æſtimabit rem pro viginti florenis, quæ vix decem valet. Et hoc fit propter contumaciam nolentis reſtituere:qui minora non vult, aliquando maiora dare cogetur. de quo habetis ff.de in litem iurando. nam de hoc iuramento etiam nihil ad præſentia,ſolummodo enim iuramentum iudiciale tractabimus.Hoc præmiſſo,quamuis tex.noſter ſit ſatis breuis,ſic tamen ſummare poteritis.Ex iuramẽti iudicialis præſtatione facta ab alterutro litigantium, actio oritur , in qua ſolummodo iuramẽtum reſpicitur,nec id quod debitum eſt
4 conſideratur. Coll.ex textu noſtro,quòd † iuramentum iudiciale non poterit præſtari,niſi altero ex litigantibus deferente:vnde qui ſe vltrò offerret ad iuramentum , reo inuito, nihil ageret : cæterùm reo volente admitteretur quidem ad iurandum , ſed ex iuramento voluntario , quia ita inter eos conuenerat. Vnde in iuramento iudiciali nihil agitur cum voluntariis iuramẽtis, voluntariis ideò,quoniam nemo de-
5 ferret.Quo loco poteſtis nouiſſe,licet Doct.nõ tangãt,† iuramentũ in materia noſtra poſſe dupliciter dici voluntariũ, aut ex partium cõuentione,de quo ſuprà diximus in euiden.
aut

aut quia eſt vltroneum, vt ita loquar, id eſt, oblatum nemine deferente in iudicio: & tunc licet pro tanto ſit voluntarium, quòd is qui iurat ad delationem, volens iurat, ſed nō dicitur verè voluntariū, imò potiùs vltroneum. Ergo veritas habet, quòd qui ſe vltrò offert, nihil facit, niſi deferatur. Cæterùm ſecundùm Ioan. Fab. hic. † poſſet hoc iuramentū vltroneum 6
aliquid operari, videlicet ſi contra ſe iuraret, quia creditur contra ſe, non pro ſe. l. de ætate. §. qui interrogatus, ff. de interrog. act. Quid autē ſi actor iurare nollet, & iuramentū referret parti reæ, dicens, Nolo iurare, iures tu quòd nihil mihi debeas: hoc loco reus iurare cogitur, aliàs ſuccumbet. Et hoc poteſt etiam dici iuramentum neceſſarium, quia aut iurabis poſtquàm iuramentum tibi eſt relatum, aut ſolues: & ſic poteſt hoc † iuramentum iudiciale deferri vel referri. Is qui in 7
primo offert alteri iuramentum, dicitur detuliſſe: is ſi iurare nolit & offerat iuramētum aduerſario, dicitur retuliſſe: quo caſu ſi actor petat decē à Titio, Titius negat debitū, ſi actor deferat Titio iuramentum, quod iuret nihil debere, reus Titius iam poteſt referre iuramētū actori, imò iurato tu quòd tibi ſim debitor: hoc caſu ſi actor iuramentum relatum non præſtet, eſt in manifeſta turpitudine, & non poteſt recuſare. eſt elegans tex. in l. manifeſtæ. ff. eod. quem tex. iura Codicis moderantur, & latiùs explicant in l. generaliter. §. ſin autem. C. eod de reb. cred. & iureiur. vbi ſuccurrit Imperator actori nolenti iurare propter reuerentiā numinis, ſi habeat iuſtam recuſandi cauſam, vtpote quòd dicat, Nolo tibi iurare tu nebulo, nolo incidere in hanc opinionem, quòd ego obtineam debita mea iurādo, ſed offero me probaturum hoc debitum, Domine Iudex. Iſta eſt iuſta cauſa recuſandi iuramentum relatum, quòd ſolent facere nobiles viri qui difficilè iurant. Et ne per ignorata procedamus, ſciendū eſt quòd † quo teno 8
re defertur iuramentum, eo tenore præſtandū eſt. Vt, ſi defer tur quòd iuret per ſalutem ſuā, nō poteſt iurare per ſalutem filiorū. Si vt per DEVM iures, non rectè iurabis per ſancta. & ita de alijs. Poteſt autē & per creatorem, & per creaturā iurari, & per quamcunq; honeſtam & publicam religionē. Per reprobatas religiones iurari nō poteſt. Hoc eſt quod eleganter dicit Bal. hæreticum non habere per quam religionem iuret. hæc & alia habentur in l. iij. §. fin. cum duabus ll. ſequen.

ff.eo.Et dicit gl.in l.non erit.ff.eod.deriſorium verbũ,quòd ſufficit iurare per Crede mihi,ſicut faciunt monachi.Prętereà coll.tertio,quòd cum † delatum fuerit iuramẽtum per al-
9 terutram partem alteri,hoc iuramentũ eſt in cõtinenti acceptandũ,aliàs ſi differretur receptio iuramẽti, & non acceptaretur,ſi paratus eſſet poſteà iurare ex interuallo, non audiretur,niſi de nouo deferatur.Vnde poſſet deferens antequàm acceptatũ eſt iuramentũ pœnitere,dicere,non tibi plus volo deferre,quia nõ acceptaſti in cõtinenti.eſt elegans text.in l.ſi quis iuſiurandũ.C.de reb.cre.& iureiu.Quid enim ſi intereà quòd non acceptatum ſit iuramentũ,inueniam pleniores probationes cõtra te,quibus probare poſsim debita? Rectè facio ſi me pœniteat delationis,quia à vulgo facilè iuratur.
10 Quapropter do vobis † cautelam quã non habetis in Doct. quòd cùm actor defert iuramẽtum reo,commoneat eum ne facilè iuret,ſed benę deliberet, accipiat terminum ad deliberandum.Ecce ſi reus hoc facit,tunc intereà facultas eſt actori pœnitendi & reuocandi delationem:vnde debet in continenti iurare,vt diximus d.l.non erit.in fi.ff. eod.tit.quo loco Bar.dat etiã cautelam ipſi reo, nos cautelam dedimus actori.Bar.inſtruit † reum quòd cùm defertur ei iuramentum ſu-
11 per re debita,reus autẽ ſit ſubdubius,ſaltẽ circa aliqua acceſſoria,circa qualitates circa circunſtantias,tunc reus nihilominus acceptet in continenti iuramentũ,vt adimatur actori facultas pœnitendi:acceperat autem ſalua deliberatione, dicat,Domine Iudex, paratus ſum iurare,ſed ego circa aliqua acceſſoria aliquantiſper dubito,peto deliberationem.Exempli gratia,vt ſumamus exemplum tex.in d.l.non erit.Ego petij à te Stichum vel equum aut iumẽtum aliquod,defero tibi iuramentum an debeas,an non debeas:tu dicis,Domine Iudex,equus iſte ęſt abſens,eſt iam in bello cõtra Turcas,peto deliberationẽ an equus viuat, vel mortuus ſit,alioquin quo ad ipſum debitum contentus ſum iurare. Ecce tunc recepit iuramentum,& nihilominus deliberat.Hæc ſunt vtilia ſi incidat controuerſia in capitulis pacis,in capitulis tranſactionis,vel pactorum dotalium,vbi ſunt variæ & multæ circunſtantiæ.Si deferatur tibi iuramentum ſuper aliquo capitulo pacis,vel contractus vel tranſactionis,non dices,deliberabo vſque in aliam diem:ſed dic,recipit iuramentum mihi delatum,

tum,ſed ſalua deliberatione,quia in circunſtantijs nonnihil
dubito.Hæc eſt pulcherrima cautela,& ſi vſu veniret eſſet vti
lis.Quarto coll.magnam eſſe authoritatem huius iuramen
ti,quia per hoc lis deciditur:poteſt nominari litis deciſiuũ,
ſicut hic nominat Angel.Ne vos poſteà turbet hoc nomen,
† litis deciſiuum, quaſi alia ſpecies ſit, quia nihil aliud eſt 12
quàm iudiciale per quod lis deciditur, & ita deciditur ac ſi
plenæ probationes præceſsiſſent.hoc eſt quod dicit tex.in d.
l.non erit.§.dato.ibi,Quaſi plenè probatum.& in l.ſed & ſi
poſſeſſori.ibi.Perinde ac ſi probatum eſſet. vnde hoc iura-
mentum habet vim ſententiæ.Poteſt autem hoc † iuramen- 13
tum remitti per actorem poſtquàm acceptatum eſt: vnde ſi
reus dicat ſe paratum iurare,actor ſi remittit,ſicut ſolent fa-
cere boni viri,perinde eſt ac ſi iuramentum interueniſſet.d.
l.non erit.§.fi.cum l.ſeq.ff.eod.Denique & hoc memineris,
quòd ſi actor deferat iuramentum reo,& reus paratus ſit iu-
rare,acceptet iuramentũ,ſi actorem poſt acceptationem pœ
niteat,nihil agitur,vt ſuprà diximus,& habebitur iuramen-
tum pro remiſſo.Iſta ſera pœnitentia actoris, habetur pro
vera remiſsione.d.l.remittit iuſiurandum.ff.eo.tit.Quintò
coll.quòd hoc † iuramẽtum litis deciſiuum duplici differen 14
tia præſtatur,formiter & informiter. Formiter iuratur,quan
do cum cauſa adiecta vel cum expreſsione contractus iura-
tur:vt,iuro te mihi debere fundum ex cauſa venditionis,iuro
te mihi debere decem ex cauſa mutui,iuro te mihi eſſe obli-
gatum in centum ex cauſa ſocietatis:& ita de alijs cõtracti-
bus qui nominantur in delatione & præſtatione iuramenti:
tunc enim dicitur formiter iurari,id eſt,ad formam contra-
ctus,ad formam cauſæ adiectæ. Et ita eleganter hic gloſſ.in
verbo,Deberi.Aliquãdo,vt dixi,iuratur informiter, hoc eſt,
cùm cauſa iuramenti non exprimitur:vt ſi ego decem petam
à Titio,is deferat mihi iuramentum an poſsim iurare mihi
decem deberi,& iuro,hoc eſt informe iuramẽtum,quia non
contrahitur ad aliquam formam vel cauſam contractus: de
hoc iuramento per gloſ.hic in verb.Deberi.† Quæ autem 15
actiones oriuntur ex iſtis iuramẽtis formi & informi? Dici-
te breuiter,quòd ex iuramento formiter præſtito oriantur
duæ actiones.Vna ſcilicet † actio in factum ex iuramẽto in 16
qua medium cõcludendi eſt,Quia ad tuam delationẽ iuraui,

vnde peto &c. Hoc loco ſolum ſacramentum verſat vtrãque paginã, id eſt, principaliter cõſideratur, ſicut eſt in omnibus in factum actionibus, in quib. non eſt aliud medium concludendi, quàm ipſum factum: vt, quia hoc factũ eſt, quia tu hoc feciſti, quia illi hoc fecerunt, vnde peto &c. Et hanc doctrinã ſeruabitis in toto iure ciuili, vbicũq; inſurgit actio in factũ. De iſta actione in factum Ioã. Fab. hîc plura tractat, ſed hæc
17 ſufficiãt. Altera eſt † actio vtilis ex cõtractu, quæ datur iuranti, in qua medium concludendi eſt contractus: quia dicet iurans, Peto fundum à Titio, quẽ ab eo emi, ſicuti de hoc iuraui, ipſo hoc deferente. Iſta dicitur vtilis ex contractu. Et licet cauſa pręcipua concludendi ſit ipſum iuramẽtum, quia ſine iuramento non crederetur interueniſſe contractus, tamen quia hoc præſtitum eſt propter cõtractum qui præſumitur interueniſſe ex præſtatione iuramẽti, vnde hæc actio ſcilicet vtilis ex contractu competit, quæ tamen verè competit ex ſacramẽto, quod eſt ſatis mirabile. In hac actione ſunt duę cauſæ quaſi æquè principales, ſcilicet iuramentũ, & quia cõtractus prę ſumitur, cùm iuramentũ habeatur pro veritate: quapropter rectè cõcluditur, Peto, quia emi, & idipſum iuramẽto præſtiti. Hæc actio dicitur vtilis ex cõtractu, quaſi ex ipſis medullis. Sed ex iuramento informiter præſtito vna tantùm oritur actio, videlicet actio in factũ ex iuramẽto: & idipſum neceſſe eſt. Quomodo enim daretur vtilis actio ex cõtractu, vbi nullus cõtractus eſt expreſſus? Iurauit enim actor informiter ſibi decem deberi, ſibi fundũ deberi, &c. Vnde relinquitur ex neceſſitate vna tantũ actio, ſcilicet actio in factũ, quia iuraui &c. Et ſi diceres, Nónne hoc iuramẽtũ informe datur ſaltem ex quaſi cõtractu, ſcilicet delationis & præſtationis? Nam reus deferendo iuramentũ actori, & actor acceptãdo, nónne dicũtur ſaltẽ quaſi cõtraxiſſe? vt ita poſſet oriri actio vtilis ex iſto quaſi contractu: quod quidã putauerunt, dãtes etiam hoc loco duas actiones. Sed hoc nihil eſt: iſte quaſi contractus deferentis & acceptantis ex medullis iuramenti fluit, & in ipſum iuramentum reuoluitur, vt ſic omnia habeantur tantùm pro iuramento, & nihil ſeparatum ſit à iuramento, ſicuti quando contractus extrinſeci exprimuntur. Quid autem, an iſtæ actiones ſint natiuæ vel datiuæ? Poſſet prætendi, quòd quando formiter eſt iuratum, quòd actio orta

eſſet natiua, id eſt, nata ex cõtractu, ſaltem præſumpto: quod poteſt verum eſſe quo ad partum imperfectum: ſed quia prætor ex iuramento dat actionem, ita quòd præcipua cauſa eſt iuramentum, vnde diceris rectè iſtas actiones eſſe datiuas, quaſi datas per prætorẽ, qui ſpiraculum vitæ infudit huic iuramento, quę multo maximè procedunt in actione in factũ. At actiones natiuas & datiuas ſatis declaraui in §. omnium. ſuprà eod vnde hic tranſeo: licet Doct. hic diſceptent an ſint natiuæ. Tu audacter tenebis eas eſſe datiuas, per verba Impe. hic cũ dicit: Prætor iuſtiſsimè accommodat &c. Verum eſt, videntur naſci ex cõtractibus, ſed hoc ſolum præſumptiuè, quia contractus in veritate nullus apparet, niſi quòd iuramẽtum habetur pro veritate. Hoc quoque penè prætereram, quòd ex iuramento formiter dato, non ſolùm oritur actori contra reum actio vtilis ex contractu, ſed etiam in caſu ſuo ipſi reo actio contra actorem competet. Exempli gratia. Actor iurauit deferente reo, ſe emiſſe fundum, iam actor habet actionem, vt diximus. At vice verſa reus poterit agere contra actorem ad pretium: Quia tu iuraſti te emiſſe fundum à me, & pretium non ſoluiſti, vnde fundum non tradã niſi ſoluas pretium. arg. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. In quo ſic diſtingue: Aut actor iurauit ſe pro centũ emiſſe hunc fundũ, & pretium ſoluiſſe, & tunc reus non aget ad pretium: aut ipſe iurauit tantum emiſſe fundum, de pretio tacet, & tunc tenebitur actor ipſi reo de pretio. text. eſt ad literam in l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. vbi dicit glo. fina. in verb teneri. mirabile eſſe quòd ex iuramento ſimplici oriatur nexus vltrò & citrò obligatorius. Et quamuis vulgò dicatur, iuramentum habere executionem paratam, ita Bart. in l. ij ad fi. ff. eo. & habuiſtis in l. poſt rem. ff. de re iud. tamen hoc caſu, ſi rectè ſentio, non habebit executionem paratam actor cõtra reum, cùm actor iurauit emptum eſſe fundum & de pretio tacuit. Seruate hoc diligenter, fratres. Nam ſi actor pergat exequi vim iuramenti vt tradatur ei fundus, reus poterit ſe opponere executioni donec pretium ſoluatur. Et licet Bartolus contrarium tenuerit in d. l. ij. & Specul. in titul. de execut. ſenten. §. j. videlicet quòd reus non audiatur volens impedire executionem, ego tamen intrepidè contrarium dico per dictum §. offerri. & per d. §. ſi quis iurauerit. & ita dicitur etiam Bald. tenere

contra Bart.in l.peremptorias.C.ſenten.reſcind.non poſſe. Et hæc de iuramēto in actionib.perſonalib.ex perſona acto ris. Quid autē de iuramento in actione reali? Finge: Actor petiit a Titio fundum quē poſſedit, & petit eum ſibi reſtitui: reus defert iuramentum actori,an poſsit iurare fundum eſſe ſuum? Actor iurat,quæ actio naſcitur ex hoc iuramento, an etiam diſtinguatur de iuramento formi vel informi? Exemplum,vt intelligatis,quia res eſt difficilis. Actor petiit à Titio ſibi reſtitui fundum qui ſuus eſt ex cauſa empti:hoc diceretur forme iuramentū, quia contractus eſſet expreſſus, etſi cauſa nō exprimeretur:quia ſi ſimpliciter diceret actor,peto fundum qui meus eſt,hoc diceretur informe iuramentū: an ſic diſtinguamus in actionib realibus, ſicut in perſonalib.diſtinximus? Doct.hic ſcribentes communiter tenent nō eſſe ſic diſtinguendum,ſed ſufficere ſi præſtet actor iuramentum quòd fundus ſuus eſt,nec curandū ex qua cauſa ſuus ſit,ſicut curatur in perſonalibus. Vnde cōmunis opinio eſt quòd in actionib.realib.ſi præſtitū ſit iuramentū per actorem, oriatur actio vtilis in rem ex ſacramento, id quod eleganter hic voluit gl.communiter approbata,in verb.deberi. Vnde poſtquàm iurauit actor rem eſſe ſuam,habebit actionem contra reum vtilem in rem ipſam perſequendam occaſione iuramēti. Et non eſt cura ſiue dicat,fundus meus eſt, quia emi,quia donatus mihi eſt, quia legatus mihi eſt &c. ſuperuacaneum eſt iſta exprimere,quia omnis cauſa dominii eo ipſo cēſetur expreſſa,quod iurauit vel dixit rem eſſe ſuam. Cùm dico rem eſſe meam, tacitè complector & comprehendo omnem illā cauſam ex qua mea eſt.l.& an eadem.§.actiones.ff.de excep. rei iud.quod in perſonalib. nō eſt,quia res eadem poteſt mihi deberi ex multis cauſis,at non poteſt eſſe mea niſi ex vna.d.§. actiones. Ergo in perſonalibus pulchrum eſt cauſas debiti exprimere in iuramento,in realibus nihil neceſſe, quia omnia dixit,qui dixit vel iurauit rem eſſe ſuā. Hæc actio realis,quæ datur iuranti poſt iuramentum præſtitū,competit ſoli petitori & ſuis hæredib.contra reum contra quem eſt iuratum, vel eius hæredem. Ceterū hoc iuramentum non extenditur ad extraneos: quia ſi reſtituiſſet reus fundū poſt iuramentū ipſi actori,& actor cecidiſſet à poſſeſsione, iterum amiſiſſet poſſeſsionem quæ veniret ad tertiā perſonam, is actor non

poſſet

poſſet ſe iuuare per iuramentū quo paulò antè iurauit rem eſſe ſuam, quia iuramētum non extenditur extra litigātes ad alios. gl. & Doct. in l. eum qui. §. ſi petenti. ff. de publicia. & faciunt etiam iura ſequentia, quia hoc eſt perpetuum & mente tenendum quòd iuramentum non extenditur extra perſonas litigantes, quantumcunque habeatur pro veritate, quia iſta præſumpta veritas concluditur intra fines litigantiū. Et hæc ex perſona actoris in realibus. Cæterùm in perſona rei, quid hoc iuramentum operatur? quam defenſionem ei parit, ſi forte deferente actore reus iurauit? Et certè in perſonalibus actionibus paratur reo exceptio, quia non eget vlla actione, vnde ſufficit ei exceptio. Exemplum: Cùm Titius petiſſet decem ei debita à reo, reus deferēte actore iurauit ſe nihil debere, ex hoc iuramento nulla ei naſcitur actio, ſcilicet quia nō egeat, ſed habet exceptionem. Quandocunque actor deinde denuò eſſet petiturus decem, reus exciperet & defenderet ſe iuramento quod præſtitit. Verum in realibus, cùm conueniatur aliquis actione reali, & ille reus iurat, hîc diſtinguimus, quia aut reus deferente actore iurat eam rē non eſſe actoris. Exemplum: Cùm actor petit fundum ſuburbanum quē Titius poſsideat, Titius è diuerſo dicit hunc fundum non eſſe actoris, & hoc iurat ad delationē actoris, Potes iurare quòd non ſis debitor meus? poſſum: hoc loco reus nullam habet actionem ex iſto iuramento, ſed paratur ei exceptio contra petitorem, quandiu poſsidet fundum. Vnde quandocunque veniat petitor fundum denuò petiturus à Titio, Titius excipiendo dicet, iuraui fundum non eſſe tuū. Si autem Titius à poſſeſsione cadat (id quod facilè vſu venit, vt ſæpe à me audiuiſtis) & redeat ad petitorem, is reus non habebit actionē contra petitorem, non poteſt ſe iuuare iuramento: quia non conſequitur, iuraui fundum non eſſe tuum, ergo inſuper iuraui meum eſſe: quapropter reus hoc caſu omni auxilio deſtituitur, & tenebit actor fundum, non tanquam dominus (hoc enim non iurauit) ſed tanquam quilibet poſſeſſor. Cæterùm ſi reus in tali caſu prædicto impetitus ab actore ad reſtituēdum fundum, iuraſſet fundum ſuum rei eſſe deferente actore. Exemplum: Cùm actor petit ſibi reſtitui fundum à Titio, Titius dicit, nō frater, caper ille meus erat, fundus eſt meus, poteris hoc iurare? poſſum & iurat: ex hoc iuramento, ſi reus

forte excideret à poſſeſsione, quæ reuerteretur ad actorem, hoc loco reus habebit actionem in factum ex iuramento cõtra actorem & eius hæredem, cõtra alios tertios ad quos perueniret poſſeſsio nihil actionis habebit, etiã ſi decies millies iuraſſet fundum ſuũ eſſe. Hæc per ordinem habentur in l. nã poſtea. §. fi. cum l. ſeq. & in l. ſed & ſi poſſeſſori poſt princ. ff. eo. tit. Et hoc ſeruate, quia eſt aliquãtiſper obſcurũ, mirabile

18 & pulchrũ, quòd hoc † iuramentum quamlibet pro veritate habeatur, extra fines exulare non poteſt. Et rectè dicetur cõfinatum, vocabulo barbaro, id eſt, iuridico: ſed pulchra tranſlatione dicemus iuramentum eſſe confinatum. Vidimus nũc quæ actiones parentur ex iuramento formi vel informi, in perſonalibus & realibus: hic incidit pulchra & conuiualis dubitatio, quæ per Ioan. And. hic mouetur. Quid ſi pars parti non deferat iuramentũ, ſed diceret, aſsigno vel pono in tuam conſciẽtiam, in tuam fidem, ſi poteſt ſeruare per conſcientiã vel per fidem, quòd mihi non ſis debitor. Alter dicit per conſcientiam ego tibi nihil teneor, per fidem ego nihil tibi ſum obligatus, an etiam parentur iſtæ actiones & exceptiones, de quibus dudum diximus? quid vos diceretis? Et poſſet videri quòd iſta fides vel nexus conſcientiæ ſatis operetur, quia inter iuramentum & ſimplicem loquelam Dominus non facit differentiam. c. & ſi Chriſtus. de iureiur. Ioan. Fab. eleganter contrarium decidit, videlicet quòd ex huiuſmodi nexibus, ex huiuſmodi acceptationibus, nulla oriatur actio tanquam ex iuramento, quia hoc nullibi reperitur in iure ciuili. Et noſtrũ non eſt extẽdere pro ſtomacho caſus in iure deciſos ita impertinenter ad non deciſos. allegat l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & quia prætor dedit authoritatem iuramẽto, non ſunt extendenda edicta prætoris ad huiuſmodi caſus extraneos. Hoc videri poteſt ſatis probabile. Sed Iaſon elegantius tenet contrarium videlicet, quòd imò poſt acceptationem conſcientiæ vel fidei eædem actiones oriantur & acceptiones, quas in iuramento diximus. Mouetur inter alia bona ratione, cui vix contradici poteſt. Nam ſi pars deferens iuramẽtum poteſt remittere iuramentum aduerſario ne iuret, & iſta remiſsio habetur loco iuramenti, dicta l. non erit. & d. l. remittit. ff. eodem tit. quanto fortius poteſt deferens ſtare conſcientiæ vel fidei aduerſarii? Si remiſsio ſimplici verbo

facta

facta operatur has actiones, quid mirum ſi exhibitio conſcientiæ & fidei, quæ habet maius vinculũ quàm ſimplex loquela, hoc idem operetur? Et hoc mihi placet. Pro cõplemento materiæ noſtræ ſcire debetis, quòd iuramentum litis deciſiuum vſqueadeò prædominatur, quòd ſi etiam compertum eſſet partem litigantẽ peieraſſe, tamen adhuc iuramẽto ſtabitur, quod habet vim trãſactionis. Vnde dicit I.C. ſtari oportere religioni, in l. quòd ſi deferente. ff. de dol. Et hoc in præſentia gl. fin. pulchrè attigit. Vnde incidit hic dubitatio, † an 19
nihilominus extra ordinem, ſaluo vinculo iuramẽti, poſsit puniri periurus, vt nihilominus ſtetur iuramento, ſed homo nequam puniatur de periurio? Habetis duo iura contraria. l. ij. C. de reb. cred, & iureiur. vbi dicit Imp. periurũ eſſe relinquendum vltioni diuinæ, nec caſtigandum per imperatorẽ vel per iudicem. E regione dicit text. in l. ſi duo. §. fin. ff. eod. quòd periurus in caſibus noſtris fuſtibus caſtigabitur, qui iurauit per genium principis, & debet ei dici: Importune ne iurato. Quid dicemus ad iſta contraria? Imperator relinquit periurum vltioni diuinæ, ius Digeſtorum ſubijcit eum fuſtium caſtigationi. Bald. & Salic. in d. l. ij. nimiũ quàm diffuſè ſe extendunt cum mæandris diſtinctionum. Dicite breuiter & pulchrè: Aliquando iuratur per membra Chriſti illicitè, ſicut fit in blaſphemijs, vbi illicitè & contumelioſe imò abominabiliter, & vt Bald. voluit, hæreticè vſurpantur membra Chriſti, & nihil in Chriſto intactum relinquitur: hoc loco iurans, ſi ex conſuetudine faciat, decapitari debet. text. in Authen. vt non luxur. contra nat. & c. §. j. & fin. coll. ſexta. Vtinam hoc ſeruaretur, maior nobis appeteret tranquillitas. Binus autem aut trinus actus non faciunt conſuetudinẽ, vt Pet. Cyn. Bal. Salic. & Doct. in d. l. ij. Cæterùm ſi temerariè, vel ex nimio feruore, aut ex inaduertenti vſu iſta contingerent, tunc iurans eſt extra ordinem puniendus, & non decapitandus, debet poni ad catenam, dicunt Doct. argum. l. vnic. C. ſi quis Imper. maled. Et hoc de iuramento per membra Chriſti illicitè. Si autem iuraretur licito modo per ſuperiorem, vel per membra Chriſti, vel per Euangelia, vel per aliud ſimile, & iurans peieraret. cõuinceretur periuraſſe: hic eſt diſtinguendum, quia aut ſibi, id eſt, contra ſe iuraret, ſoli Deo, videlicet nõ comedere carnes, vel iurat nolle doctorari
vel

vel iurat ſe nolle ferre patrocinium cuiquam,vel iurat ſe noſ le fideiubere,etiam in caſu neceſsitatis extremo,& iurãs non ſeruare talia,non eſt puniendus vt periurus,ſed relinquẽdus vltioni diuinæ.& ita procedit d.l.ij.Sibi enim nocuit & non alteri.In meme qui adſum conuertite ferrum.Si autem iura ret aliquis in damnum proximi , quod iuramentum alteri damnum afferret,diſtinguite:Aut hoc damnum erat de præ terito vel præſenti,& tunc periurus,ſi concurrat dolus,quod
20 regulariter fit,puniretur crimine † ſtellionatus (eſt crimen extraordinarium,& plerunq; eſt pœna exilij) l.de periurio. ff.eo.de crim.ſtell.vbi quidam iurauit rẽ ſuam eſſe liberam, & fuit tamen pignorata,punitur, quòd ad tempus exulet. Et hoc caſu,licet Doct. non dicant probabile eſt quòd periurus circa iuramentum litis deciſiuum,comperto periurio punia tur aliqua pœna extraordinaria,& nihilominus iuramẽtum maneat ratum,vt diximus.Et ſic potes intelligere d.l. quòd ſi deferente. ff.de dol.mal.Et hoc ſeruat conſuetudo videlicet circa pœnam extraordinariam. Sed quòd pœna corporali periurus puniatur,hoc nõ reperitur iure ſcripto,ſed eſt vſur patum per laicos,& fortaſſe non ſine ratione.Iſta non dicun tur à Doct.quia quoties multis graſſantibus exemplo opus eſt,pœna poſſunt augeri,dicit Iureconſultus in l.aut facta.in fi.ff.de pœn.Et poteſt defendi quòd aliquando periuro am- putatur lingua,aliquando inuritur ſtigmate in faciem:quæ licet non ſint recepta iure ſcripto,coërcenda tamẽ ſunt graſ ſantium facinora.Aut hoc iuramentum reſpicit obſeruatio- nem rei futurę,vt cùm quis iurat ſe obſeruaturũ tranſactio- nem factam,daturum ſe id quod trãſactione cauetur,hoc lo co ſi periurat,ſi non ſeruat iuramentum, cadet in pœnas l.ſi quis maior.C.de trãſact.& efficitur infamis infamia iuris,vt ibidem latè habetis. In ſumma, omnes periuri,ſi concurrat
21 dolus vel verſutia,ſunt † infames,& arcentur à teſtimonio, non poſſunt eſſe teſtes.c.teſtimonium.extrà de teſtib.de hoc habetis gloſ.magiſtram, & fortè non meliorem in iure,in l. Lucius.ad fi.ff.de his qui not.infam.Hoc quoq; non eſt præ
22 tereundum,quòd ſi aliquis † periurat,ſed ſine dolo , fortè ex inaduertentia, vel fortè quia non poteſt ſoluere ad termi- num quem iurauit,hi nec periuri dicendi ſunt nec infames: quod dicit Bal.quodam loco,qui mihi iam excidit.Et eſt no

tabile

tabile verbũ pro ſimplicibus laicis & pro inopibus. Sic etiã qui ex iuſta cauſa iuramentum non ſeruat, non eſt periurus, & non ſolum excuſabitur, ſed laudatur etiam. Vt, ſi quis iuraſſet ſe ſtaturũ iudicio in aliquem locum, & interea ingrueret peſtis, rectè facit ſi non cõparet neglecto iuramento. eſt elegans text. in l. qui iurato. ff. qui ſatiſd. cog. In Vniuerſitate Tubingenſi, quo tẽpore maximè graſſabatur peſtis, fuimus multi arreſtati per iuramẽtũ vt ſolueremus creditores: & quamuis Doctor ordinarius iuris Canonici dixiſſet nos nõ aſtringi hoc iuramẽto, mãſimus tamen quouſq; creditores ſoluerẽtur. Iſta ſunt temperatè accipiẽda, ne detur anſa deludendi creditores. Sed ius hoc dicit. Explicatis his quæ cõmoda fuere quo ad hunc titulum, videamus practicam. Et formabis libellum, primo quãdo formiter eſt iuratũ: †Domine Iudex, quamuis aliàs petiſſem equũ à Titio corã ſuo iudice, quem ab eo emeram, & ego ad delationem eiuſdem Titij iuraſſem me emiſſe, iudice approbante, quo caſu ipſe fuit & eſt obligatus equum emptum mihi tradere (actione vtili ex contractu) tenore huius inſtrumenti, quod ego coram vobis exhibeo, ipſe tamen Titius ſæpe à me commonitus vt equum traderet, diſtulit & differt, recuſauit & recuſat, in animæ ſuæ periculum, & damnum meum non mediocre. Vnde peto per ſententiam veſtram diffinitiuam eum cõdemnari, & condemnatum compelli vt equum mihi tradat realiter & cum effectu, vnà cum refuſione expenſarũ &c. adiectis alijs clauſulis ſolitis & cõſuetis. Et ſi petatur actione ex contractu propter iuramentum, fundum aliquem tradi, quem actor emerit, tunc debet addi in libello: Peto mihi fundum tradi tanquam emptum, vnà cum fructibus à tẽpore moræ per reum perceptis, vel qui percipi potuerunt. Per hanc formam poteſt ſumi exemplũ ad omnes formas vbi formiter, id eſt, ex cauſa adiecta, iuratũ eſt. Libellus verò in iuramento informi, cùm informiter iuratum eſt, eodẽ modo formari poteſt ſicut ſuperior libellus, tantummodo cauſa nõ adiecta, contractu non expreſſo: vt dicatur, Cùm peterem decem à Titio, & ad delationem ipſius iuraſſem mihi deberi &c. Sequentia per te formabis. Libellus in actione reali ſic formatur, †Domine iudex, cùm aliàs præteritis temporibus petiſſem à Titio fundũ qaem detinet, petiſſem eum reſtitui mihi 24
tanquam

tanquam meum,& ad delationem eius iuraſſem meum eſſe, iudice approbãte,quo caſu fundus debebat mihi reſtitui,tenore inſtrumenti quod hîc exhibeo,nihilominus reus ſæpe per me cõmonitus & requiſitus,fundum meum mihi reſtituere diſtulit & differt,recuſauit & recuſat:vnde peto per ſententiam veſtram diffinitiuã me declarari dominũ eiuſdem fundi,& inſuper ex officio veſtro quod humiliter imploro, reum compelli(non dico condemnari) vt fundum meũ mihi reſtituat vnà cum fructibus à tempore litis cõteſtationis perceptis,& qui percipi potuerunt &c. In hoc libello aduertendum eſt,quòd ſiue formiter iuratum ſit, ſiue informiter, ſemper competit eadem actio vtilis in rem, vt nuper diximus.At nos poſuimus exemplum de iuramẽto informi,puta,iuraui meum eſſe,hîc non adiicitur aliqua cauſa.Idem autem eſſet ſi actor iuraſſet formiter, ſcilicet fundum ſuũ eſſe ex cauſa emptionis,ex cauſa donationis, ex cauſa dotis,ex cauſa legati &c.quia libellus in illo variat,ſemper dabitur actio vtilis in rem. Quæ autem ſit vtilitas in actione reali, non ſolùm cauſam dominij proximam, ſed etiam cauſam contractus remotam in libello inſerere, dixi ſuprà in §.omnium.propterea hic non repeto.

§. Pœnales.

1 Pœnales actiones triplices.
2 Intereſſe quando in reo pœnale.
3 Pœnali actione qui teneantur.
4 Pœnales actiones & rei perſecutoriæ differunt.
5 Penè.
6 Liptote figura.
7 Fortè.
8 Album prætoris Romæ quid fuerit.
9 Album prætoris triplex.
10 Albi prætoris corrupti pœna.
11 Plures ſimul delinquentes quomodo teneantur.
12 Pœna per vnum ſoluta,an alterum liberet.& num.29.
13 Vniuerſitas & communitas delinquens quomodò puniatur.
14 Pœna cui applicetur.
15 Argumentum à contrario ſenſu.
16 Actio popularis quæ.
17 Libellus albi corrupti.
18 Parentes in ius vocari non poſſunt.

19 Filius

19 Filius quos complectatur.
20 Parentes quomodo intelligantur.
21 Exorbitantia quando extenſionem recipiant.
22 Vitricus, nouerca &c. an in ius vocari poſsint.
23 Præceptor an in ius vocari poſsit.
24 Pater ſpiritualis an in ius vocari poſsit.
25 Libertus quomodo patronum in ius vocet.
26 Vaſallus quomodo dominum in ius vocet.
27 Vi eximere neminem licet.
28 Iuramentum in litem quid reſpiciat.
30 Iniuſtè factum iuſtè irritatur.
31 Incarceratus non eſt vi eximendus.
32 Cardinales condemnatum à ſupplicio liberant.
33 Occultans alteri debitores ſuos quomodo ei teneatur.
34 Vocatus ad iudicium aliquando vi eximi poteſt.
35 Caſtra prædatoria.
36 Titul. Ne quis eum qui &c. &, De eo per quem fact. &c. quibus differant.
37 Pœnalium practica.

RECTE iam ſequitur iſte §. quia cùm ſuprà Imperator dixerit de actionibus prætorijs, quæ ſunt rei perſecutoriæ, vt in §. in perſonã. ſuprà eodem, vbi dixit de conſtituta pecunia, de peculio, & de iuraměti actione, quæ omnes ſunt rei perſecutoriæ, rectè ergo nunc ſequuntur actiones pœnales prætoriæ, & quæ ſit differentia inter rei perſecutorias & pœnales: quia rei perſecutoriæ perſequuntur rem debitam, in qua tenetur reus, & quam petit actor. Et appellatio rei ibi ſpecialiter accipitur, tantummodo pro re debita ex contractu vel negotio. Vt, cùm actor vendicat fundum ſuum, iam perſequitur rem. Cùm actor petit decẽ à reo, petit fundũ à reo, actione perſonali, ecce hæc eſt rei perſecutoria, vt ita rem coërceamus ad debitum vel quaſi. Sed pœnales actiones, quas prętor introduxit, dicuntur ideo, quia res nõ petitur tanquã principale debitum, ſed tanquam pœna. Verum eſt, pœna eſt etiam res, quia rei vocabulũ eſt extentiſsimum l. rei appellatione. infrà de verb. ſig. tamen eſt res incidens, & nõ principaliter in cõtractu vel negotio verſata. Et ſic diſſoluitur hoc obiectũ cùm dicitur, Nõne pœnales actiones etiam perſequuntur rem, id eſt, pœnam? pœna etiam eſt res, cur ergo etiam non dicitur rei perſecutoria? Ecce iam

differentiam audiuiſtis,quia rei perſecutoria rem principa-
liter debitã perſequitur, ſed pœnalis actio non ita rem prin
cipaliter deb.tam,ſed ex quodam accidenti,ex quodam euen
tu,quia euenit vt petatur res, de qua non fuerat cogitatũ in
principali negotio:aliquando tamen fit quòd actor pœnam
petit,quæ ei non eſt pœna.Quod vt intelligatis,quantum ad
1 præſentia ſatis eſt,in † pœnalibus actionibus prætorijs pœ-
na tripliciter petitur.Aliquãdo actor petit pœnã à reo,cùm
tamen actori nihil deſit(& aduertite diligenter)quo ad prin
cipale negotium.& reo nihil adſit qui debet pœnam perſol-
uere:nullum ex hoc cõmodum ſenſit, & tamen cogitur pœ-
nã ſoluere.Vnde ſi excipiẽdo diceret: Actor, tu habes quod
tuum eſt,fideliter tibi reddidi,cur ergo à me pœnã petis, in
qua nihil commodi ſenſi?Exemplũ eſt in furto.Actor perſe
quitur furtum condictione furtiua,ſi vult,quam condictio-
nem etiã ſacerdos inſtituere poſſet,quia non eſt, criminalis,
eſt rei perſecutoria.Condicere furtum à fure,id eſt, actione
perſonali petere,eſt petere rem actione rei perſecutoria, &
nõ famoſa.Iſte actor iam rem ſuam cõſequitur,fur reſtituit
ei furtum, iam actori nihil abeſt, adhuc poteſt petere pœnã
dupli vel quadrupli, ſecundum quòd furtum fuit manifeſtũ
vel non manifeſtum. In iſta pœna dupli vel quadrupli reo
nihil adeſt,& tamen cogitur pœnã pendere. Hic eſt primus
modus in pœnali actione,quãdo actor rem ſibi debitã con-
ſecutus eſt,& nihilominus ſuper pœna contra reum experi
tur.Hoc eſt quod dicimus,cùm actori nihil abeſt,& reo ni-
hil adeſt.In hunc primũ modũ reducit hîc Ioan.Fab.caſum
calumniatoris:quia iſte qui calumniatur, & ſubordinat ali-
quem qui per calumniam accuſationem inſtituat mihi, vel
aliquis homo malignus & inimicus pecunia alicui nebulo-
ni expoſita,ſubordinat vt mihi fiat negotiũ, vt ego inquie-
ter,iam iſte nebulo pecuniã quam accepit vt me calũnietur,
tenetur mihi reſtituere in quadruplo, in primo anno deli-
cti.Ecce vt hîc pulchrè Io.Fab.aduerterat:ego,contra quem
fuit calumnia conficta,iſtam pecuniã quam nebulo recepit,
petere ab eo poſſum actione de calũniatoribus:quam ſi con
ſequor,nihil mihi abeſt, nihilominus poſſum poſtea petere
quadruplũ in primo anno, & ſic peto quod mihi non abeſt,
& reo nõ adeſt.Secũdus modus in iſtis pœnalibus eſt quãdo
actor

actori nihil abeſt, ſed reo adeſt: actor habet quod priùs habuit, non paſſus eſt damnum ex calumnia, & ſic actori nihil abeſt, tamē reo adeſt quia habet pecuniā occaſione calūniæ acceptam, hanc mihi poſt primū annū in ſimplum, id eſt, id quod accepit vt calumnietur, reſtituere cogitur. Et ſic actori nihil aberat, ſed reo aderat. Ita procedit totus tit. ff. de calumniat. Et dicunt Doct. quòd non temere aliud exemplum in hoc ſecundo modo pœnali inuenias, quòd actori nihil abſit, adſit tamen reo. Ex quo habes diligenter colligere, quòd pœna ex calumnia debita poteſt cadere in primum modum pœnalis actionis, quando petitur quadruplum in primo anno: & poteſt cadere in ſecundum modum pœnalis actionis, quādo ſimplum petitur poſt annum. Tertius modus, quando actori abeſt, & reo nihil adeſt: quando actor habet rei perſecutoriam, & tamen reus nihil recepit, quod ad pœnam attineret: reus poſſet cauſari quòd innocenter vrgetur ſoluendo quod non percepiſſet. Exemplum: Titius me violenter ex domo vel ex fundo aliquo expulit, iam mihi datur actio contra violentum inuaſorem, vt fundum mihi vel domum reſtituat. Ex hoc fundo vel domo amiſi inter depredationē certas res, quæ non peruenerunt ad inuaſorem: inuaſor inuaſerat domum meam vel fundum, alij (vt fit) intruſerunt ſe vt auferrent ſuppellectilia, inſtrumēta, iumenta, vel alia quę erant in fundo vel domo. Ecce iam habeo rei perſecutoriā contra inuaſorem vt reſtituat mihi fundum abreptū, & nihilominus datur mihi actio pœnalis contra eundem inuaſorem, vt reſtituat mihi ſingula per alios abrepta. Hîc mihi abeſt, & reo nihil adeſt. In hunc tertium modū venit l. Aquilia: vt ſi quis mihi ſeruum interficiat, iſte tenebitur l. Aquilia ad ſerui æſtimationem, & vltrà pro pœna tenebitur mihi ad æſtimationem quanti plurimi ſeruus eodem anno erat. ſic habebitis in §. ſequens diuiſio. infrà eod. quòd † quandocunq; intereſſe petitur ex cōtractu bonæ fidei, hoc intereſſe abeſt actori tanquā res debita, & eſt pœnale in reo, quia ei nihil aderat, quo ad hoc intereſſe. Sic quādocunq; in litem iuratur, actori abeſt, ſcilicet quod iurat in litē, ſed eſt pœnale reo, quia nullū commodum ex hoc ſentit, imò dānum. Hoc præmiſſo, quod hic Doct. prę mittūt poſt Din. alij, accipiamus. §. pœnales. Dicite in ſumma: † Decreta prætoris corrūpens, patrē vel patronū 3

in ius ſine venia vocans,iudicio ſiſti vocatum dolo eximens, vel eximi faciens,pœnali actione tenentur. Et ſic Imperator hic in iſto paruo §.tria pœnalium actionũ exẽpla proſequitur,quæ iam habuimus in ſummario.Et eſt res quæ poterat breuib.expediri,ſed gll.& Doct. paruo pedi magnum calceũ induunt,ex culice elephantem faciunt:quorum nimiam ſedulitatem non ſequar,ita tamen vt nihil neceſſarium omittam.
4 Coll.ex tex.noſtro primo,† pœnales actiones differre ab his quæ ſunt rei perſecutoriæ,id eſt, per quas ſequimur rem nobis debitam,quæ plus fauoris habent quàm pœnales.Differẽtias iſtas videte in gl.j.(ſunt faciles)in verbo,Pœnales.Memineritis autem eorũ quæ præterita lectione dixi,pœnales tripliciter accipi,quia iſta tractatio occurret nobis ſępe in§.noſtro.Item quo ad literalia collige hic, cùm Imperator dicit,
5 penè multas eſſe : hoc verbum† Penè,ornat, & quodam ſale tẽperat,qui oratorib. mos eſt.Nã nõ debetis cogitare quòd quaſi multæ ſint actiones impropriè, ſed verè multę ſunt in effectu,in ipſa re multę ſũt actiones pœnales. Hoc eſt quod dixit Imperator,eſſe innumerabiles. Ne credatis diſsidere ſatis ridiculè Imperatorẽ,qui hic dixerit:penè multas eſſe,&in fine,eſſe innumerabiles. Ita ſolẽt oratores tẽperare phraſim
6 eorũ per † Liptotẽ.Ita Eraſmus noſter:Haud ſcio an vſquã alia res ſit magis neceſſaria. Hæc eſt tẽperatio pulcherrima,
7 Haud ſcio.Et hoc eſt quod ſæpe adiicimus,† Fortè,vbi non erat opus. Sæpe claudimus periodum per verbum, Videtur, quod nõ erat neceſſe,quod & culpat Politianus. Sic accipite hic Imperatorem ornatè loquẽtem , quamuis gl. hoc nõ intelligens corrumpat. Nunc tractantes materiam §.noſtri, tria principalia membra proſequemur,ſecundum quod tria
8 nobis proponuntur exempla.Ad primũ venientes coll.† album prætoris olim Romæ fuiſſe murum dealbatum, vel tabulam dealbatam verius,in qua pro curia,pro palatio,affigebãtur edicta prætoris: & iſta tabula nominabatur albũ,ſub-
9 ſtantiuè.† Triplicis autem generis proſcripta affigebantur: Primo edicta prætoria , temperantia iuris ciuilis duritiem, per quæ,iura ad æquitatem redacta ſunt.Et hæc edicta præſeruantur in toto iure ciuili,in commodato , in depoſito, in negotiis geſtis, in conditionibus,& infinitis aliis.Quæ edicta erãt perpetua,& vſque adeò perpetua,vt ſi poſsibile foret,

etiam

etiam hodie durarent affixa. Et iſta dicuntur ius honorariũ.
l.in honorarijs.ff.eod.Solebant autẽ pro roſtris, vel pro cu
ria affigi.Alia ſunt edicta propoſita in albo prætoris tempo
raria,pro præſenti neceſsitate affixa,vt quũ publicè per edi-
cta citarentur aliqui,vel mandata temporalia affigerentur
non diu duratura.Et iſta dicebãtur affigi prout res inciderat.
Has differẽtias habes in l.ſi quis id quod.in prin.ff.de iuriſd.
om.iud.cùm dicit tex.ſi quis id quod perpetuę iuriſdictionis
gratia.non prout quæque res incidit.Quæ verba Doct.poſt
gl.voluũt & reuoluunt,cũ tamen ſint facilia homini Latino.
Tertiò ſumitur album,cùm inſcriberẽtur nomina decurio-
num,nomina magiſtratuũ,quo loco quiſq; ſedeat,quo loco
quiſque rogetur ſententiam.De hoc habetis. ff.de albo ſcri-
bend.vbi ſunt duæ leges valdè morales,reipub.conferentes,
quomodo debeãt decuriones,id eſt,magiſtratus cõſtitui. Et
hoc eſt quod Plinius in Panegyrico ad Traianum dixerat:
Necdum erat in hoc albo: id eſt, nondum erat magiſtratui
inſcriptus,quòd eſſet Imperator.Coll.præterea ex tex.quòd
ſicut olim edicta proponebantur in albo prætoris, ita ho-
die affiguntur ſchedulæ citationis publicè, quæ nomina-
mus edicta,& alia quæ proſcribi debent, id eſt, procul ſcri-
bi,cùm affiguntur pro foribus eccleſiæ vel collegij vel curiæ
ſenatoriæ.Iſta affixa nituntur eadem authoritate qua olim
affixa in albo prætoris:& ſunt etiam duplicis generis, ali-
qua perpetua,aliqua tẽporaria,ſicut quotidie videmus. Sed
tertij generis album hodie ſacerdotes vſurpant in præſentijs
eorum,inſcribentes nomina clericorum in tabulam.Quar-
to coll quòd† qui album prętoris corruperat vel ſuſtulerat, 10
is acriter puniebatur, nempe pœna quingentorum flore-
norum.Et an ea pœna proceſſerit vel procedat in omnibus
edictis quæ dixi eſſe triplicis generis: id eſt, an qui corru-
pit edicta perpetua,ius honorarium,an qui ſchedulas tem-
porarias,citationes,& mandata tranſeuntia,vel qui corrum
punt albũ decurionum,éſtne ſemper propoſita pœna quin-
gentorum florenorum?Gloſ.hic putauit ſaltem tacitè quòd
pro omni corruptione pœnæ locus daretur:ſed in hoc com
muniter improbatur à Doct. vt hic latiùs per Iaſonẽ. Nam
hæc pœna datur tantũmodo pro corruptione edictorum
primi generis, & aliorũ ſimilium,quæ ſunt perpetua,& quæ

primo ad iuriſditionem, maieſtatem & authoritatem præto ris pertinent. Et hoc eſt quod dicitur in d.l.j.ſi quis id quod perpetuæ iuriſditionis gratia. Pro alijs autem affixis, quæ ſunt tēporaria, vt ſunt citationes & mandata trāſeuntia, quæ quotidie affiguntur per Rectores vniuerſitatū, corruptores huiuſmodi affixorum non incidunt in pœnam quingentorum florenorum, ſed in aliam arbitrariam pœnam iuxta materiæ naturam quæ affixa eſt, & pro modo corrumpentis huiuſmodi affixa: imò vt dicit Bart. in d.l.ſi quis. quando finita eſſet cauſa mandati quod affixū eſt, finita eſſet cauſa citationis, quòd eſſet lata ſentētia, quia tunc impunè poſſunt tolli, ſine vlla pœna: quod eſt notatu valde dignum, pro excuſandis corruptoribus. Proſequamur rē.

11 † Quid autē ſi † plures corrumperent aliquod affixum in Curia vel templo, tres vel quatuor, plures vel pauciores impetu facto corrumperēt vel tollerent, an quilibet teneatur & poſsit puniri in quinquaginta florenos, an omnes teneantur in quinquaginta florenos? vel an vno ſoluente pœnam, cæteri ſint liberati? Hęc eſt materia quæ latè patet, quando pluribus delinquentibus omnes teneantur, vt alter alterum nō liberet. In iſta quæſtione, an ſi plures album prætoris corruperint, vno ſoluente pœnam, alij liberentur, diſtinguite duos caſus generales: Quia aut incidit pœna ex parte accipiētis & dantis, ita quòd actor meram pœnam perſequitur, & reus de pœna vitanda certat, tota lis ſuper pœna agitatur. Et hoc eſt primum genus pœnalis actionis, quòd nuper tractauimus, ſcilicet quādo actori nihil abeſt, & reo nihil adeſt. Hoc enim ſemper eſt in merè pœnalibus, cùm vtranque paginam, vt ita loquar, implet ſola pœna. Iſte eſt primus caſus. Secundus caſus eſt, ſi ex parte actoris vertatur intereſſe, ſed ex parte rei pœna intentatur: hoc eſt dicere, quando actor habet rei perſecutoriam, reus autem de pœna vitanda certat: quod fuit tertium genus pœnalis actionis, ſcilicet quando actori abeſt, & reo nihil adeſt, actor ſolicitus eſt quòd ei intereſſe & dānū reponatur: & hoc damnū, hoc intereſſe, eſt reo pœnale. Iſtos duos caſus videamus. In primo caſu, in merè pœnalibus, cōcluſio

12 eſt, quòd † vno ex reis ſoluente pœnam, alij non liberantur: & ita eſt in caſu noſtro. Nā cùm plures album corrumpunt, iſte qui agit albi corrupti contra vnum, licet conſequatur

quin

quinquaginta aureos,tamen & ſinguli alij tenebuntur ad parem pœnam.d.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd. om.iud.cum l. ſeq.vbi hoc eſt expreſſum,& facit l.ſi per alium.§. hoc iudicium.ff.ne quis eum qui in ius voc.eſt vi exim.vbi dicitur,in ſingulos actio dabitur,& latiùs declarabimus in tertio membro noſtri textus.Et prædicta ponuntur pro regula.in l.itē Mela.§.ſed ſi ſeruum.ff.ad l.Aquil.cùm de mera pœna agitur,quòd alius præſtitit,alium non liberat.& eſt tex.in l.ita vulneratus.§.fi.eo.tit.text.in l.vulgaris.§.ſi duo.ff.de furt.in quibus vtriſque locis habetis,ſi trabem furentur & tollant, quàm ſinguli tollere non poterant,omnes intelligi fures,& omnes teneri furti.licet ex ſubtilitate dici poſſet neminem eſſe furem,cùm nullus eorū trabem ſuſtulerit.Sed quod ſinguli non poterant,vniuerſi fecerunt.Ad hanc materiā videte Innoc.& Docto.in c.ſicut.in c.ſignificaſti.ij.de homicid. Hanc concluſionē extendite,quòd ſi plures delinquant,non ſolùm communicato conſilio,ſed etiam ſi proprio quiſque motu delinquere voluit,dum in idem tempus incidant,ſemper procedit hæc cōcluſio.Din.& Bar.in l.ſemper.§.ſi in ſepulchro.qui tex.eſt ſingularis & fortè vnicus in ſua materia ff.quod vi aut clàm.Hæc concluſio fallit in caſu no.† Si plures delinquant,corrumpāt album,vel in alio genere delicti, 13
plures tanquàm vnum corpus puniuntur. Vt,ſi familia ſeruorum patrisfam.corrumperet album,quia tunc punientur tanquàm vnus,& non tanquā plures.l.ſi familia.ff.de iuriſd. om.iud.& facit tit.ſi fam.furtum feciſſ.dic.Ex quo habes notabile,quòd ſi communitas villæ,ſi aliqua vniuerſitas, collegium,vel aliud corpus vim faciat,delinquat,album corrumpat,inuadat,&c.quāuiſſint plures numero homines,puniuntur tamen vt vnus homo.maximè ſi velo leuato,communitatis ſuffragijs,collecto voto,cōcordibus animis delinquant. ita Din.& Bar.in d.§.ſi in ſepulchro.quod Doct.valde commendant.Iſte caſus obuenerat hic Friburgi cùm eſſem protonotarius,ſunt iam xl.anni,quia ciues vexillo leuato & tanquàm vniuerſitas,ceperunt quoſdam ruſticos nobilibus, & plura tractabantur in ea re circa pœnam,circa exceſſum. Ecce ſi vniuerſitas hominum punita fuiſſet, ſuſtinuiſſent pœnam tanquam vnius hominis. Et alius caſus mihi exiſtenti protoſcribæ cōtingit:quia quidam nobilis(quem non nomi

no) prohibuit ſub pœna decem librarũ villanis ſuis,ne ante certam diem pecora in ſylua paſcerẽt. Ruſtici noluerũt obedire, ſed collecta multitudine intrauerunt ſyluam paſcendo pecora: quo caſu nobilis petijt ab vnoquoque ruſtico decem libras. Erat ingens dubium, nec fuit, quantum conſequi poſſum, homo hic qui hoc poſſet diſſoluere. Ego nondũ erã in albo iuriſtarum. Ecce hic habetis diſſolutionẽ facilem: quia omnes puniuntur tanquam vnus homo, id eſt, ſemel pœna præſtabitur. Ad hoc facit elegans doctrina Alex. de Imol. in l. cùm ſi exhibuiſſent. §. ſi plures. & ibi in addit. ad Bart. ff. de publica. vbi dicit eleganter & notabiliter: Si villa vel cõmunitas eſt bannita, habebitur tantũ pro vno bannito, quo ad pœnam banni. Secundo fallit noſtra concluſio. ſi actio ſit tota vel merè pœnalis, vt ſuprà diximus, ſed non ex puro delicto vel maleficio, ſed ex quaſi delicto, ex quaſi maleficio. Exẽpli gratia: Vos habetis iure prouiſum, quòd ſi aliquid effuſum vel deiectum ſit ex cœnaculo in quo plures habitãt, tũc ſinguli tenentur ad pœnam qui ſunt in cœnaculo, in ea habitatione, ſed vno ſoluente pœnã, alij liberantur. l. iij. in fi. cum l. ſeq. eſt l. perceptione. ff. de his qui deiec. vel effud. Et idem ſi plures pictores, vel artifices, aut alij, in eorum cœnaculo, in pergula haberent aliquid appenſum, quod decidẽdo læderet homines iter facientes: nam vno præſtante & ſoluente pœnam, alij liberantur, & eſt tamẽ actio merè pœnalis ex parte actoris & rei, ſed non fuerat in omnibus merũ delictũ, ſed in vno tantum qui deiecit vel effudit: verũ quia neſcitur quis fecerit (plures enim erant) lex omnes notat, & pœna dignos fecit, ſed ſub æquiſsimo temperamẽto, quòd non omnes poſſint exigi, ſed percepta pœna ab vno, alij liberentur. Dicit Bal. in l. i. C. de cond. furt. hoc ideò fieri, quia reatus aliorum inhabitantium, originem ſumpſit ab alieno facto, propterea dicitur quaſi delictũ. Ex quo diligenter notes, quòd quamuis contra deijciẽtes vel effundẽtes detur actio popularis, id eſt, quilibet de populo poteſt cõtra eos experiri, nõ tamẽ omnes tenebũtur, iuxta regulã pœnalis actionis. Hoc applicat Din. in l. ex maleficijs. §. is quoque ex cuius. ff. eod. & ibidem Bar. Quòd ſi ſtatutum ſit vel ordinatum, quòd homines in villa, omnes villani debeãt capere malefactorem, ſi fortè quis incidat, ecce ipſi nõ ceperũt aliquẽ quẽ capere poterãt, certè ſol-

uendo

uendo pœnam per vnũ, alii liberantur, vtpote quòd ſit quaſi delictum ex aliena origine. Facit ad tẽpora noſtra. Nam hic prouiſum eſt, & in multis ciuitatibus, quòd ſi in rixa aliqua, vel in feruenti aliquo delicto, vel in tumultu, in cõcurſu, aliquis non velit pacem ſeruare, aliquis fugiat, quod acclamari debet, & ſinguli ciues qui ſunt in platea accurrere, vt capiatur malefactor. Hoc quia rarò ſeruãt ciues, ſicut experimur, pulchra eſſet practica huius doctrinæ, ſed vno punito cæteri liberarentur. In alio caſu, ſecũdo, quando ex parte actoris prætenditur intereſſe, quod tamen pœnale eſt ex parte rei, actor perſequitur rem familiarem, reus certat de pœna vitanda, hoc loco concluſio eſt, quòd vbicũque eſt actio rei perſecutoria ex parte actoris, pœnalis autẽ ex parte rei, tunc pluribus delinquentib. omnes quidem in pœnam incidunt, ſed vno præſtante, alii liberantur: quia poſtquàm conſecutus eſt actor quod voluit, ſcilicet intereſſe, iam habet quod petiit. Vnde contra bonã fidem faceret, ſi idem contra alios conſequi per geret, id quod ad ſenſum patet. l. bona fide. ff. de reg. iu ita habetis tex. in l. j. §. ſi plures & ibi gl. ponit pro regula. ff. de eo per quẽ fact. eſt quo mi. quis iud. ſiſtat. Dyn. & Bart. in d. §. ſi in ſepulchro. vbi eſt tex. in quo diligẽter memineritis, quòd tunc vno præſtante alii liberantur, quando intereſſe cũ effectu perſolutum eſt, & actor hoc realiter percepit. Sed ſi necdum fuiſſet ſolutio facta, quamuis actor vnum ex plurib. cõueniſſet iudicialiter, & etiam litem cõteſtatus fuiſſet, per hoc non tollitur actori electio, quin & alios conuenire poſſet. text. eſt elegans & pulcher in d. §. ſi in ſepulchro. ad fin. & per text. in d. l. perceptione. cum l. præcedenti. ff. de his qui deiec. vel effuderunt. Vnde cautela eſt egregia, quòd hoc caſu quãdo actor perſequitur rem familiarem, rem & intereſſe cõtra plures delinquentes, conueniat nunc illum nunc alium, vel omnes ſi velit cõueniat, quia niſi perceperit intereſſe, alter alterum non liberat. Prædictis ſic ſe habentibus videndum eſt, ſi quòd plures furentur, plures eſſent fures, actor poteſt dupliciter experiri contra eos: tum vt rem furto ſubductam conſequatur, inſtituet condictionem furtiuam, id eſt, actionem perſonalem contra vnum ex furibus: quod etiam ſacerdotes facere poſſent, vt nuper diximus, citra irregularitatem: hoc loco conſecuta re furtiua, omnes alii liberantur, per

concluſionem huius ſecundi caſus. Quòd ſi agat furti contra vnum, quæ eſt merè pœnalis actio, ad duplum vel quadruplum. præſtatio vnius non liberat alterum, per concluſionē primi caſus. Et hoc præciſe habetis in d. l. j. C. de cond. furt. Sed hic incidit alia dubitatio, cui applicetur hæc pœna quinquaginta florenorum, an fiſco, an parti agenti. Circa hoc præmittite pulchras doctrinas Bart. in l. agraria. ff. de term.
14 moto. quia † quandocunq; lex pœnalis mentionem facit actionis, dicendo, actionem dabo vel ſimilia verba, tūc pœna applicatur agenti, & non fiſco. d. l. Agraria. ſecundū cōmunem intellectum. Sin verò lex faciat mentionē accuſationis, tunc pœna fiſco applicabitur, quod cognitum eſt. Si autē lex in dubio loquatur, & nec actionem nec accuſationem nominet, tunc pœna applicatur fiſco, per l. multarum. C. de mod. mulctar. vbi dicitur, mulctarum compendia inferri oportere fiſco. & ita procedit l. iubemus. §. his quoque iudicibus. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi fit mentio de publicatione bonorum, quod certè intelligitur ad fiſcū, vt ibidem gl. Cæterùm ſi lex exprimat expreſſe prouideat cui pœna debeatur, ſtandum eſt legi, vt in l. iij. ad princ. ff. de ſepulchr. viol. vbi pœna violati ſepulchri adiudicatur parti læſæ. Sic in l. fi. de litig. pœna applicatur ei qui patitur potentiorem aduerſarium. Sic in lege Cornelia. ff. ad Syllan. vbi diuiditur pœna inter partem agentem & fiſcum. Hæc eſt doctrina Bart. pulchra, communis, ad quem omnes conuolant. Tu adde caſum non tactum à doc. Quandocunque dicitur in lege, hæredibus non datur actio, illic colligitur quòd defuncto daretur, ſi viueret: magnum argumentū quòd in talibus caſibus pœna eſſet partis agentis, ſi
15 viueret. Et hoc colligitur † per arg. à contrario ſenſu: quia ſi hæredi nō datur, ergo data fuiſſet defuncto: & ita intelligitur l. pen. ff. de in ius voc. vbi dicitur, pœna liberti quæ eſt quinquaginta aureorum, vt audietis, nō datur hæredi patroni, ergo certiſsimum eſt quòd daretur patrono. Et per hæc breuia tollitur magnum certamen inter Angel. Aret. & Iaſ. de intellectu d. l. pen. Nunc ad propoſitum, reſpondendo dictæ dubitationi, cui applicetur pœna quinquaginta florenorum, an fiſco, an parti agenti. Gl. in d. l. ſi quis id quod. Bart. ibidem & cōmuniter Doct. hic & illic tenent concordi ſenſu, quòd iſta pœna applicetur parti agenti, & non fiſco, & hoc probāt per

l. ſatis

ſatis bonam.l.ſi cui.§.j.ff.de verb.ſig.vbi dicitur notabiliter, In actionibus popularibus is qui agit nō habebitur pro cre ditore, niſi poſt litem conteſtatam: ergo qui agit actione po pulari, poſt litem conteſtatam dicetur creditor,& ex conſe- quenti pœna ad eum pertinebit tanquam creditorem. Eſt au tē actio alibi corrupti actio popularis. Ea dicitur † actio po 16
pularis(ne quid ſupponam) quæ cuilibet de populo cōpetit, quam poteſt mouere quilibet de populo: vt, ne quid in loco publico fiat, vel in via publica: tale ædificium poteſt quilibet de populo impedire. Item ne quid deiiciatur, vel effundatur ex cœnaculo, vel ne quid appenſum habeatur in pergula, hoc competit cuilibet de populo, vt vel prohibeatur antequā fiat, vel poſtquam factum eſt pœnam exigat: quod eſt pulchrum dictum in iure noſtro: Pœna in actionibus popularibus per tinet ad agentem:& ita communiter & concorditer tenetur. Vnde ſi plures corrupiſſent albū prætoris,& vnus de popu- lo, vel vnus de ſcholaribus ageret contra corruptores, de iu- re noſtro quilibet teneretur ad quinquaginta florenos, qui applicarentur actori.& ita reſident cōmuniter Docto. per d. l.ſi cui. Hoc mihi ſemper viſum eſt durum & paulò minus ab ſurdum, quòd pluribus delinquentibus, pœnæ ab omnibus exactæ manerent actori: refragari tamen non audeo tam cō muni opinioni, præſertim accedēte textu d.l.ſi cui. Si autem tentare liceret, ego ſic ſentirem: Cùm ſuper pœna albi corru- pti agitur, aut actoris intereſt, aut ipſius nō intereſt. Si acto ris intereſt, quia in hoc albo erant mandata ei proficua, vel erant prouiſiones bonorum ſuorum, vel aliquid aliud quod actori conduxerat,& quod actoris damnum vel vtilitatē re ſpexerat,& tunc ſi agit ad pœnam contra plures delinquētes pro auertendo damno ſuo, hoc habebitur tanquam priuata actio. Ne credatis me fingere, text. habetis in l.licet.in princ. ff.de procur. Hoc loco admitto communē opiniōnē, quòd pro reponēdo damno ſuo poſsit actor exigere pœnā ab om nibus, ita tamen quòd repoſito ei damno, ſuperfluum detur fiſco pro contempta iuriſdictione.arg.d.l.lege Cornelia.ff. ad Syllan.vbi fit talis diuiſio. Si autē agentis nihil intereſſet, ſed vellet ius populi tueri, hic ego crederem, ſalua veritate, quòd pœnæ applicarētur fiſco, ſaluis tamē expēſis agētis. Et ad hoc moueor duplici ratione. Primo, quia is qui agit actio

ne populari,cùm ſua nõ intereſt,non poteſt conſtituere pro curatorẽ.d.l.licet.in prin.& ſic nihil propriũ eſt ſuper quo experitur.Secundo,quia talis quamuis habeat actionem popularẽ,non tamẽ dicitur locupletior.l.populares.ff.de pop. act. Et non obſtat.d. l.ſi cui.quæ vehementer vrgere videbatur,quia loquitur de eo cuius intererat populariter agi,cùm talis habeatur loco creditoris.d.l.licet.quæ dat lumẽ & intellectum.d.l.ſi cui.Et ita ego ſentirem,niſi dicerer temerarius: vnde cogitandum relinquo.Forma autẽ libelli in primo hoc
17 membro circa album corruptum: † Domine iudex,ego Titius tanquam vnus de populo Friburgenſi, vel tãquam vnus de Vniuerſitate Friburgenſi, compareo & ago contra Flaccum:quòd licet iure prohibitũ ſit ſub graui pœna,ne aliquis mandata ſuffixa valuis eccleſiæ templi, corrũpat vel laceret, cùm tamen magiſtratus Friburgẽſis ſuperiorib.diebus ſuffixiſſet,proſcripſiſſet mandatum contra eos qui noctu vagantur,Flaccus hoc mandatum temerariè & per dolum corrupit & lacerauit,atque ita in pœnã quinquaginta florenorũ incidit,quæ pœna cùm mihi agenti lege debeatur,maximè quod mea interfuit tali vel tali cauſa,vnde peto reum ad quinquaginta mihi ſoluenda condemnari,& condemnatum compelli &c. Et hæc de primo membro. Accipiendo ſecundum mẽ
18 brum huius §.coll.quòd † filius non poteſt in ius vocare parentes ſine venia obtẽta,vt dicit hîc text.in verb. impetraſſet. Et intellige parentes,ſiue ſit pater ſiue mater. Vnde ſi filio ſit aliquod negotium contra patrẽ vel matrem, auum vel auiã, & ita deinceps,deberet adire prętorẽ,petere quòd ei indulgeatur venia agendi contra parentes, contra quos habeat negotium:quam formam hic gl.ponit.Et hoc eſt propterea, quia iudex debet maximopere cauere , ne indulgeatur filiis actio famoſa,vel quæ ſugillet,perſtringat,attentet honorem vel pudorem parentũ. Et hanc doctrinam intelligite de filio eman
19 cipato,qui non ſit in poteſtate patris.Nam † filius in poteſtate,non poteſt agere contra patrem,vel vllam mouere litẽ regulariter,per l.lis nulla.ff.de iud. neque cum venia neq; ſine venia,niſi in caſtrenſibus vel quaſi caſtrenſibus,in quibus filiusfamil.habetur pro patrefamilias,vt per iura vulgata quæ ſæpe allegauimus:tamen etiam eo loco neceſſe eſt impetrari veniam,vt hîc per gl.& Iaſ.Excipimus etiam hodie bona ad-

uenti

uentitia, vt ſunt bona quæ adueniunt filio, & non proficiſcuntur à patre, in quibus cùm vſufructus ſit patris, ſi pater huiuſmodi bona corrumpat, perdat, diſsipet, ſicut ſolent facere decoctores: quia tūc dabitur facultas filio, etiam in poteſtate, hodiernis temporibus cum venia agendi contra patrem. hæc tractantur in l.j.&per diſcurſum tituli.C.de bon. mat.& C.de bon.quæ lib. Et quod diximus de filio, intelligẽdum eſt etiam de adoptiuo. l.adoptiuū.ff.de in ius voc. Item includimus non ſolum naturalẽ & legitimum, ſed etiam naturalem tantum, ſcilicet ex concubina natum, quia tales nō poſſent experiri cōtra parẽtes, niſi obtenta venia. Quid autem de filijs natis ex damnato coitu, ex coitu inceſtuoſo, vt ſunt filij ſacerdotū & monialiū & ſimiles? Cōmunis opinio eſt, quòd tales poſſent parentes ſuos in ius vocare ſine venia, & ita tenent gl.& Doct.in l.quia ſemper.ff.de in ius voc.Ioan.de Imol.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebell.quia talis coitus poteſt criminaliter accuſari. itē de iure ciuili tales liberi non ſunt alendi, ſed exponendi, nec ſunt nominandi patres, qui ſunt inceſtuoſi patres. Sed ius Cano.iſta lenit& temperat. item coll.ex text.quòd † parentes hîc intelligun- 20 tur in infinitū.l.quiq;.§.parentes.ff.de in ius voc. vſquadeò vt ſi Adam hodie viueret, nō poſſet in ius vacari à quoquam mortalium ſine obtēta venia, vt hîc dicit gl. quia eſt communis pater humani generis. Et quamuis in iure noſtro parentes numerentur vſq; ad tritauū incluſiuè, in l. Iuriſcōſultus. §.parẽtes.ff.de grad.cōſang.tamen hic fit extenſio mirabilis ad omnes omnino maiores. Sed hoc facit honeſtatis ratio, vt dicit tex.in d.l.quique. Ex quo infertur doctrina valde notabilis per Ang.in d.l.quiq;.quòd quantūcunq; ſint exorbitantia aliqua, tamē propter honeſtatē, propter honeſtatis rationē fit extēſio etiā ad caſum improprīū. Egregia limitatio ad id quod per manus traditur, in † exorbitātib.nō fieri extēſio 21 nēdum eſt, quæ ſunt extralimitanea, quæ ſunt irregularia, quæ ſunt enormata, & propemodū abſurda, in his nō ſit extēſio niſi honeſtatis ratio ſuadeat. Et pulcherrima regula, & mihi in multis vtilis. Quid autē de † vitrico & nouerca, itē de ſocero & ſocru, an poſsint ſine venia in ius vocari? Dic nō poſſe, 22 quia huiuſmodi perſonis etiā debetur reuerētia. & ita Alex. & Doct.in l.generaliter.ff.de in ius voc.Ioan.And.in addit. ad Spec.

ad Spec.in tit.de actore.verſ.ſed nunquid edictum Spec.refert ſe ad §.reſt.de dolo & contumacia.circa prin. Quid autem in † præceptore,an poſsit ſine venia in ius vocari à ſcho
23 laribus ſuis?Iacobin.de S.Georgio iu vſibus feud.videtur in hoc inclinari,quòd & iſta reuerentia præceptoribus debeatur:ſed cõmuniter contrariũ tenetur, cùm hæ perſonæ cum perſona præceptoris,in edicto prætoris nec verbis nec virtute contineantur. Ego credo me aliquando tenuiſſe quòd is honor præceptori debeatur,& multo maximè, quia vt dixit philoſophus apud Laërtium,à parentibus habemus vt viuamus,à præceptoribus vt bene & virtuoſe viuamus. Sed in hoc non volo eſſe curioſus, maneamus cum cõmuni opinione:quamuis fatear d.l. generaliter. multum facere pro mea aſſertione. Hoc certum eſt,abſtineri debere turpibus & inhoneſtis verbis contra præceptorẽ.arg.l.honori.ff.de obſequijs præſtand.& facit l.Aquilius.ff.de donat.vbi fuit gratiſſimus diſcipulus erga preceptorẽ,qui eũ doctrina,eruditione & eloquẽtia meliorẽ reddidit,& ibi eſt tex. Quid de † patre ſpirituali?nẽpe qui te leuauit de fonte baptiſmatis,an poſſit ſine venia in ius vocari?Sanior opinio eſt quòd debeatur eis hęc reuerẽtia,ne ſine venia vocẽtur:quia ita diligere debemus patres noſtros ſpirituales, ſicuti carnales. ita dicit c.ita diligere.xxx.q.iij & dicit tex.in c.qui dormierit cum duab. xxvij.q.ij.maiorem eſſe cognationẽ ſpiritualẽ quàm carnalem.Et hoc eſt quod ius Cano.nominat eũ compatrẽ.c.tua. de cogna.ſpiri. Vnde vt quidã volunt, compater noſter non poſſet eſſe teſtis pro nobis, quod tamen diſceptatur, & hîc
25 amplius nõ tracto.Porrò coll.quòd † libertus nõ poteſt in ius vocare patronũ ſuũ ſine venia,& non ſolum patronum, ſed nec patronam,ſed nec filios vtriuſq; ſexus patronorum: imò ſi patronus eſſet tutor vel curator alicuius extranei,adhuc nõ poſſet vocari in ius à liberto,ſub pœna quinquaginta florenorum,quæ pœna ſtatuitur etiã cõtra filios,de quibus ſuprà diximus:& ſi libertus hanc pœnã ſoluere non poſſet,debet caſtigari in corpore.ita eſt text. in l.fin.ad fi.ff.de in ius voc.in qua l. habetis hanc tritã regulã:In corpore luat qui non poteſt luere in ære. Subſidiarium tergum præbeat, cui non ſuppetit pecunia.Hæc regula eſt valde trita,quã habetis in l.j.ad fin. ff.de pœn.quæ tamẽ regula nõ procedit,ſi debi

Aliàs Atilius Regulus.

24

debitum ex cõtractu emergat, ſed ex delicto intelligitur pro cedere regula hæc:cuius contrarium ſeruauit ante ſexaginta annos ciuis quidam hîc, qui debitores dicitur caſtigaſſe in corpore cùm in domum ſuam venirent,& fuerat vir ditiſsimus ſuprà quàm credi poſſet in ciue, ſed omnia eius bona euanuerunt vſq; ad aſſem intra hoc breue tẽpus. Deniq; hæc regula nõ procedit in perſonis honeſtis,ſed in perſonis tantum vilibus,vt ſunt ſerui,mancipia,infimæ plebes.ita eleganter Bar.in d.l.j.ad fin.ff de pœn.per l.in ſeruorũ.in fin.eod. tit. Hæc doctrina de libertis eſſet hodierno tẽpore inculcanda proprijs hominibus nobilium & aliorum potẽtum cum manumittuntur à dominis,id quod quotidie fit,ne iniurioſi ſint in dominos,proterui,& ſine obtenta venia inſultantes: quod ſcio euenire.Poteſt tamen libertus ex cauſa iuſtiſsima patronũ in ius vocare,ſi grauiùs tractetur,iniuriis inſolentioribus flagelletur, vel cædibus caſtigetur, aut alias ingentes iniurias ſufferat.quia tunc de patrono conqueri poteſt venia nõ obtenta.text.eſt in l.ſed & ſi.§.prætor ait.ad fin.ff.de in ius vocan.Porrò libertis parcitur, ſi vocãdo patronos in ius,in tempore eos facti pœniteat & reuocẽt. Vel,ſi libertus vocauerit in ius patronũ, patronus autẽ non cõpareat,contemnat iſtam citationem.Vel,ſi patronus volens patiatur ſe conueniri ſine venia.Hos tres caſus habetis in l.quamuis.de cuius intellectu diſceptatur inter Doct.ff.de in ius voc. Addite quartũ caſum:Si libertus ſupplicaſſet principi, libellũ porrexiſſet & obtinuiſſet reſcriptum,quo tamen non vteretur,quia etiã parcitur ei.l.libertus.ff.de in ius voc.Quid autem de vaſallo?†an vaſallus poſsit in ius vocare dominum 26
feudi ſine venia?Doct.variant propter text.in c.j.de milit.vaſall.qui contu.eſt. in vſib.feud. vbi dicitur, vaſallum debere reuerentiam domino. Cõmunior opinio eſt,quòd vaſallus poſsit in ius vocare dominum ſine venia obtenta,quia nihil habet à domino vaſallus quo ei debeat talem reuerentiam, niſi feudum.Libertus autem habet à patrono nouam vitam, quia dicitur nouus homo:quod nõ recipimus in vaſallo. Et ita ego tenui in meis vſib.feud. & in vulgàto §.ſi libertus.in l.ſi non ſortem. Vidimus vaſallũ virum nobilẽ, qui habuit litem cum domino feudi,& antequã eam inſtitueret,refutauit feudum in conſpectu meo,reddendo literas inueſtituræ,

quod

quod non erat opus:ſed nobilitas cõſueuit eſſe cãdidiſsimè integra. Quid autẽ in alijs perſonis quæ ſunt enumeratæ in l.ij.ff.de in ius voc.ibi enim dicitur magiſtratus maiores nõ poſſe vocare in ius:item nec pontificem dum ſacra facit:nec nuncium publicũ, cùm publica munera obit:nec religioſos qui à loco abeſſe non poſſunt:nec eos qui nuptias celebrãt, nec eos qui funeribus iuſta faciũt,& quę ſunt ſimiles,an etiã prohibeantur in ius vocari ſub pœna quinquaginta floreno rum?an iſta pœna ſit eis ſtatuta? Dicit: quòd non:iſta pœna eos nõ reſpicit,ſed datur pœna arbitraria per iudicem, ſi for tè contrà factum fuerit. Et hactenus de ſecundo membro hu
27 ius §. Ex tertio membro coll. quòd † is qui vocatus eſt in iudicium ſi per tertium aliquem vi eximitur, iſte tertius tenebi
28 tur ad pœnam quãti actor in litem iurauerit. Et hoc † iuramentum nõ tam reſpicit intereſſe actoris, quàm affectionẽ ipſius, qui & contemptum ſui æſtimare poteſt,& quòd ita vexatus eſt. Dicet enim: Domine Iudex, iſte nebulo vi exemit, detinuit in carceribus, vel in cõpedibus, vel in alijs retinaculis, exemit eum quo minus cõpareret, hoc tãti facio quòd iurare poſſum me potius carere velle ducẽtis florenis: vel aliã ſummam æſtimabit quam volet: & licet etiã per obliquum reſpiciat intereſſe, nõ tamen principaliter (ſicut poſtea plus declarabitur) imò principaliter vindicta conſideratur: quod eſt bene notãdũ: quapropter, vt hic pulchrè dicit gl. in verb. item aduerſus, hæc actio prętoria eſt in primo genere actionum pœnaliũ, quia pœna eſt ex parte accipiẽtis, ſcilicet actoris, qui nõ reſpicit ad intereſſe, vt dixi, & pœna eſt ex parte rei,& idipſum meritò. Declaremus hoc exẽplo, ex ſententia gl. Titius tenebatur mihi actione iniuriarũ, intulit mihi iniurias, iſta actio finitur anno, eſt annicula, vt ſcitis. l. ſi non cõuicij. C. de iniur. Ego circa finem anni voco Titiũ in ius, vt reſpõdeat ſuper iniurijs: homo hoſtilis reum proficiſcentem in iudiciũ in medio itinere detinet, vi eximit, ne compareat, interea tranſiuit annus,& ſic expirauit mihi actio, hic mea intereſt (vt nouiſſe poteſtis) in plurimo. Ego hoc intereſſe nõ cõſidero, ſed vindictã cõtra eximentẽ intento, iurando in litem &c. Et hic caſus multum frequens eſt, pręſertim temporibus hoſtilibus & bellicis, vel itineribus inſidioſis. Hanc pœnam vel actionem contra eximentẽ non credo habere

bere locum, quamuis in Doct. non inueniam, ſi reus volens pateretur ſe detineri, id quod frequentiſsimũ eſt, & eſt vna de verſutijs procuratorum, qui aliquãdo ſic informãt clientes. Item ſi aliquis cauſa officij, cauſa amicitiæ reum proficiſcentẽ hoſpitio ſuſciperet, refoueret feſſum, aut recrearetur tanquam cum amico, ſi interea dies iudicij vel actionis exiret, non credo eximentẽ teneri, quia edictum loquitur de eo qui vi eximat. Reus ergo tenebitur actori ad intereſſe in hu iuſmodi caſibus. Quòd ſi plures ſint qui eximãt, omnes tenentur quanti actor in litem iurauerit, nec † quod vnus pręſtitit, alium liberat. text. eſt in d. l. pen. §. hoc iudicium. ff. eod. tit. Eſt enim hæc actio merè pœnalis, rectè ſicut in l. Aquilia, cùm ſeruũ meũ plures interficiunt, quanti ego iuraui in litem ex perſona ſerui, tanti condẽnabuntur. Et ſic huiuſmodi actiones ſunt in primo genere actionũ pœnaliũ. Et ſi aliquis diceret, ſicut heri vnus ex vobis homo mercurialis oppoſuit, Nónne hîc vertitur intereſſe propter ſeruũ meũ qui interfectus eſt? item propter actionẽ meam quã in reum habui, quam mihi fruſtrare voluit eximẽs? Dicite, hoc loco intereſſe non conſiderari, ſed hoc factũ contumeliæ quod paſſus ſum, conſideratur: quod eſt ſubtile. Hoc argutè dicit textus in d. l. pen. §. in eum. vbi dicitur; In eum qui vi exemit datur actio, non quantũ interſit actoris, ſed quanti ea res æſtimata ſit ab actore. In quo textu fatigantur paſsim omnes Doct. quos ego viderim, fingẽtibus varijs varias ſolutiones. Videte Intell. meos in tit. ſi quis ius dic. non obtemp. §. fi. ibi eleganter declarãtur hæc verba. Et breuiter is eſt intellectus facilis & expeditus, quòd non curatur quãti interſit actoris, id eſt, quantũ ſit damnum, ſed quãti ea res, id eſt, ea contumelia exemptionis ſit ab actore æſtimata. Sumite exemplũ, Si quis mihi interuertat libros meos in quibus habeo memoriã localẽ, & quibus aſſueui, & nollẽ eis carere quadraginta florenis, etiã ſi non valeant vltra decem: ecce ſi debeo iurare quanti mea interſit, non iuro vltra decẽ florenos, ſi debeo iurare quanti æſtimẽ iſtam iacturã quòd libri ſint mihi interuerſi, iã rectè poſſum iurare in litẽ in quadraginta. Sic etiã eſt in ſeruis noſtris interfectis. Et per hoc eſt res vobis multũ implicita, explicata. Vnde rectè dicetur hæc actio exẽptoria merè pœnalis, quia vindictã & affectionem proſequitur.

Sed

Sed huius declarationis eſt euidentiſsimum argumentum, quòd in caſu noſtræ materiæ reus vi eximitur ne ſtet mihi iudicio,& ego cõſequor pœnã ab eximẽte vno vel pluribus, per hoc tamen reus nõ eſt liberatus à me, nihilominus tenebitur mihi.text.eſt in d.l.j.per diſcurſ.ff.eod.tit. Et quod dixi in reo qui nihilominus teneatur actori,fallit,ſi per violẽtam exemptionẽ actio eſt annihilata, ſicuti in cauſa iniuriarum,fortaſſe annus interea tranſijt. Sic in actione redhibitoria,actio tẽporalis expirauit, ſi fortaſſe fundus ſuper quo agere volui,eſt per reum vſucaptus. His & ſimilibus caſibus vbi actor iacturam actionis patitur, nedum violentiam exemptionis;hoc loco liberatus eſt. nõ propter pœnã exactã, ſed quia actio non plus viuit.Et hoc caſu poſſet iuramẽtum in litem per actorem augeri,& ſic intereſſe ex obliquo veniret,non directo.Et ita poſuimus caſum ſuprà in primo notabili huius tertij mẽbri. Nam & Accurſius hunc caſum ponit,ſuper quo tamen declarãdo Doct.nihil, quod ego viderim,dicunt,& eſt tamen magna ſubtilitas in eo.Quid iuris
30 eſt,† ſi actor in ius vocauerit eum quẽ vocare nõ debuit, vt ſi libertus ſine venia vocet patronum, vel filius emancipatus patrem,an ſi vi eximitur patronus vel pater,eximens incidat in edictum?Certè non, quia non debebant vocari parens & patronus:libertus deliquit vocando,rectè ergo non deliquit alius eximendo.tex.eſt valde elegans in d.l.j.in fi.cum prin. l.ſeq.ff.eod.tit.vbi habetis etiam argumentũ pulchrũ & peregrinum à cõſequenti: Quod iuris eſt in antecedenti,idem erit in conſequenti.Antecedens in vocando habet delictum, ergo conſequens in eximendo non habet delictum. Et idem dicas de alijs perſonis qui nõ poſſunt in ius vocari, vt in d.l. ij.ff.de in ius voc. Et hoc pulchrè probatur d.l.ij.ad fi.ff.eo. tit.ne quis eum qui in hus voc. &c. vbi dicitur, poſſe eximi eum qui ius habet non conueniri,vbi conuenitur.Vnde ſi iudices fuſtuarij,(vt in Trackenfels,& in alijs huiuſmodi arcibus)vocarent quempiam,is iuſtè vi eximi poſſet.Quid autẽ ſi actor calumnietur?ſi vocet Titium in ius per calumniam, volens Titium fatigare,exercere ſine omni iuſta cauſa, cùm nihil habeat iuris contra eum,vt faciunt fatigatores,practici,aduocati,procuratores, qui ſæpe calumnias ingerũt clientibus vt eos fatigent: quid ſi talis per calumniam vocatus vi eximatur?

eximatur? Quid diceretis in cõuiuali cõſeſſu? Hic cõſequenter priorib. dicendum videtur, quòd talis iuſtè poſsit eximi: quia qui iniuſtè vocatur, iuſtè eximitur, vt iam diximus. Tu dic cõtrà, & reſponde mirabiliter ſecundũ Iureconſul. quòd etiam hi delinquunt, qui calumnioſe vocatum in iudiciũ eximunt. ita eſt text. in l. ſed eximendi. §. item ſi quis. ff. eo. titu. Vt quid tã variè? quis dicet nobis rationẽ diuerſitatis? Gl. in d. §. item. breuiter ſe abſoluit, ſuſpenſo velut ſentibus pede, dicit, quòd in caſu ſuperiori fuerat delictũ in vocando hic autem eſt delictũ in eximendo. Iſta verba declarat Bar. ibi, quia aliquæ perſonæ habent priuilegium ne vocentur in iudiciũ, aliæ ſunt perſonæ quæ habẽt priuilegiũ ne exigantur. Vnde ſuperior caſus loquitur in eo priuilegio, quo nõ poterãt vocari parens & patronus, meritò eximẽtes non delinquũt. Sed in caſu poſteriori Titius poterat in ius vocari, non habuit priuilegium contra vocationẽ, ſed nõ poterat exigi, propter calumniam actoris, qui non habuit fundatam, ſed calumnioſam actionẽ: at hoc non pertinebat ad eximentem, quòd excuteret, examinaret, an reus teneretur actori vel nõ: quapropter meritò deliquit, quia contra vocationẽ in ius deliquit. Audiuimus nõ licere vt vi eximatur vocatus ad iudiciũ, quod multo maximè intelligẽdũ eſt ſi eximatur is qui à familia iudicis, ab apparitoribus ad iudicium ducitur, vt hic per Doct.

1 † Quid autẽ ſi aliquis ex fractis carceribus eximitur? Dicite ex ſentẽtia Io. Fab. diſtinguendo: Aut ille captus erat pro debito ciuili, & tunc eripiens tenebitur de debito principali, per l. quotiens. C. de exact. trib. lib. x. qui text. licet loquatur in debito fiſcali, tamen extenditur ad debitum priuatũ, vt ibi per Bartol. Aut iſte carceratus detinetur pro crimine, tunc ſi conuictus eſt vel confeſſus & condẽnatus reus vel captus qui eripitur, eripiens tenetur crimine læſæ maieſtatis. text. eſt in l. iiij. verſ. pen. ff. ad l. Iul. maieſt. quod intelligebat Ioan. Fab. ſi captus & detentus eſſet ab Imperatore vel eius officialibus: ſecus ſi eriperetur captus ab aliis inferioribus iudicibus. In quo tamẽ Iaſon dubitat, & imò non eſt verũ quod dicit Fab. quia omnia iudicia ſunt meri Imperii, omnis iuriſditio fluit ab Imperatore, & omnes iudices intelliguntur loco hoc iudicare nomine Imperatoris: quod mirum eſt non præuidiſſe Fabrum tantum hominem. Eadem pœna puniuntur qui

captum ex manibus familiæ iudicis eripiũt cùm ad mortem ducitur. Bar. in l. legis. ff. ad l. Iul. de vi priuat. quo loco excu
32 ſantur † Cardinales, qui hoc de cõſuetudine habent: vſurpant ſibi hoc priuilegiũ quòd poſſunt eripere de manibus familię condemnatũ, ſi fortè occurrat eis in itinere cũ ducitur. Ex hoc ego arguo notabiliter, quòd ſi excuſantur Cardinales priuilegio vſurpato, rectè etiã in Germania Comites & Barones, qui idem priuilegium vſurpant ſaltem de cõſuetudine, vt idẽ iuris ſit Comitibus in Germania, quod eſt Cardinalibus in Italia. Rogo ſeruate iſta, quia alibi nõ vidi, ſaltẽ quod dixi de Comitibus ſuper hoc vſurpato priuilegio per Cardinales. Videte Bal. & Sali. in l. addictos. C. de appel. Sed quæras,
33 † quid ſi aliquis occultat debitores meos ne poſſim eos conuenire, id quod ſæpe contingit, an iſte receptator vel occultator teneatur edicto noſtro, Ne quis eum &c. Bal. in l. fi. C. de op. liber. putat eũ obligari ad totũ debitum, qui debitores occultat: tamen in eo Bal. ſubſiſtit, nihil firmãs. Cæterùm Sali. in eadem l. fi. firmat pedem, contendens huiuſmodi occultatores conueniri poſſe ad totũ debitũ. Iaſon putat, quòd mihi plus placet, quòd huiuſmodi occultatores teneantur edicto noſtro, Ne quis eũ vi eximat &c. quia ſatis dicũtur eximere, qui creditores fruſtrãtur, morantur, vel eis facultatẽ agendi auferunt. ita eſt tex. in d. l. ſed eximendi. ij. reſpon. Hoc quoq;
34 non eſt prætereundum, † quòd poteſt aliquando vocatus ad iudiciũ vi eximi, ſine omni noxa, dum exẽptor qui eximit, habeat iuſtã cauſam: quod non ſolùm patet in exemplis ſupradictis de patrono & liberto, ſed etiã in alijs caſibus. Vt, ſi aliquis ad locũ peſtilentẽ, vbi peſtis graſſaretur, in iudiciũ vocatus eſſet, is poſſet impunè eximi. Itẽ ſi tempore hoſtili vocatus cogeretur ire per loca inſidioſa, rectè eximeretur, vt per gl. in d. l. ſed eximẽdi. in fi. Sic ſi timor eſſet probabilis, quòd is qui vocatus eſt ad iudiciũ, paſſurus eſſet vim, capturã, cruciatũ, ſicut ſi aliquis ad † caſtra prædatoria vocaretur vbi nul
35 la niſi mortis aut capturæ ſpes eſt, ecce in huiuſmodi impunis eſſet exẽptio, quòd eſt not. dig. Sed dubitare poſſes, cũ in iure noſtro habeamus de hac materia duos titulos, vnũ ſcilicet, Ne quis eũ vi eximat &c. & poſteà alium, De eo per quem fact. eſt quo minus quis ſiſtat in iudicio, nonne videntur hi duo tit. idẽ continere? quid attinet decidere de eo qui eximit

voca

vocatum in iudicium,& poſteà ſpeciali titulo decidere de eo qui facit ne reus ſiſtat? nónne vterq; facit,vterq; eximit, licet res diuerſis verbis coloretur? Dicite ex ſententia gl.in d.titu. de eo per quem fact.eſt.quòd huiuſmodi tituli ambo ſint neceſſarij,& inter ſeſe multis differũt. Nam tit.† Ne quis eum 36 qui &c.reſpicit eos qui per vim eximunt,vel dolo faciunt vt eximãtur,vt iam diu audiuimus. Sed alter titulus, De eo per quem &c.loquitur de eo qui ſine violẽtia eximit,ſed tantũmodo facit vt reus non veniat ad iudicium,quia fortaſſe nunciat ei aliquid triſte,dicens,Non vadas ad iudicium,quia pater tuus mortuus eſt,cura funus ſuum.Ita olim apud Romanos factũ eſt:cùm Horatius dedicaret templum,venerat quidam dicens:Frater,filius tuus domi mortuus eſt,tu es funeſtus,non potes dedicare. Verũ iſte Romanus non curauit,dicebat, Mortui mortuos ſepeliant. Ita ſuperioribus annis cũ eſſet quiſpiam vocatus ad Iſprugk, & ſe iam itineri accinxiſſet,venerat ad eum doloſus homo,dicens.pars tua non cõparebit in iudicio,accepit dilationem à iudice:quod bonus iſte vir credidit,& manſit domi. At nõ erat verũ,& procedebatur contra abſentem,tanquã cõtumacem:lata fuit ſententia contra eum,quam ego multis difficultatib.vix feci reuocari. De iſtis loquitur tit.de eo per quẽ factũ eſt.qui ſunt quotidiani apud homines nequam. Secundo differunt,quia noſter titulus,ne quis eum qui in ius. conſulit tantummodo vocanti, actori:actor tantummodo habet actionem contra eximentem.Sed alter tit.de eo per quem.conſulit etiam reo qui impeditur,vt in negotio quod iam recitaui. Reus per doloſum impeditus,habuit neceſſariam actionem contra impedientem,quòd iacturam ſententiæ paſſus erat. Tertiò differunt, quia in tit.noſtro,ne quis eum.iuratur in litem quanti æſtimat actor,& nõ reſpicitur ad intereſſe,vt iam ſæpe diximus. Sed in altero tit.de eo per quem. tantummodo conſideratur intereſſe:ſi interſit actoris vel rei,poſſunt experiri,ſi nõ interſit,non poſſunt.l.ſi.ff.de eo per quem fact.&c. Et quarto differunt,quia in noſtro tit.multis delinquentibus omnes & ſinguli ad pœnam tenentur:in altero tit.plurib doloſè agentibus,ſi vnus præſtiterit intereſſe,alij liberãtur,vt ibidem habetis. Quinto differunt,quia tit.noſter loquitur de eis ad iudiciũ vocatis,qui necdũ ſatiſdederũt iudicio ſiſti. At tit.alter

eos vocatos reſpicit,qui iam ſatiſdederunt pignorib. vel fideiuſſoribus iudicio ſiſti.Has differentias ſeruate, videbitis iſtos tit.nõ eſſe ſuperfluos.Cæterùm noſter §.complectitur tantummodo priorem tit.de eo qui vi eximit.Poſt tam lon-
37 ga itinera theoricæ,reuertamur ad † practicam,& formabimus libellos in vtroq; titulo. Libellũ in tit.ne quis vi eximat. &c.ſic formare poteris;Domine Iudex,cùm ego in ius vocaſſem Semproniũ ad talem iudicem in cauſa ciuili,vel criminali,& is Sempronius proficiſceretur cõpariturus.Flaccus intereà vi eum exemit,non ſolũ ipſe,ſed & N.& N.& N. complices,per quã exemptionem grandis mihi contumelia facta eſt,præterquã quòd damno affectus ſum nõ mediocri: quapropter Domine Iudex,cùm iure cautum ſit vt is qui vi eximit reum,teneatur vocanti quantùm in litem iurat,ego paratus ſum iurare in centũ florenos propter contumeliã huius exemptionis,vnde peto reum condemnari per ſententiam,& condemnatum compelli &c.Hũc libellum poteſt etiam formare calumnioſus litigator,qui per calumniã vocauit.Item is poteſt vti hoc libello cuius in principali cauſa nihil intereſt,vt eleganter hic ait Ioan.Fab.Vnde licet antiqui Doc.ad hunc libellum adiunxerint intereſſe actoris, tamen Ioannes Fab dicit ſe non audere hanc clauſulam adiungere: & ſi eximens contra actorem excipiat, quòd ei non competat actio,cùm euidenti calumnia vocauerit in ius reum,eo caſu quo per calumniam eſſe vocatus,ita quòd reus de calumnia exciperet,replicandum eſt per actorem,aduerſarium ea exceptione vti nõ poſſe,cùm necdum appareat de illa calumnia: & licet in proceſſu cauſæ ſit fortè apparitura, hoc tamen nihil ad eximentem, ad quem non pertinet excutere merita cauſæ,an vera ſint,an calumnioſa In alijs verò caſibus quos ſuprà poſuimus,vbi iniqua eſt vocatio in ius, bene procederet exceptio prædicta eximentis.Super libello alterius tituli,De eo per quem factum.proponi poteſt propemodum ſicut ſuprà patuit, niſi quòd medium concludendi variat, ſcilicet,quòd Flaccus triſte aliquid per dolum nunciauit vocato in ius,quo eum impediret,cuius ratione interſit actoris in decem,& iſta decem petet pro intereſſe. Et ita ſumus cùm laude DEI expediti de iſto §. Intremus nunc ſcopulos alterius §.

§.Præ

§. Præiudiciales.

1 Præiudicium quid.
2 Præiudiciales actiones triplices.
3 Exceptio præpoſterationis.
4 Aduocati cauilloſi.
5 Status cauſa, præiudicialis.
6 Præiudiciales prætoriæ in rem.
7 Adiunctum quid operetur.
8 Status cauſæ tres.
9 Præiudiciales dupliciter controuertuntur.
10 Replicatio præiudicialis.
11 Exceptio, replicatio &c. quando præiudiciales dicantur.
12 Dominus quomodo ſeruum adſerat.
13 Præiudiciales quare ſic dictæ.
14 Adſcriptitii qui dicantur.
15 Cenſiti qui hodie intelligantur.
16 Proprii homines.
17 Serui quomodo ſe liberos adſerant.
18 Actio dupliciter dicitur directa.
19 Directa actio cui detur.
20 Contraria actio quando detur.
21 Actio directa vtili oppoſita.
22 Vtilis actio quæ, & qualiter detur.
23 Patronus & libertus quomodo inuicem agant & conueniantur.
24 Vaſalli an libertis æquiparentur.
25 Seruitus morti comparatur.
26 Pater quomodo filium, ſe patrem vel non eſſe, adſerat: & e diuerſo, vt filius agnoſcat patrem.
27 Præiudicialium libell. & practica.

Hic ego primo premitto, quid ſit preiudicium, de quo tractat Fab. Quintil. libr. v. cap. ij. quia tria genera ponit præiudicij. Verùm nos hanc materiam non proſequemur more rhetorico, ſed more legali, & quantùm ad præſentem materiam commodat, interſerētes nihilominus ſi quæ nobis ex Quintiliano conducere poſſunt. Ergo † præiudicium dici- 1
tur quod ante iudicatum, ſequentib. ſententijs vel negotijs dijudicādis viā ſternit, præbet limites. Iſta eſt diffinitio mea, quæ ex medulla nominis ſumitur. Vnde quandocunq; antea fuit iudicatū, & poſteà in alio negotio eſt ferenda ſententia, ſi ea quę antè iudicata ſunt obſtant ſequētibus, limitāt ſequentia, tūc dicitur præiudicium. Exempli gratia: Si generalis ſen-

tentia datur cõtra vniuerſitatẽ noſtrã quòd nõ poſsit gerere negotia mercatorũ;futuris ãnnis cõtingit quòd ex ſcholaribus aliquis vult eſſe mercator, petit ſe per ſententiam ad hoc admitti:ecce hic opponitur ſententia generalis data contra vniuerſitatẽ,Non potes eſſe mercator.quia pręiudicio teneris,id, eſt,antè iudicato,eo quòd antè iudicatũ eſt.Et ſic vbicunque data eſt ſentẽtia generali petitioni,& poſtea aliquis petat in ſpeciali rem,iſte auertitur pręiudicio.De hoc præiudicio diximus in l.ſæpe.ff.de re iud.per quinq; genera,quando res inter alios iudicata, alijs prodeſt vel nocet: hoc eſt, quando poſteriores litigãtes premantur vel non premantur iudicio.Et eſt magna barbaries in omnibus iuriſtis,qui præiudiciũ exponũt pro damno,pro iactura,vel grauamine:niſi fortaſſe per metonymiã velis figuratè loqui,quia pręiudiciũ eſt aliquando occaſio damni. Hoc eſt quod dicit Terent. in Phormione,Actum ne agas,id eſt,præiudicium te grauat.Et ſic cauſam ſumẽdo pro effectu,poſſet fortaſſe tolerari,ſi præiudicium pro iactura vſurparetur.Sed hoc fit ab homine Latino remotũ,nam ſępe etiam pręiudicia proſunt.Quid enim ſi cohæres meus in re aliqua indiuidua ſententiam obtinuit, ego poſteà in pari cauſa litigo,certè ſententia cohæredi meo data,mihi prodeſt,quia cauſa eſt indiuidua, puta ſeruitutis, itineris,viæ,& in multis alijs rebus.Paulus ad Timot.j.cap. v,dicebat:Sine præiudicio nihil agas,declinando in alteram partem:id eſt,niſi antè bene iudicaueris. Hierony.in Eſaiã dicit,nõ ex præiudicio DEI,ſed ex factis noſtris præmia penſari:id eſt,non ex eo quod DEVS antè iudicauit:quãuis Lutherani non accedãt ad hanc ſententiã,& neq; tuta eſt. Iureconſul.in l.Imperatores ff.de priuil.cred.dicit debere præiudicio experiri vt factũ præcedẽs tollatur:id eſt,iudicio quod antè præcedere debet quàm factum tollatur.vt gloſ.ibi benè exponit.Nunc ad materiam §.noſtri venientes,ſecundo præ
2 mitto,quòd † actiones præiudiciales,licet per Doct.variè diuidantur.tamen ex ſententia Bar.in l.fundum ff.de except.& præſcr.quẽ hic ſequitur Iaſon,ſunt in triplici differẽtia.Aliquæ dicũtur præiudiciales ratione contingentiæ, quia ita ſe contingũt quòd ſequens iudicium premitur per ſententiam prioris iudicij:hoc eſt,iudicium quod ſequitur eſt acceſſorium ad cauſam quæ primo eſt mota,ita quòd vtræq; cauſæ
ſeſe

ſeſe contingunt, ſeſe affricant, vt ita loquar. Exemplo res ſit clara. Ego peto à te quòd diuidas hęreditatem, tu contrà cõtendis quòd nõ ſim hæres, quomodo ergo mecũ diuidas hæreditatẽ? Ecce hic ſunt duo iudicia, ſcilicet diuiſoriũ hæreditatis. & an ſim hæres. Iſta duo iudicia ſeſe cõtingũt: quia non poteſt diuidi hęreditas niſi cũ hęrede. Ergo prius eſt quòd declaretur hoc iudiciũ, an ſim hæres vel non, quæ ſententia lata tunc præiudicatur alteri petitioni: quia ſi ſum iudicatus hæres, meritò mecũ diuides: ſi iudicatus ſum non eſſe hæres, rectè nihil diuides mecũ. Hũc caſum habetis in l. ij. ff. famil. er ciſc. & dicitur † exceptio vel pręiudiciũ prępoſterationis. Ecce hoc eſt primũ genus præiudicialiũ ratione contingentiæ. 3
Aliud exẽplũ habetis in d. l. fundũ. ff. de except. vbi ego petii à te fundũ Tuſculanũ, quẽ tu poſsidebas, quẽ dixi eſſe meũ, & ſic inſtitui cõtra te rei vẽdicationẽ, vt fundũ Tuſculanũ mihi reſtitueres: pẽdẽte lite ego addo aliã petitionẽ cõtra te actione cõfeſſoria, petẽs quòd cõſtituas mihi ſeruitutem eũdi per fundũ tuum in fundũ Tuſculanum meum, ſicut faciunt † cauilloſi aduocati, qui implicãt petitionẽ petitioni, vt aduerſarium ſubuertãt. Tu reus negas me audiri debere in poſteriori petitione, ſcilicet quòd des mihi ſeruitutẽ ad fundũ Tuſculanum, nam necdum cõpertum ſit quòd fundus Tuſculanus ſit meus. Ecce hoc loco præcedet rei vend. quæ incœpta eſt, & ſilebit petitio confeſſoria, quæ ſubſecuta eſt donec comperiatur an fundus Tuſculanus meus ſit, & mihi reſtituẽdus, quia tunc potero ei petere ſeruitutem: vel diffinitum ſit quòd fundus non ſit meus, & tunc fruſtra egi cõfeſſoria ad fundum alienum. Videtis, hæc duo iudicia ratione cõtingentiæ nõ poſſunt ſimul expediri, neceſſe eſt quòd alterũ ſileat propter præiudiciũ alterius: ideo dictæ præiudiciales, quia ſentẽtia dicta in vno iudicio, parat exceptionẽ rei iud. in alio iudicio. Simile caſum habui in Camera Imperii, vbi nobilis quidã Baro petiit ab Abbate aliquo pœnã magnã quòd ſuccidiſſet, inciſiſſet ligna in ſylua quę eſſet Baronis, & fuit cauilloſa petitiõ ex verſutia aduocati. Ego cùm hoc ſenſiſſem tanquàm aduocatus, mox cõuerti me ad hoc genus pręiudicialiũ, & dixi Baronẽ nõ eſſe audiẽdũ, cùm nõ ſit cõpertũ an ſylua ſit ſua vel nõ: imò Abbas prætẽdit ſyluã ſuã eſſe: quapropter debere vti rei ven. vt cõperiatur an ſylua Baronis ſit vel Abbatis: poſteà 4

data ſentẽtia,ſi diffiniatur ſylua ſua Baronis eſſe,iam agat ad pœnã ſi velit:ſi diffiniatur ſyluã eſſe Abbatis, iã Baro fruſtrà fatigabitur laborãs de pœna.Sed cauſa fuit alias concordata. Hoc eſt optimũ exemplũ.Hoc ergo eſt primũ genus prçiudicialium,quãdo in primum iudicium intruditur aliquod acceſſorium, quod poteſt tolli vel non tolli per ſententiã primi iudicii.Et regulariter,cæteris paribus, vbicunque obſtat exceptio rei iud.vt toto titulo ff de except.rei iud. tũc vertitur hoc genus præiudicii, quod iam declarauimus,quòd ſententia præcedens præiudicio obſtat cauſæ ſequẽti.Cæterùm de hoc genere præiudicialium non eſt ad propoſitũ. Secũdo dicitur cauſa præiudicialis propter præeminentiã,quòd vna cauſa eſt maioris dignitatis,magis ardua,quàm conſequens cauſa quæ immiſcetur,quia tunc maior cauſa facit ſilere minorẽ,donec expediatur:præiudicio ſuo premit minorem, vt quieſcat:ſicut dicimus, Motus maiores expellunt minores. Exẽplum habetis in petitione hæreditatis, quæ eſt potẽs cauſa,eſt iudiciũ prçeminẽs,quia dicitur iudiciũ Centumuirale, quod magna pompa olim agebatur.Vnde ſi aliquis petit hæreditatẽ à poſſeſſore, tunc interim nõ poſſunt peti legata & libertates,tãquam minora iudicia, donec expediatur maius, ſcilicet vniuerſale iudicium petitionis hçreditatis.Ita fuit de iure Digeſtorum,cùm certis tamen moderationibus,de quibus in l.ſi quis libertatẽ.ff.de petit.hær. Hodie de iure Codicis aliud eſt.l.fi.C.eo.ti.Vnde accipe aliud exemplum in l.fi. C.de ord.iud vbi ſi aliquis criminaliter accuſauit Titiũ furti vel alterius delicti, & pendẽte lite vult etiã ciuiliter agere contra accuſatũ ſuper aliquo debito,deciditur quòd actio ciuilis debeat quiſcere, donec terminetur quæſtio criminalis, vt quæ potentior ſit & magis ardua.Hic cauſæ contingentia non facit præiudiciũ,quia criminale à ciuili, & è diuerſo,nõ pendet, alterũ non cõtingit alterũ, ſed eminentia facit præiudicium. De hoc ſecundo genere etiam nihil eſt ad propoſitum.Tertiũ genus præiudicii eſt,cùm de cauſa ſtatus agitur: vt,ſi pater petat Titium in filiũ iudicari.& obtineat quòd filius ei adiudicetur,hæc ſentẽtia præiudicat filio, premit eũ, obſtat ei coërcet eum,quòd iam cogitur eſſe in patria poteſtate,iam cogitur explere iuſſa patris,itẽ nõ poteſt plus ſtare in iudicio ſine aſſenſu patris.Ecce quã in multis præiudicat

cat ſententia hæc patris, vt rectè & optimo iure dicatur præiudicialis. Sic etiam ſi petitur aliquis in ſeruum, in hominẽ proprium, aliquis nobilis, aliquod monaſterium, ſi obtineat per ſentẽtiam, quid operatur hæc ſententia? multa omnino: quia iſte homo proprius non poteſt plus fieri fugitiuus, item non poteſt plus de iure Digeſtorum dicere teſtimonium, itẽ non poteſt plus eſſe ciuis in ciuitate, item dominus ſuccedit ei in tertia parte, & multa alia miſeranda, quæ ſunt impoſita ſeruis, & propriis hominibus. Iſta omnia veniunt ex præiudicio, id eſt, antè iudicato, quapropter inſigne eſt in hoc genere quod dicatur præiudiciale. De hoc genere diſſeruimus hic in § præiudiciales. in quo multa pulchra dicentur. Inter hæc memineritis eſſe etiã multas alias præiudiciales: nã vbicũq; res inter alios iudicata, aliis nocet vel prodeſt, tũc ſẽper adeſt præiudicium, quia res inter alios dicta, aliis prodeſſe vel nocere non poteſt, niſi adſit aliquod præiudicium, id eſt antè iudicatum, de quo dixi per complures dies in l. ſæpe. ff. de re iud. vbi quinque genera poſui cau arum quæ præiudicãt vel non præiudicant: in quibus potiſsimum eſt, quando ſententia lata in vno, facit ius in omnib aliis dependentibus, vt ibidem latè declarauimus. Accipiamus §. præiudiciales, qui diuiditur in duas partes: primo enumerantur cauſæ præiudiciales, deinde excipitur vna. Dicite in ſumma: Quæſtiones † ſtatus, ſerui, liberti, partus, præiudiciales in rem ſunt, libertatis ciuilis eſt. Coll. ex text. noſtro, quòd iſtæ tres actiones præiudiciales dicũtur habere cauſam ſtatus, quia ſtatus, & qualitas intrinſeca & ipſa cõditio eſſentialis vertũtur in quæſtionem. Hic enim dicitur ſtatus, cùm de conditione eſſentiali quæritur, id eſt, an ſeruus ſit, an liber. Secũdo coll. quòd iſtæ tres actiones dicũtur † prætoriæ in rem, & annumerãtur realibus prætoriis, quod eſt mirabile Cùm enim ſuper perſona quæſtio moueatur, quomodo poteſt dici actio realis? Nõne perſonale & reale differũt? Quid ergo molitur Imperator, cùm dicit has actiones eſſe in rem, & tamen ſunt in perſonam? Non eſt mediocre dubium. Dicite ex ſententia Docto. hic, Ioan. Fab. & aliorũ, quòd ideo dicũtur in rẽ, quia quæſtio ſuper huiuſmodi perſonis vertitur tãquã ſuper quacũq; alia re, & perſona venit in iudiciũ tanquam mera res. Negari enim nõ poteſt, quin ſeruus ſit res. Vnde dicit eleg. gl. j. in l.

5

6

cùm aliquis.C.de iure.delib.quòd ſeruus vendicatur vt quidã aſinus,ac ſi aſinus vendicaretur, quia ſola res cõſideratur. Sumite exemplum naturale, vt intelligatis hoc. In niue ſunt duo,frigus & albedo.Poſſum conſiderare frigus,& concipere frigiditatem.& non conſiderare albedinẽ , quia frigus me vrit,quod cõſidero. Sic in ſeruo ſunt & perſona & res: poſſumus per abſtractionẽ intellectus cõſiderare rem,& non conſiderare perſonam.Et hoc eſt vobis ſeruandum , quia Doct. non tangunt. Ang.Peruſ.in l.j.§.per hanc. ff.de rei vend.dat rationem legalem,id eſt,à poſteriori, quòd ideo iſtæ actiones dicantur in rem,quia habent ſimilitudinem cum rei vẽd. Nam ſicut res vendicatur & actor petit ſe declarari dominum,ita in noſtris actionibus actor petit ſe declarari dominũ ſerui,& vt reſtituatur ſeruus ex officio iudicis: quæ ratio eſt imperfecta,quia non habet locum cum ſeruus agit cõtrà dominum: quapropter ſuperior ratio eſt melior & magis expedita. Sed poſſet hic dubitari,cur Imperator ſelegit has tres actiones præiudiciales ab aliis actionib.realibus,cùm ſuprà in §.ſed iſtæ.verſ.aliæ.enumeraſſet plures prætorias in rem? cur tacuit iſtas tres,cur prætеriuit? Gl.magna hic in pri.dat rationem frigidam:quia cùm inter iſtas tres actiones vna habeat cauſam legitimam , procedat ex ll.& ſic ortu ſuo nõ eſt prætoria:vnde propter iſtam vnam actionem ſepoſuit Imperator etiam alias duas actiones in ſpecialem tractatũ . Hæc ratio,vt dixi,eſt frigida, quòd propter vnam actionem debeant differri duæ actiones. Colligit tamen ex iſta doctrina
7 gl.quòd ratione † adiũcti ſeruatur quod aliàs nõ ſeruaretur. Sic ſi plures plebeii deliquiſſent & eſſent puniẽdi,inter quos eſſet vnus nobilis,ſæpe fit quòd parcatur plebeiis propter vnũ nobilẽ. Et quid faciat ratio adiuncti, habetis eleganter & latiſsimè Felin.in rub.extrà de præſcript Alia autem & melior ratio eſt, quia quamuis noſtræ tres actiones dicãtur in rem, tamen non in puram & merã rem , cui non ſit admiſta perſona hominis : propterea meritò ſpecialis requirebatur tractatio,quia in §.ſed iſtæ.verſ.aliæ.enumerantur merè reales,hic autem non merè reales, ſed admiſtæ cum perſona.Et hoc eſt quod Imperator hic dicit , præiudiciales actiones in rem eſſe videntur:vbi verbum,videntur,ſignificat fictionem, impropriеtatem:& non exponas,videntur,id eſt,ſunt , quia hoc

hoc eſt magis verũ. Coll. præterea ex text. noſtro. † tres eſſe 8
cauſas ſtatus. Prima eſt ſerui & domini: nam & dominus
cõqueritur cõtra ſeruũ: poteſt etiã is qui ſeruus dicitur, con
queri contra aſſertum dominũ, quòd ſit liber & nõ ſeruus.
Deinde eſt cauſa ſtatus, vbi patronus aſſerit libertũ, & è di-
uerſo cõtra patronũ libertus agit, quòd ſit ingenuus & nõ li
bertus. Et tertia cauſa ſtatus eſt, cùm pater aſſerit filium, vel
è diuerſo cùm à patre petitur vt partũ agnoſcat, agnoſcat fi
lium. In his tribus exemplis verſabitur farina noſtra. Et hæ
tres actiones, cauſæ ſtatus, dicuntur verè & propriè præiudi
ciales: & quare ita dicãtur mox audietis. Vnde quamuis ſint
plures præiudiciales, ſicut ſuprà audiuimus in euidentialib.
& tractaui in d. l. ſæpe. de re iud. vbi de plurib. abunde diſſe-
ruimus, tamen omnes aliæ quantũcunq; præiudicent, quan
tumcunq; præferant antè iudicata, non tamen dicũtur præ-
iudiciales, niſi hæ tantũmodo tres in toto noſtro iure ciuili.
Vnde vbicunq; lex nominat præiudicia, cæteris paribus, ſem
per intelligite has tres præiudiciales: in quib. audiemus me-
morabilia & pulchra per aliquot dies. Et iſtæ † præiudicia- 9
les de quibus hîc loquimur, veniunt dupliciter in controuer
ſiam, aut principaliter, aut incidẽter. Principaliter, cùm do-
minus ſeruũ in ius vocat, dicẽs eſſe ſeruũ ſuum: vel è diuerſo
ſeruus dominũ in ius vocat, cõtendens ſe eſſe liberũ. Tũc di
citur cauſa ſtatus principaliter venire, cùm nihil aliud diſcu
titur, nihil aliud eſt in cõtrouerſia, quàm, an ſit aliquis liber
vel ſeruus. & ita etiam dicetis de libertis & patrono. Inciden
ter autem veniunt iſtæ cauſæ præiudiciales, cùm principalis
cõtrouerſia eſt ob aliquam aliam rem incœpta: & in iſta con
trouerſia incidit præiudicialis diſceptatio. Exempli gratia:
Stichus aliquis petit hæreditatẽ à poſſeſſore: hæc eſt princi-
palis cõtrouerſia. Poſſeſſor excipit cõtra Stichũ, dicẽs eũ eſſe
ſeruum & nõ capacẽ hæreditatis: de quo habetis exemplũ in
d. l. cũ aliquis. C. de iur. delib. & in l. ij. C. de ord. cog. cognit.
& tũc primo omniũ diſcutietur, determinabitur, expedietur,
an Stichus ſit ſeruus vel nõ ſit ſeruus. Iſta dicitur præiudicia
lis exceptio. Sumite aliud exemplũ. Stichus aliquis petit ſe aſ
ſumi in ciuẽ, petit ſe eligi in Doctoratũ. Ecce hoc principa-
le. Tertius aliquis obiiciat excipiendo Stichũ eſſe ſeruũ, nõ
poſſe petere talia. Ecce hîc præiudicialis venit incidẽter per

modum

modum exceptionis,quę tamen exceptio ante omnia examinabitur. Poſſunt etiam præiudiciales incidenter venire per
10 modum replicationis,& iſta dicitur † replicatio prę iudicialis. Exemplum habetis in l.quoniam Alexandrũ. C.de adult. vbi quidam Titius accuſauit Alexandrũ adulterij commiſsi cum eius vxore. Alexander obiecit accuſatori lenocinium.& ſic excepit contra eum quòd non poſſet accuſare,vt qui eſſet leno ſuæ vxoris,quam vltra legitimũ tempus domi retinuiſſet. Contra hanc exceptionem accuſator replicat dicens:Tu Alexander es ſeruus,non potes mihi obiicere talia.Ecce iam ante omnia examinabitur an Alexander ſeruus ſit vel nõ. Et iſta eſt replicatio præiudicialis.Iam credo quòd iſta nomina vobis nõ ſint incognita.De iſtis exceptionibus & replicationibus præiudicialibus elegãter loquitur Bal.in l.peremptorias.C.ſent.reſc.non poſſ.ponens regulam & doctrinam
11 pulchram:† Quandocunque reus conuentus obiicit ea quæ prius ſunt probanda,quàm actoris intẽtio:vel, quãdocunque actor replicat contra exceptionẽ rei, & priùs audiendus eſt quàm reus,tũc dicũtur exceptiones & replicationes prę iudiciales.dat pulchrum exemplum in l prę ſes.C.ad l.Flaui. de plag.vbi quidam agebat contra Titium quod occultaſſet ei ſeruum ſuum & vendidiſſet,& ſic cõmiſiſſet plagium. Alter dicit ſeruum fuiſſe ſuum proprium,& non actoris. Ecce hæc eſt exceptio præiudicialis,quia ante omnia cognoſcitur & examinatur vtrius ſit iſte ſeruus,actoris an rei.Redeundo nunc ad propoſitum,cùm habemus actiones præiudiciales, exceptiones & replicas,accipiamus primam cauſam prę iudi
12 cialẽ,ſcilicet domini & ſerui.In quo colligitis, quòd † ſi aliquis contenditur eſſe ſeruus,ſi iſte ſeruus eſt in quaſi poſſeſſione libertatis,id eſt,ſi ſe gerit pro libero, tũc domino cõſulitur per duo remedia:Aut enim experitur principaliter contra ſeruum,petens à iudice per ſententiam decerni,quòd Stichus ſit ſeruus ſuus,& quòd nõ licuerit ei ſeſe pro libero gerere.Secundum remedium,quòd dominus mox vadat ad iudicem ſine ſtrepitu iudiciali,& officiũ iudicis imploret:Domine Iud.habetis in ciuitate veſtra hominẽ qui meus eſt,decernite quòd poſsim eũ abducere,& quòd ſit ſeruus meus. Iſta duo remedia habetis in d.l.j.§.per hanc.ij.reſponſ.ff.de rei vend.cùm dicit,quòd homines in quib. eſt nobis ius,petuntur

tuntur præiudicijs, id eſt, actione præiudiciali, vel cognitione prætoria,id eſt,officio iudicis, vt ibidē rectè exponit gl.Ego dum eſſem hic protonotarius,ſcripſi multas ſententias in cauſa ſtatus. Nam comes de Tubingen.qui tūc vixit, ſignauit magiſtratui hic circiter viginti perſonas,qui eſſent ſerui ſui,vel proprij homines,& voluit vti officio iudicis,& iuſſu ipſius abducere: ſed non permittebatur ei, cogebatur iſtas perſonas ſolēniter in ius vocare, & contra eas agere,& cōplūres obtinuit per ſententiā, quas ſententias ego ſcripſi. Videtis optimi viri,an ne hæc materia ſit vtilis.Iſtæ ſentētiȩ omnes dicuntur præiudiciales. Et ſi quæras,† quare tamen 13 dicūtur præiudiciāles? Ioan.gloſſator,vt eum hic allegat gl. magna.dicit ideo eas ſic nominari quia omnes aliæ quȩſtiones ſilēt,quieſcūt,donec experiatur,ſit aliquis ſeruus, libertus,vel non ſit. Vnde quæcunq; quæſtio moueatur de quacunq; cauſa,ſi altera pars dicatur eſſe ſeruilis, mox omnes cauſæ aliæ cōquieſcunt,& examinatur cauſa ſtatus. Hæc poteſt eſſe bona ratio, quādo præiudicialia incidēter veniunt, quia tūc omnis alia quȩſtio quieſcit,vt diximus.Sed nō ſatiſfacit mihi hæc ratio,cùm cauſa ſtatus principaliter intenditur,quia tunc nulla alia quæſtio quieſcere poteſt,quia nulla alia in iudiciū deducta eſt.Tu ergo verius dices, vt ſuprà in euidentialib.declaraui. Et notate hoc,quia eſt meum:in Doctorib.enim non inuenietis.Ideo verius dicetur præiudicialis,quia hæc ſentētia nocet iſti ſeruo qui eſt ſeruus pronunciatus:in multis præbet graue ante iudicatū, id eſt, præiudiciū,quia iam dominus poteſt ſeruū abducere ſuo arbitrio, poteſt ab eo cautionē accipere,ne ſit fugitiuus,ne plus ab eo fugiat:poteſt ei imponere operas ſeruiles, poteſt eum arcere ne fiat ciuis in ciuitatib.itē ne ferat teſtimoniū:& multa miſera quibus ſerui premūtur. Iſta omnia ſunt in ſimplici ſententia præiudicio,id eſt ante iudicato, eatenus cōcluſa,ac ſi iudex ſingula verbis in ſentētijs expreſsiſſet.E diuerſo hæc ſentētia facit domino præiudiciū,id eſt,antè iudicatū,quia hæc ſententia prodeſt domino in omnib.quæ ad ſeruū pertinēt, ac ſi omnia iſta eſſent cōcluſa in ſententia. Vnde cùm iudex ſimplici ſentētia dicit,Decerno Stichum eſſe ſeruū Comitis: iam præiudicio decreuiſſe intelligitur in omnibus alijs iuribus quæ dominus habuit in ſeruū. Hæ doctrinæ ſunt nobis

vtiles

14 vtiles,& noſtris temporibus multum cōferunt quo ad†adſcriptitios,qui ſunt adſcripti terræ, qui nō poſſunt recedere ab agris,& ſunt tamen liberi,licet habeant notam ſeruilem. Item accōmodatur ad colonos,ad tributarios, ad curiales in curijs dominicis, ad cenſitos, & omnino ad omnia genera propriorū hominū,quos hodie cōſuetudo habet.In omnib. ſupradictis perſonis dominus agit actione præiudiciali cōtra quemlibet,iuxta eius conditionē. Et hodie proprij homines in varia cōditione referunt dictos adſcriptitios,colonos & cenſitos. Sunt enim loco adſcriptitiorum hi qui ſunt ſub Principibus,& habent ſtatū liberū, non tamen audēt à terra recedere,non ſunt liberi ciues. Iſti in tantū dicuntur adſcriptitij,quia ſunt adſcripti terræ Principis:quorum numero olim fuerūt Badēſes ſub Marchione,qui tamē hodie veri liberi ſunt. Sic & coloni hodie poſſunt intelligi illi quibus monaſteria,Comites,nobiles, aut alij dominij curiā colēdā tribuūt:iſti dicuntur quodāmodo proprij monaſteriorū &
15 aliorū dominorū cū tota prole ſua. Sed nomine†cenſitorū ego eos intelligo,qui præſtāt annua ſeruitia, iſti capos, alij gallinā,frumentū nonnulli, & ad nihil aliud tenētur, niſi ad reuerentiā dominis præſtandā.Ita varij ſunt proprij homines,quorū tamē aliqui plus ad ſeruitutē accedūt,aliqui plus ad libertatem, ſicut cōſuetudo noſtræ Germaniæ iſta quotidie indicat.Vnde cùm Doct.loquūtur de adſcriptitijs,colonis,cēſitis,inquilinis,originarijs,mox tu intellige proprios homines noſtri tēporis,aptando quenq; cuiq;,vt fieri poterit commodius.Audiuimus cùm domini experiuntur cōtra iſtos proprios homines : paria intelligamus è diuerſo, cùm
16 †proprij homines,ſerui, adſcriptitij &c. experiuntur cōtra dominos,vt ſententiā libertatis obtineāt. Formas libellorū poſteà audiemus. Nam iſta eſt etiā præiudicialis de qua nos
17 hîc loquimur.Vnde ſi†dominus aliquis vſurparet ſeruitutē vel ius proprietatis in aliquo,& moleſtaret eū, iſte poteſt agere præiudiciali cōtra dominum, dicere,quòd ſit in quaſi poſſeſsione libertatis,& petere quòd liber pronūtietur.Hoc ſæpe cōtingit in Germania.Itaq; præiudiciali agitur ſiue directa dominus cōtra ſeruū, ſiue aſſerti ſerui cōtra dominos agant.Sed hîc incidit pulchra dubitatio, qua actione experiantur vtræq; partes,& domini cōtra proprios homines,&

hi contra

hi contra illos, an iſta actio ſit directa, an cōtraria, an porrò ſit vtilis. Gl. magnam hic habetis mirabilem & obſcurā, quā Doct. antiqui nō intellexerūt, propterea eam reprehēderunt tanquā abſurdā, pręſertim in eo quod dicit iſtas cauſas pręiudiciales in adſcriptitijs & cæteris proprijs hominib. habēre actionē vtilē & directā & contrariā etiā, licet hoc alicubi neget gl. & ſe inuoluat, vt Doct. dicāt, Fab. Dyn. & alij gl. in ſeſe eſſe contrariā & diſsidere, quia vtilis & directa nō poſſunt ſimul ſtare, ſicut nec album & nigrū. Hoc fortè nunquā intelligeretis, & eſſent omnia huius §. imperfecta, ſi iſta diffi cilia nō declararētur. Dicite ergo, † actio diditur directa du 18 pliciter: aliquando cùm opponitur contrariæ, & aliquando cùm opponitur vtili actioni. Directa primo modo dicitur illa quæ reſpicit, & quæ † datur principaliter contrahenti, & 19 aliā partē obliganti. Exēpli gratia: Mādator cùm mādat Titio, iam obligat Titiū vt mandatū exequatur. Depoſitor qui deponit rem ſuā apud Titium, obligat Titiū vt rem ex fide cuſtodiat. Neg. geſtor obligatur ei cuius negotia gerit, vt bene gerat. Pupillus obligat tutorē, vt fideliter ſe habeat in tutela. Ecce iſti dicūtur principaliter cōtrahentes, & alios obligantes. Iſti omnes, cùm experiuntur, habēt directā actionē, id eſt, rectā, plenā, quę rectè procedit de actiuo ad paſsiuū. E diuerſo illi obligantur ex cōtractu, faciūt aliquādo ſumptus, patiūtur expēſas, incidūt in damna ratione cōtractus. Nam procurator cùm explet mandatū, cogitur facere expenſas. Depoſitarius facit expenſas in re depoſita. Tutor aliquādo patitur ſumptus cùm res pupilli gerit. Ecce iſti etiā habēt actionē, & id meritiſsimè, quia nemo militat ſuis expenſis. An habeant directā contra alios quib. ſunt obſtricti? Certè nō: ergo ius † dat eis actionē contrariā, id eſt, è regione eis 20 cōpetentē. Hinc emergit tit. de cōtrario iudicio tutelæ, ſcilicet quādo tutori ſunt ſumptus & expēſæ reficiēdæ: quod dicitur cōtrariū iudiciū. Hęc eſt directa primo modo, quę opponitur cōtrarię, quādo principaliter obligātes agūt contra alios, & qn̄ iſti alij agūt cōtra principaliter obligātes: illhic eſt directa, hîc verò cōtraria. In quo memineritis, ꝙ ſi cōtractus ſunt prīcipaliter vltrò & citrò obligatorij, tūc vtrobiq; dat̄ directa actio, & neutrobi cōtraria, vt exemptiōe & vēditiōe. Emptor directò agit cōtra vēditorē vt tradat rē emptā:

venditor

venditor principaliter agit contra emptorem vt ſoluat pretiũ.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.empt. Iſtæ ambæ actiones ſunt directæ, quia ambæ perſonæ ſunt principaliter obligãtes. Venditor obligat alium ad pretium, emptor illũ ad rem. Hic non habet locum actio contraria. Inter ſocios vbiq; eſt actio directa, quia alter aliũ principaliter obligat, & omnes dicuntur eſſe perſonæ principaliter obligantes, omnes principaliter contrahentes, quia ſocij habent inſtar fratrum. Et in ſumma, actio cõtraria habet inter cõtrahentes nunquàm locum, niſi in caſibus à iure expreſſis. quod dicit notabiliter hic gl. magna poſt princ. ante medium, quam gl. in hoc Bal. in l. ædita. xviij col. ſecundum laſ C. de æden. nõ inueniri alibi dicit. Alio modo dicitur † directa actio quæ opponitur
21 vtili: iſta directa actio nihil habet cõmune cũ directa primo modo. Et dicitur directa ideò, quia ex verbis & mente legis datur. & vbicũq; lex facit mentionẽ huius vel alterius actionis. Iſta actio dicitur directa, quia directò procedit à lege, & velut è fonte erumpit. Sic in propoſito noſtræ tres cauſæ ſtatus præiudiciales, faciunt directam actionem, quia habemus legem ſcriptam quę hoc dicit expreſſis verbis, nempe § pręiudiciales. vbi exprimũtur iſtæ cauſæ. Cæterũ † vtilis actio
22 quæ opponitur huic directæ, dicitur ea quæ nec ex verbis legis, nec ex mente legis competit, imò legiſlator non cogitauit de eis, ſed poſteriores Iureconſulti moti æquitate & rationis paritate, extendũt etiã ad cauſas non nominatas in lege: de quo habetis pulcherrimum text. ſuprà de legit. pat. tut. vbi ponũtur iſta verba, quæ & ipſa ſcilicet patro. tutela legitima vocatur, nõ quia nominatim in ea lege ſcilicet xij. tab. de hac tutela caueatur, ſed quia per interpretationẽ perinde accepta eſt ac ſi verbis legis introducta eſſet. Huiuſmodi actiones vocantur vtiles, opponuntur directis ſecũdo modo, quia per extenſionem, per interpretationem, ex æquitate & paritate rationis dantur. Vnde in propoſito, iſtæ cauſæ præiudiciales circa adſcriptitios, colonos, proprios homines, nulla lege dicuntur præiudiciales, lex earum non meminit, ſed interpretatio gll. & Doct. & noſtra Iuriſtarũ eccleſia extenderunt eas cauſas ad præiudiciales. Vnde in eis dantur actiones vtiles, & nõ directæ ſecundo modo. & hoc voluit gl. cùm dicit, dari in iſtis præiudicialibus vtilem & directam: vtilem,

vtilem,quo ad directam ſecũdo modo:directam, quo ad directam primo modo, quia in iſtis præiudicialibus vtrobiq; datur directa actio,ſiue dominus agat contra ſeruũ,ſiue ſeruus contra dominum. Et contraria quæ opponitur directæ primo modo, locum nõ habet in noſtris præiudicialib.quia ſuprà dixi ex gl.contrariam non dari niſi caſib.expreſsis. Et quia ſunt in cauſis noſtris perſonæ principaliter obligantes vtrobique:cùm dominus agit contra ſeruum,eſt principalis controuerſia: cùm ſeruus agit contra dominum ſuper liber tate,eſt principalis controuerſia:igitur contraria non habet locum.De iſtis actionibus contraria & vtili, habetis gl.in l. conſenſu.ff.de act.& Bart.in l.curatoris.C.de neg.geſt. Pro reſolutione prædictorũ dicite tria vel quatuor verba.Primo præiudiciales, de quibus hìc in textu vtrobique petuntur actione directa primo modo, & neutrobi contraria, quæ nõ habet locum niſi in caſibus iuris expreſsis.Secundũ verbum, præiudiciales,de quibus hic in text.neutrobi petũtur actione vtili,ſed directa ſecũdo modo, quia tales actiones ſunt in iure expreſſæ. Tertium verbum,præiudiciales in adſcriptitiis,colonis,propriis hominibus,petuntur vtrobique actione directa primo modo,& non contraria. Quartũ verbum, præiudiciales iam dictæ in adſcriptitiis &c.nõ petũtur actio ne directa ſecundo,ſed vtili. Iſta ſunt ita clara quæ poſſunt etiam palpari circa directam & vtilem. Accipiamus nunc ſecundum exemplum,† patroni & liberti.Hic repetimus propemodum omnia quæ ſuprà ſunt dicta in materia dominorum & ſeruorum: quia ſi iudicatur aliquis eſſe libertus,hæc ſententia facit præiudicium,id eſt,antè iudicatum, in omnibus iuribus quæ pertinent ad libertum: nam tunc cogentur ad operas obſequiales,id eſt,ad reuerentiam præſtandam pa tronis.Et hoc iuris eſt etiã in manumiſsis noſtri temporis, licet iſta propter imperitiam iuris ignorentur.Nam qui ma numiſſus eſt à domino ,tenetur ad reuerentiam perpetuò, etiam ſi per principem reſtitueretur natalibus, & haberetur ingenuus.Et ſi patronus pacto liberet libertum ab omni ne xu,ſemper tenetur ad reuerẽtiam,per notab.text. in l.venia. C.de in ius vocand.& in l.ij vt credo.C.de op.lib. quod eſſet inculcandum noſtris manumiſsis,qui poſt manumiſsionẽ ſolent contẽnere dominos & patronos. Item nunquã poſ-

23

ſunt vocare in ius patronos ſine venia. Item nullã famoſam actionem, vel quæ ſugillet honorem aut bonam opinionem patroni, vnquam mouebit contra patronum. quod eſſet inculcandum ſacerdotibus, qui à patronis cõſequuntur beneficia. Item non poſſunt facere teſtamenta, quin tertiam partem patronis relinquant: quod malè ſeruatur. ff. de bon. lib. per diſcurſ. Item coguntur alere patronum pauperem, & alia his ſimilia, quæ habentur. ff. de iure patr. Ecce in tantũ præiudicat, id eſt, prodeſt vel nocet ſententia lata contra libertum pro patrono. Eadem dicetis ſi libertus contra patronũ egerit, ſe non eſſe libertum, ſed eſſe ingenuum: de quo habetis ff. ſi lib. ingen. eſſe dic. Quid de † vaſallis noſtri temporis?
24 de feudatariis, qui habent feuda à dominis? Communis opinio habet quòd comparentur libertis, & ita in vſibus feudorum ſæpe ſumuntur argumẽta à libertis ad vaſallos. Dicite, quòd quo ad formam fidelitatis, & ad capitula quæ iurare habent vaſalli, quæ habetis in vſib. feud. de form. fidel. & in titu. de noua form. fidel. in his propemodum æquiparãtur libertis, quia coguntur præſtare operas militares domino in exercitum eunti. Non poſſunt coſulere contra dominos, nec iungi inimicis domini, ſeruare occulta domini tenentur, & nulla omnino perfidia niti contra dominum: quod malè ſeruatur. In iſtis non nego quin ſumatur argumentum à libertis ad vaſallos: ſed in hoc maximè differunt, imò nihil commune habent, quòd vaſallus eſt ingenuus & homo liber, vt ſunt nobiles. Imò etiam principes poſſunt eſſe vaſalli, & cũ domino nihil habent commune, niſi ratione feudi, niſi propter beneficium quod acceperunt, quo feudo refutato, omne vinculum inter dominũ & vaſallum diſſoluitur: quod nõ eſt in liberto. Libertus eſt nouus homo factus per patronũ, ac ſi priùs in rerũ natura nõ fuiſſet, quia † ſeruitutẽ mortalita-
25 ti comparamus. l. ſeruitutem. ff. de reg. iu. Et ita ſentite de vaſallis. Videte, ſi vultis, in Intell. meis, in l. ſi nõ ſortẽ. §. libertus. ff. de cond. indeb. Accipiamus tertiũ exemplum, de partu agnoſcendo, hoc eſt, vt † pater agnoſcat partũ, vel etiã agno-
26 ſcat filium, & è diuerſo, vt filius agnoſcat patrem. Iſta cauſa agitur dupliciter, aut ſummariè propter alimenta, aut ordinariè propter præiudicium. Summariè procedendo, cùm petitur à iudice vt Titius præſtet alimẽta partui ex ſe nato, iſta cauſa

cauſa alimentorum eſt multũ fauorabilis,& non eget libello,vt voluit Petrus de Anch.Clem.j.de iure pat. Hæc petitio alimentorum conſueuit frequentari in ſcholaribus,qui aliquando dicuntur prægnaſſe mulierem,& ipſi negant hoc,& pernegant, nihilominus poteſt peti quòd ſcholaris intereà alat partum,& hoc debebit decerni. Cæterùm iſta ſententia non præiudicat ſcholari vt propterea dicatur pater.hæc habentur in l.ſi quis à liberis.§.ſi vel parens.ff.de liber,agnoſc. & eleganter in l.ſi iudex.ff.qui ſunt ſui vel al.iur. Et hoc quo ad alimenta.Secundo agitur aliquantò ſolennius,tractatur cauſa prçiudicialis,cùm pater petit Flaccum in filium ei adiudicari: quæ ſententia ſi datur pro patre, præiudicat filio: quia cogitur redire in patriam poteſtatem,cogitur venerari patrem,nullam contra eum mouere litẽ,in bonis aduentitijs ei relinquere vſumfructũ,honori ſuo ſemper deferre.l.honori.ff.de obſeq.à lib.& lib.præſt.Item nõ poteſt ſtare iudicio ſine cõſenſu patris,& quç ſunt ſimilia.E diuerſo ſi filius agat contra patrem,quòd emãcipet eum, vel quòd agnoſcat eum in filiũ,id quod ſçpe fit contra duros patres,quòd filij agunt præiudicio,vt agnoſcantur,quç ſententia contra patrem lata præiudicat, id eſt, nocet patri,& prodeſt filio. Poſſent & alia dici circa hoc tertium exemplum,de quo videte Bar.in l. ſiue contra.ad fin.ff.de lib.agno.vbi pulchrè tractat & tenet, quòd frater contra fratrem poteſt agere præiudiciali vtili: item cognatus cõtra cognatum,vnus de nobili familia contra alium,vt agnoſcatur frater vel cognatus,vel nobilis de familia:quæ ſententia præiudicat,vt is qui obtinet,ferre poſsit nomen familiæ,cognationis,poſsit ferre arma,inſignia nobilium,poſsit ſperare feuda vel alias ſucceſsiones. Expediti de theorica,formemus iam libellos in practica. Et primo,ſi dominus experiatur cõtra ſeruum,vel cõtra hominem proprium,dicet: † Domine Iud.quamuis Stichus iſte ſit ſeruus 27
meus,vel homo proprius, ipſe tamen certo iam tẽpore à me aufugit.& pro libero ſe geſsit & gerit, me tanquam dominũ ſuũ abnegando:vnde peto me declarari dominum.& ex officio veſtro humiliter implorato,eum mihi reſtitui in dominicam poteſtatẽ reducendũ.Huic libello poteſt addi(licet nõ ſit neceſſe,nec etiam ſemper conſultũ)ſeruũ eſſe meũ ex matre ſerua natũ,fratres & ſorores habere omnes ſeruilis notç.

Iſta,vt dixi,non ſunt neceſſaria in libello,licet ſæpe vſurpentur,ſed poſſunt poſteà ſeruari in poſitionibus. E diuerſo ſi homo proprius vel ſeruus experiatur contra dominū vt ſeſe
18 aſſerat in libertatem,ſic dicet:† Domine Iudex,quamuis ego ſim de liberto vētre natus & ingenuus,tamen Titius in ſuam poteſtatē me redegit pro ſeruo ſuo,& vt ſeruum ſuum vſurpat,ſeruilibus operis indebitè grauando:vnde peto per ſententiam veſtram declarari & diſcerni me eſſe liberum hominem,meiq; iuris eſſe,dictoq; Titio non licuiſſe nec licere vt in meæ libertatis iacturam me poteſtati ſuæ ſubijciat,& ſeruilibus operis premendo pro ſeruo me detineat. Iſti libelli ſunt hodie vtiles,& poſſunt frequentari,cùm monaſteria aliquando vel nobiles aſsignant ruſticis curias colēdas:qui ruſtici etſi ſint liberi homines,tamē mox ſubduntur in ſeruitutem propter curias.Iſti relinquendo curiam aſſerere ſe in libertatem poſſunt,ſicut etiam eſt quotidianum in noſtra prouincia hîc & alibi,ſi aliquis liber homo migrat ad villam nobiliū,& ibi domicilium ponit,mox habetur pro ſeruo,pro homine proprio,& tamē in veritate liber eſt: quem morem vſurpant certi nobiles,quos non nomino. Ecce iſtis poſſet ſubueniri per ea quæ hic tradimus.Libellus inter patrem & filium,conſequenter prædictis per vos formari poteſt.

§. Sic itaque diſcretis.

1 Actio perſonalis ad transferendum dominium confert.
2 Dare, tradere,reſtituere rem,differunt.
3 Reſtituere eſt verbum generale.
4 Meum,non poteſt amplius fieri meum.
5 Apparere & videri,ſunt æquiualentia.
6 Condictio furtiua eſt rei perſecutoria.
7 Famoſæ actiones.
8 Infamia facti duplex.
9 Condictio furtiua degenerat.
10 Fur pluribus actionibus tenetur.
11 Condicere quid.& num.15.
12 Condictionis furtiuæ proprium.
13 Fur ſemper dicitur eſſe in mora.
14 Vendicatio realis,condictio perſonalis eſt.
16 Furtiuæ actionis practica, & libellus domini contra ſeruum.
17 Libellus ſerui contra dominum.

Quem

QVEM continuate vſque ad §.ſequens. Tria fa-
cit breuiter. Primo dicit, in actionibus reali-
bus non eſſe dandum. Secundo excipit furem.
Tertio ponit differẽtiam inter vtraſq; actio-
nes in nomine. Imperator in propoſito paruo
pedi magnũ calceum induit,& dicit Fab.quòd non per verba
aptata Imperator ſe hic diffundat. Coll.ex text. quòd actio-
nib.realibus & perſonalibus diſcuſsis, nunc effectũ & virtutẽ
actionis perſonalis docet:nẽpe quòd † actio perſonalis com 1
petit ad dandum,hoc eſt,ad transferendum dominium. Dare
enim eſt accipientis facere,id quod decies millies in iure dici
mus,& ad hoc ſemper allegatur text.noſter, qui velut Am-
phion totum circũuolat orbem Iuriſtarum:& habetis ſimi-
lem tex.in l.vbi autem.§.fi.ff.de verb.obl. Nam dicitur ibidẽ,
quòd qui fundum dare promittit,non pręſtat promiſſa,non
ſatisfacit promiſsis,niſi fundum accipientis faciat. His con-
ſequenter ſecundo coll.differentiã inter rem dari,rem tradi,
& rem reſtitui. † Res dari tunc dicitur,cùm transfertur do- 2
miniũ,vt iã dixi,quæ eſt obligatio dandi,in qua regulariter
non venit intereſſe,quod tamẽ eſt alterius materiæ,quæ tra
ctatur in l.ſtipulationes nõ diuidũtur.ff.de ver.obl. Sed rem
tradi, regulariter purum factũ eſt:vt cùm aſino traditur ſel-
la,purum factum eſt. Et hæc obligatio rem tradi cùm ſit me-
rum, nudum factum, nullam habet vim annexam.arg.l.tradi
tio.ff.de acq.rer.dom. Aliquando tamen habet cauſam anne-
xam traditionis factum, videlicet cùm ex contractu emptio-
nis & venditionis traditur,quia venditor tradendo rem ven
ditam, transfert dominium in emẽtem,ſi eſt dominus:ſin ve-
rò venditor non eſt dominus, transfert in ementẽ vſucapien
di conditionẽ.l.clauibus.ff.de contrah.emp.l.ex empt.ff. de
fact.empt.quo loco traditio non eſt nudũ factum,ſed habet,
vt dixi,cauſam annexã. Et vſque adeò neceſſe eſt in cõtractu
venditionis tradi(pulchrum verbum audite)vt ſi promitteret
venditor dare velle rem,tunc non eſſet contractus emptio-
nis & venditionis,ſed eſſet contractus innominatus, Do vt
des. Et hoc modo diſſoluitur difficile contrariũ in l.fin.ff.de
cond.ob cauſ.vbi promiſerat aliquis ſe dare velle Titio Sti-
chum pro decẽ,quæ ſunt annexa verba in cõtractu emptio-
nis,tamẽ nõ eſt emptio,ſed cõtractus innominatus, Do tibi

Stichum vt tu des decem.& hoc facit verbum Dare:Illud por
rò non eſt prætereundum,quòd tunc traditio eſt nudi facti,
cum ſpecies,corpus aliquod traditur. Sed ſi promitteretur ge
nus tradi,tunc tradere non haberet nudum factum,ſed habe-
ret vim dandi. Exempli gratia,vt intelligatis:Ego promitto
tibi hominem meum,hoc eſt genus,non eſt ſpecies,quia ſub
homine in genere intelligimus omnes ſeruos particulares,
Stichum,Herodem,Pilatum,& cætera indiuidua. Cùm ergo
promittimus tradere hominem,hoc eſt genus incertũ,quem
hominem ſim traditurus,album vel nigrum. Vnde ſi trado
Stichum,debeo eum ita efficaciter tradere,quòd ſit factus ac
cipientis,& nuda traditio nihil faceret,vt eſt tex.in l.cùm in-
certus.in l.ſi à ſubſtituto.§.fin.ff.de lega.j.quod mirum eſt,
quòd traditio degenerat hoc loco in dationem. Sed hoc eſt
propter incertitudinem generis,quia promiſſor non ſatisfa
ceret ſi traderet alienum hominem. Vt ergo promiſsio non
deludatur, hoc loco qui tradit, faciet rem accipientis. Non
ignoro quòd Barto.& Doct.communiter omnes in l.ij.ff.ſi
cert.pet.& in alijs locis,in d.l.ex empto.hãc doctrinam cùm
genus promittitur,intelligi de alio genere, ſcilicet de pecu-
nia,vino,frumẽto,oleo,&c.ſed ſalua venia errãt permiſcen-
tes genera,in quo remitto vos ad intellectus meos in princ.
3 circa quartam generis acceptionem. At † rem reſtitui dire-
ctò pertinet ad actiones reales,vel cùm reſtituũtur res com-
modatæ,depoſitæ, vel pignora,vel cætera id genus. De iſtis
tribus differentijs videte latiùs Bar. in d.l.ſtipulationes non
diuiduntur. Audiuimus de obligatione, rem tradi, & rem
reſtitui,quantùm ad præſentia ſatis fuit. Quid autem ſi ali-
quis promittat fundum,iumentum,vel equum,aut aliud cor
pus,ſimpliciter,ſine adiecto,quòd promittat dari,tradi, aut
reſtitui? Hoc enim quotidie fit quod dicitur,promitto tibi
vas,librum,calicem.Pulchrum eſt hoc inueſtigare:quod ſò-
lus Bal.attigit in d.l.ſi à ſubſtituto.§.fi.ff.de leg.j.Dicite pul
chrè & notabiliter,quòd aut ex præfationibus partiũ cogno
ſcitur iſta conuentio,vt quia partes contrahentes anteà per
duos vel tres dies,aut per duas vel tres horas ſimul aliqua lo
quebãtur ſuper cauſa promiſsionis,tũc promiſsio regulabi-
tur ſecundum præcedentia:l.triticum.vbi eſt text. notabilis.
ff.de verb.oblig.vbi quidam promiſit triticum ſimpliciter.

Iſta

Iſta promiſsio regulatur ſecũdum quòd contrahentes antea inuicem interlocuti ſunt. Eſt notabile verbum hoc: Bal. non dicit, ſed ego addidi ex meo. Aut iſta promiſsio poteſt declarari ex natura contractus, ex conditione contractus. Exemplum: Si diceretur, promitto commodare librum, promitto deponere lancem apud te, iſta ſunt verba ſimplicia & generalia, ſed indicant naturã contractus, propterea in huiuſmodi promiſsionibus intelligitur rem tradi commodato, tradi ad depoſitum. Cæterùm in dubio, cùm nihil præcedat ex quo poſsit declaratio ſumi, is qui promittit fundũ, librum, calicem &c. intelligitur promiſiſſe dari, id eſt, accipientis facere. Ita notab. Bald. loco præalleg. cuius doctrinam commendat ibidem Ioan. de Imol. Et eſt valde notabile dictum cùm dicitur, promitto fundum, quòd in dubio intelligatur velle dare & transferre dominium. Tertio coll. ex text. noſtro, † res 4 quæ ſemel eſt facta mea, non poteſt plus fieri mea. hoc patet ad ſenſum, & eſt text. in l. iij §. ex plurib. in fin. §. ff. de acquir. poſſ. Vnde nõ poſſet aliquis rem ſuam ab alio petere, ac ſi appareat eum dare oportere. Hæc verba text. variè per Docto. exponuntur. Placent. dicebat eſſe verba cuiuſdã actionis, ſcilicet iſta verba, Ac ſi apparet &c. Fab. & Ang. dicunt eſſe truffam. Vnde Dyn. aliter intelligit, quòd ſit quædã ſolẽnitas verborũ olim vſurpatorũ: quod Iaſon dicit eſſe fatuitatẽ. Fab. & Aret. exponũt, Ac ſi apparet, id eſt, agat. quod irridet hic Iaſon, dicit quòd exponant album per nigrum. Ipſe autem Iaſon exponendo ſupplet hoc verbum, Petere, ſic videlicet, ac ſi apparet petere dare eum oportere. Et ita nihil eſt quicquid iſti Doct. dicunt. Tu expone, Apparet, id eſt, videretur. Nam † apparere & videri, ſunt æquiualẽtia: & eſt ſenſus, ac ſi videretur eum dare oportere, qui eſt viuus & germanus intellectus. Verum eſt, iſta verba ſunt antiquæ obſeruationis, quæ hodie non vſurpantur, vt non malè dixerit Dynus, eſſe ſolennitatem verborum. Quòd autem diximus, rem quæ mea eſt, non plus poſſe fieri meam, intelligo ex cauſis ſucceſsiuis: id eſt, ſi hodie equus factus eſt meus, quia emi à Titio, & ſi Titius poſteà mihi donaret ſucceſsiuè, nihil ageret: ſi porrò cum mihi legaret in teſtamento etiam ſucceſsiuè, nihil ageret, quia quod meum eſt, ſucceſſu tẽporis non poteſt plus fieri meum ex cauſis ſucceſsiuis, ſed ex cauſis concurrentibus 5

in idem tempus, bene poteſt res aliqua fieri mea. Exemplum habetis in d.l.iij.§.ex pluribus.de aequir.poſſe. vbi ſi Titius emat rem, iam cõcurrunt duæ cauſæ, quia poſsidet pro emptore & pro ſuo, id eſt, tanquam ſuam: cum his duob.titulis vſucapit rem, quæ fit ex pluribus cauſis ſua. Aliud & melius exemplũ habetis in l.ſi creditori.§. Marcellus.ff.de leg.j.vbi ſi ego ſum debitor tuus, debeo tibi decẽ, hoc debitũ tibi lego in teſtamento, iam habetis rem debitã ex duab.cauſis, tũ quia tibi debetur, tum quia tibi legata eſt: & eſt hoc legatum vtile, nõ inutile, vt dicit ibid. text. Aliud exemplum in l.cùm quis. §.de peculio.ff.de ſolut.vbi cùm cõuenirem te, tu promittis iudicatum ſolui, & das fideiuſſorem, ego obtineo per ſententiam rem ſuper qua litigaui, tu eam rem ſoluis, præſtas mihi, iam iſta res eſt facta mea ex trib.cauſis, tũ ex cauſa iudicati, tum ex cauſa promiſsionis, quam mihi feceras, tum ex cauſa quòd fideiuſſor eſt liberatus. Ecce quomodo concurrũt plures cauſæ in idem tẽpus, quòd ex plurib.cauſis poteſt aliquid eſſe meũ. Secundo limitate hanc doctrinam in l.ſi rem meã. ff.de verb.obl. Nam ſi rem meam à te ſtipulor in caſu in quo ceſſaret eſſe mea, iſta eſt vtilis ſtipulatio, & ſic res quæ hodie mea eſt, poteſt poſt menſem iterum fieri mea, ſi interim deſiueret eſſe mea. Tertio limitate, ſecundum Nicol.de Neap. quem hîc allegat Iaſ. quia qui habet vtile dominum, poteſt poſteà conſequi directum. Nam ex vaſallo poteſt fieri dominus feudi. Item eſt caſus in l.j.& ibi gl.C.de donat.quæ ſub mod.vbi vtile dominium conuertitur in directũ. Item habes caſum in l.qui mortis.& ibi Dyn.ff.de mort.cauſ.don, vbi ſi dono tibi calicem vel librũ in ægritudine, & trado tibi iſtam rẽ, iam es dominus, ſed reuocabiliter: ſi mortuus fuero in illa ægritudine, iã es verus dominus. Et ex iſto ſumitur quarta limitatio, quòd quandocunque res eſt mea imperfectè, & vno ſolo reſpectu, iſta poſteà poteſt iterum fieri mea perfectius, & alio reſpectu. Nam cùm legatur mihi res ex teſtamẽto, iam ſum dominus quodã priuilegio, mortuo defuncto, ex fauore voluntatis, nihilominus poſſum iſtam rem vendicare tanquam meam, vt ita perfectius dominum de iure communi obtineam. Hoc eſt quod dicitur concurrere iſtas duas actiones in legatis, ex teſtamẽto, & rei vendicationẽ, & vtræque perſequũtur rem iure dominii. Sic iterũ in legato, cùm

mihi

mihi legatus eſt calix,poculum, mox teſtatore defuncto,iſte calix eſt meus ſubtilitate vel poteſtate iuris. Sed ſi poſteà apprehendero legatum,recipiam,approbem legatum, tunc habeo dominium irreuocabile. Item exemplum habetis in dote vxoris. Vxor dat dotē marito,remanet domina naturaliter: ſed ciuili poteſtate,ciuilis iuris operatione,maritus efficitur dominus,quia habet omnem adminiſtrationem tanquā dominus,ſtāte matrimonio: verum diſſoluto matrimonio, cū dos reuertitur ad vxorē, iam ipſa ciuiliter & naturaliter,iuris ciuilis poteſtate & natura eſt domina dotis. Ecce quomodo aliquis poteſt fieri dominus eius rei cuius antè erat dominus,ſed vario reſpectu, & quia ſequitur perfectius dominiū & ſolidius:ſuper quo videte pulchrū exemplum in l.in bello. §.ſi quis ſeruū.ff.de capt.& poſtli.reuer. Quarto coll.ex tex. noſtro,quòd † cōdictio furtiua, quæ datur contra furem,eſt 6
rei peſecutoria, rem perſequitur:ſed actio furti perſequitur pœnam. Item coll.quòd odio furum hæc condictio furtiua introducitur. Et ſi dicas,in quo conſtat,in quo vertitur hoc odium? Glo.dicit ideo cōpetere cōdictionem furtiuam,quia iſta condictio infamat ſaltem de facto.arg.l.honori.ff.de ob ſeq.lib.vbi dicitur libertum non poſſe actiones famoſas cōtra patronum mouere: † famoſas dico,quæ ſugillant, notāt, 7
affricant apud graues & bonos homines. Iſta dicitur infamia facti quando aliquis malè verſatur,à probis hominibus reprehenditur,cōtra bonos mores agit: ſunt enim infames infamia facti. Hæc † infamia facti eſt duplex: quædā ex temeritate oritur, & ex peruicacia proprii capitis, præſertim circa 8
ea quæ ſunt fidei,ſicut ſunt hæretici, quia omnes habētur infames infamia facti: ſed tales infames non repelluntur à teſtimonio.text.eſt not.in l.quoniā multi.C.de hæret. Eſt & alia infamia, quā iam diximus,quæ ſtat in leuitate vitæ,in leuitate opinionis & famæ, in rebus turpib.quæ nō poſſunt probari apud graues & bonos viros:& tales non repellūtur à teſtimonio in cauſis modicis,quæ ſunt modici momēti,ſed in cauſis arduis repellerētur.c.teſtimonium.de teſti.l. Caſsius. & ibi gl.ff.de Senat. Propterea in iuuene multū confert probitas & integritas vitæ. Nunc redeamus ad propoſitum. Fur non eſt infamis infamia iuris, niſi poſtquam ſententia cōtra eū lata eſt,de quo in l.j,per diſcurſum.ff.de his qui not.infa.

Vnde iſta condictio furtiua de qua text. noſter loquitur, nō infamat furē infamia iuris, bene de facto infamat, vt diximus: & hoc eſt in odiū furum, quòd actio famoſa contra eum de-
9 tur. Quòd autem † cōdictiones, id eſt, cùm cōdicitur aliquid ab alio, non infament de iure, habetis tex. in l. ceſſat. ff. de act. vbi ceſſat ignominia in cōdictionib. Et vſqueadeò cōdictio furtiua odio furis cōtra eum datur, quod iſta cōdictio etiam degenerat, perdit nomen, detorquetur, abutimur condictione. hoc eſt quod dicit tex. in l. j in fi. ff. vſufr. quemad. caueat. quòd nemo petit rem ſuam niſi à fure, ſcilicet quòd cōdictio degeneret contra furem. fac. l. ſcire debemus §. fin. ff. de verb. oblig. vbi nemo poteſt ſtipulari rem ſuā niſi à fure. Eſt præterea aliud odium furum cuius occaſione hæc condictio introducitur, videlicet vt pluribus actionibus teneatur obſtri-
10 ctus. Nam † poterit agi contra furem rei vendicatione, item furti, item & cōdictione furtiua, quæ plures actiones grauāt furē. arg. l. ne in plures. ff. de exerc. act. Sicut ē diuerſo plures actiones proſunt creditori. l. cùm filius. §. variis. ff. de leg. ij. vbi legatarius plures habet actiones ad conſequendum legatum. hæc propemodum habentur in gl. magna hic. Sed hic inſtat ardua difficultas, quæ ne hodie quidē pro iuſto expli-
11 catur à Doct. Quomodo poteſt fieri quòd poſsim ego † condicere, id eſt, perſonali actione petere, rem meam mihi dari? (quod propriū eſt in perſonalibus vt petatur dari, id eſt, res debita accipientis fieri) nónne hoc eſt impoſsibile in iure & per naturā, quòd res quæ iam mea eſt, amplius mea fieri poſſit? Sed impoſsibilium nulla eſt obligatio. l. impoſsibiliū. ff. de regu. iur. Iaſon hic recitat gl. & Doct. mirificè variantes, quaſi per duas & amplius col. Communis ſentētia eſt, quæ & mihi placet, quòd in genere agitur ea actione perſonali, quâ dandum venit, qua dandum eſt, & ſic petitio actoris refertur ad genus actionis, ſed ipſa petitio datur ad reſtituendum. hoc eſt dictum, (quia eſt obſcurum) Fur cōuenitur in narratione actione perſonali, ſed cùm petitur, tunc petitur reſtitui: & ſi etiam peteretur dari (quod non curo) tamen hoc verbum, dari, degeneraret, & abuteremur eo pro reſtitui. Licet Doct. ducāt & diducant, figant & refigant, tandē tamen ad hoc deuenitur, quòd actor petat ſibi rem reſtitui, & petat hoc cōdictione furtiua, vtpote quòd iſta cōdictio degeneret. Et ſi diceretis,

ceretis,quis eſt effectus?quæ eſt vtilitas? cur non inducitur rei vendicatio?quid opus eſt ea difficultate,quòd cōdicam & nihilominus petam reſtitui?vt quid tam variè? Dicite,licet Doct.nō tāgāt,gl.benehic adducit,ſed alio fine,†cōdictio- 12
nis furtiuæ propriū eſt,quòd ſi res etiā intereat fortuitu,ſine culpa furis adhuc durat actio ad æſtimationē.l.ſi pro fure.l.in re furtiua.ff.de cond.furt.Hoc nō eſt in rei vēdicatione,quia quando aliquis petit rem ſibi reſtitui à poſſeſſore,ſi iſta res ſine dolo & culpa intereat,deſinat eſſe apud poſſeſſorem,tūc liberatur à petitore. Ecce proptereà cōdictio furtiua arctius aſtringit furē,qui ſemper aſtringit & obligat eū, ſiue res extet, ſiue non extet,quia† fur ſemper dicitur eſſe in 13
mora,vt Doct.in d.§.fi.l.ſcire debemus. Vnde,licet petatur rem reſtitui,vel petatur dari,id eſt,reſtitui,tamē propter cō dictionē,id eſt,actionē perſonalē, hoc reſtituitur plus operatur,quàm regulariter operetur. Et ita habetis explicitum hūc nodū.Inuitis dentib.cogimur,ꝙ petatur res reſtitui,licet ex cōdictione aliàs nitemur ad impoſsibilia. Item ex tex. coll.ꝙ† vendicationes realib.cōpetunt, & cōdictiones per- 14
ſonalibus actionib.Vnde quandocunque vendicatio in iure proponitur,ſemper intelligitur actio realis.Sic & de condictione ſentiamus quo ad perſonalia.Porrò coll.ex tex.†cō 15
dicere priſca lingua ſignificare denuntiationē.Hoc eſt quod in lib.Epiſt.vt credo,Cicero dixit:Craſſus pridie quàm abi ret ad Parthos, condixit mihi cœnā,id eſt, denuntiauit vt ve nirem. Conſequenter ex text.noſtro coll.quòd olim denun tiabatur debitoribus vt ſoluerēt, quod hodie nō eſt neceſſe, vt hic bene per Imperatorem:vnde poſſum debitorem meū citare ad iudicem,in ius vocare non cōmonitum, nulla facta denuntiatione vel requiſitione:quod eſt diligēter notan dum.habetis gl. & Doct.in l.debitores. C.de pig.vbi dicitur non eſſe denuntiandū debitori ex neceſsitate, ſed bene poſſe fieri ex vrbanitate, ſicut fecit Hiberus iſte de quo in l.quidā Hiberus.ff.de ſerui.vrb.præd.vbi dicit I.C.Proculo:Loquaris Hibero ne rem illicitam faciat.Et ibi ad hoc Bar.& Doct. notant hunc text. Vrbanum ergo eſt cōmonere,nō neceſſarium.Iſta tamen denuntiatio quando fit, eam habet vtilitatem;quòd poſſunt poſteà peti expenſæ cum debito : quæ,ſi ſine cōmonitione vocaretur aliquis in ius,peti nō poſſent.

Nam

Nam dicet debitor, Cur me non requiſiſti? ego te ſponte ſol uiſſem. Ita Ioã. Fab. hic, & eleganter Bal. in l. non ignoret. C. de fruc. & lit. expen. Habes tamẽ caſum in quo neceſſariò eſt denuntiandũ, vt cùm mouentur bella, hoc debet priùs denun tiari hoſti & diffidari (barbaro vocabulo) alioqui bellũ eſſet iniuſtũ. ita Bald. in l. ſi manumiſſori. C. de obſeq. qui allegat Ioan. And. in c. j. de homicid. lib. vj. Tandem formabimus libellum, breuibus verbis. In conditione furtiua, ex ſententia
16 Doct. ſic dicite: † Ago contra Titium vel eius hæredẽ, quòd animo furandi rem mihi abſtulit, cuius ego ſum dominus: vnde peto Titium furem vel eius hęredem condemnari, mihi ad dandum, hoc eſt, ad reſtituendum mihi dictam rem, ſi extat: ſi nõ extat, veram rei æſtimationem. d. l. ſi pro fure. d. l. in re furtiua. vbi dicitur: Ipſa corpora etiam ſi perijſſent, condi cuntur, vt conſequamur æſtimationem. Quo loco iterũ incidunt diſceptationes, an res interita (vt ita loquar) præciſè peti poſſit, vel an eius æſtimatio. Cõmunis opinio eſt, ſicut iam in libello diximus.

§. Sequens.

1 ℞. Diuiſio huius §.
2 Finis primum & vltimum.
3 Mutuum qua actione petatur.
4 Actio ex mutuo.
5 Conditio certi ſpecialis.
6 Actio ex ſtipulatu ad quid competat.
7 Facta incerta ſunt & qua actione petantur.
8 Contractus bonæ fidei producunt actiones perſecutorias.
9 Actio depoſiti quibus caſibus ad duplum detur.
10 Depoſitarius doloſus in caſu incendii, ruinarum, quomodo teneatur: item hæres depoſitarii.
11 Pœnalia exorbitantia quando extenſionem recipiant.
12 Depoſiti actio mixtam cauſam habet, & tam rem quàm pœnã perſequitur.
13 Gl. ridetur: ſed per Dn. Zaſium ſaluatur & declaratur.
14 Pœnalia dupliciter petuntur.

1 ISTE §. habet materiam cohærentẽ vſque ad §. omnes. ſed gratia facilioris doctrinæ † partiemur eum in certos §§. præſertim in tres. Secundus erit ibi, ex maleficijs. Tertius ibi, quædã. Hoc principiũ habet quatuor partes, ſicut ego

ego diuido. In prima proponitur generalis diuiſio, quam tertio loco poſuit Imperator. Secunda pars proſequitur alterũ ex mẽbris in actionib. realibus. Tertia pars idipſum exequitur in perſonalib. Quarta excipit caſum. Partes patebũt, nẽ incidamus in naſum Rodolphi Agricolæ, qui ridet Iureconſultos cùm dicunt, Secunda ibi, tertia ibi, quarta ibi: propter eà dixi, partes per ſe patebunt, Secundũ nos ſummate: Cùm perſecutio iudicialis tria reſpiciat: rẽ, pœnã, & vtraq; ſimul, itaque reales & perſonales perſequũtur rem excepta actione depoſiti, quæ in caſu vtraq; cõplectitur. Coll. primo ex text. hanc eſſe tertiã diuiſionẽ quæ ex cauſa finali ſumitur. Quid enim prodeſſet ſcire vim, medullam, qualitates actionũ, ſi ne ſciremus finem quem intendũt actiones? † Finis enim primum eſt in intentione, licet ſit in executione vltimũ. Secundo coll. quòd actiones reales ſine delectu rem perſequũtur. 2
Rem intelligite, petitam iure dominii vel quaſi, propter publicianam. Tertio coll perſonales actiones ad hoc niti, vt ſint rei perſecutoriæ, vt rem perſequantur, & potiſsimè quæ ſunt ex contractu. Quarto coll. quòd qui † mutuũ petit, is 3
rem ei debitam petit: cuius petitio debet eſſe cauta, quòd narret actor mutuaſſe ex ſuis propriis pecuniis decem Titio, & petat tantundẽ reddi Non petat reddi pecuniam mutuatam, ſed tantundem, quia in mutuo de meo fit tuum. Iſta tractantur in l. ij. §. mutui. ff. ſi cert. pet. Et hoc eſt quod dixi, caueri oportere vt meminerimus in hac actione noſtrã pecuniam mutuaſſe, quia ſi alienam mutuaremus, nõ eſſet mutuũ, quia non fieret de meo tuũ. § appellata. in d. l. ij. Nec ad rem pertinet ſi fortè aduerſarius exciperet cõtra agentem, quòd pecunia nõ fuerit ſua, quia in eo aduerſarius non auditur, nõ poteſt referre quæſtionẽ dominii. l. ſi quis cõductionis. quæ eſt generalis l. ad hoc. C. loca. l. nec creditores. C. de pig. act. vbi hoc eſt expreſſum. † Actio autẽ quæ naſcitur ex mutuo, nominatur † cõdictio certi ſpecialis. l ſi quis certũ ff. ſi cert. pet. 4 5
Alia circa actionẽ mutui quæ hic per Doct. enarrãtur, dimitto tanquam extralimitanea. Secũdo exemplificat Imperator de † actione ex ſtipulatu: iſta actio tũc competit cùm aliquid 6
incertum ſtipulamur, ſicuti ſunt † facta, cũ ſtipulamur facta: 7
nam talis actio ex ſtipulatu, licet ad incertũ cõpetat, vt ſuprà *de verb. oblig. in prin.* tamẽ eſt rei perſecutoria, nam & facta

ſunt

ſunt res.l.rei appellatione.ff.de verb.ſign.Hic tu obijcias cũ gloſ. Videtur quòd actio ex ſtipulatu ſit pœnalis,perſequatur pœnã,his maximè locis cùm pœnã ſtipulamur.Pœnã autem ſtipulari ſolere cognitum eſt ex iure noſtro. in l.ſi pœnam.l. ſtipulatio iſta.§.alteri.l.ij.§.fin. & in multis alijs legibus.ff.de verb.obl. nónne iſtæ actiones omnes ſunt pœnales? Gl.hîc recitat opiniones.Reiecta priore,dicite ꝙ tex. noſter intelligitur de pœna legali,hoc eſt de mera pœna,quã lex inſtituit, ſicuti in omnib.exemplis ſequentib.audiemus. Sed iſtæ pœnæ de quibus oppoſuimus, ſunt cõuentionales, & induunt nomen rei propter conuentionẽ partium, vt ita nihilominus ſint rei perſecutoriæ.Quicquid per cõtrahentes cõuentũ eſt,ſiue nomine pœnæ aut alterius rei,facit enaſci actiones rei perſecutorias. Et hoc diligẽter eſt notandũ propter ea quæ ſequuntur,quòd in noſtro tractatu nõ dicitur actio pœnalis,niſi pœna per l.ſit inſtituta. Præterea notate ex text.noſtro, quòd † cõtractus bonæ fidei producunt
8 actiones rei perſecutorias. Hic noſtri Doct. Fab.Aret. & Iaſon ſeſe diffundunt nimiùm quàm impertinenter,formãdo libellos in quolibet contractu, quaſi formularia fabricent. Ego iſta præteriui id quod principio ſum pollicitus. Coll. ex tex.quòd † in quatuor caſib.agitur actione depoſiti ad du-
9 plum,vt,tumultus,ruinæ,naufragij, incendij:quia ſi aliquid deponatur timore incendij vel aliorum caſuum,& depoſitarius poſteà inficietur dolo malo,neget rem eſſe depoſitã, id quod quotidie contingit,is condemnabitur in duplum, ſcilicet ad rem depoſitam reddendã, & totidem in æſtimatione. Rationem ponit Iureconſul.in l.j.§.meritò.ff.depoſ.quam repetit hîc gl.quia propter caſum fortuitum depoſitionis ex neceſsitate dependentem,hæc res deponitur, nec poteſt eligere vel experiri fidem depoſitarij is qui deponit, vt dicit text. in d.§.meritò. Nam quãdo deponitur aliqua res apud aliũ, tempore nõ turbulẽto,cùm poſſumus eligere fidem,is ſi nos decipiat,& depoſitũ inficietur, tenebitur tantũ in ſimplum, & non in duplum.Ita eſt text.in d.§.meritò.qui declarat tex.
10 noſtrum. Quibus cõſequenter coll.ſexto, quòd ſi † depoſitarius eſt in dolo,quia inficiatur, ipſe tenebitur in duplũ,nõ eius hæres:hæres enim eo caſu ad id quod ad eũ peruenit,& nõ amplius,tenebitur,niſi ipſe hęres dolo fecerit,id eſt,fuerit inficiatus

inficiatus.ſic intelligit gl.noſtra text.præſentem. Ergo dolo facere in caſu noſtro, eſt ipſam rem inficiari, id eſt, negare. Ego addendũ puto, quòd ſi depoſitarius aut eius hæres aliàs interuerterint rem depoſitã verſutè, corruperint, vel ex dolo negligenter tractarint, perdiderint, & quicquid eorũ ſimile dici poteſt, quòd etiam eiſdem caſibus noſter text. procedat. arg. l. quod Nerua. ff. depoſ. quòd eſt not. quia Doct. non dicunt. Quid autẽ, ſi alij ſimiles caſus contigerint præter iſtos quatuor hic expreſſos? hoc eſt, † ſi terrore hoſtiũ nũtiato & 11
imminẽti, res ex neceſsitate deponatur, vel ſi nũtietur in via latrones, obſeſſores futuros, vel fortè aliquis apud alienos in infirmitate cõſtitutus, non habeat apud quẽ deponat res ſuas, niſi fortè hoſpitẽ vel alienos præſentes, quorũ fides eligi nõ poteſt in hoc articulo tẽporis? an noſter text. locũ habeat, videlicet pœna dupli ſi inficiatur depoſitũ? (inficietur ſtat hic imperſonaliter) Ioan. Fab. hic putat nõ fieri extẽſionẽ vltra caſus hic expreſſos, ad eos qui nõ ſunt expreſsi, quia in pœnalibus nõ fit extẽſio. c. odia. de reg. iur. lib. vj. Contrarium hic docuit Iaſ. qui dicit, imò poſſe deciſionẽ text. ad caſus ſimiles nõ expreſſos extẽdi, per elegantẽ & not. dignam regulam, quæ habet, quòd etiã in exorbitãtibus pœnalibus recepta eſt extenſio ad caſus ſimiles. Eſt pulcherrima regula, quam ponit tex. in c. j. §. ſed quia natura. in vſib. feud. in tit. quæ fue. pri. cauſ. feu. amit. vbi dicit text. quòd quãuis cauſæ quibus feudũ amittitur ſint ibidẽ ad punctum expreſſæ, ſi tamen ſimiles cõtingant caſus nõ expreſsi, poſſe dictũ text. ad eos extẽdi, quia nõ poterat Iuriſconſul. vel author feudorũ omnia ſimilia cogitare. & ibi multũ cõmendat Bal. eundem text. & eum repetit in l. his ſolis. C. de reuoc. don. quod eſt mente tenendũ. Tãdem, quia † actio depoſiti habet miſtam 12
cauſam perſequẽdi rem & pœnam, poſſet videri, & arduè & fortiter obijcitur, Si actio depoſiti in iſtis quatuor caſibus dicitur miſta in re & pœnã, ergo pariter omnes actiones bonæ fidei, ſcilicet mãdati, cõmodati, pro ſocio, ex empto, ex locato &c: imò etiã omnes actiones reales quas ſuprà diximus rei perſecutorias, videbuntur omnes eſſe miſtæ, ſcilicet ad rem & pœnam: quod facilè conſtat. quia in omnibus iſtis actionibus realibus, & bonæ fidei, iuratur in litẽ, ſi reus cõdemnatus nõ reſtituat. At iuramẽtum in litem ſæpe excedit

ipſam

ipſam rem vel eius æſtimationem,quãdo actor iurat ſe nolle carere re pro viginti florenis,quæ vix decem valet,nónne iſte excurſus ſupra rem eſt pœna nõ reſtituẽtis?quia ſi reſtituiſſet reus,ſufficeret iuſta æſtimatio,nũc autem in pœna nõ reſtituentis exceditur æſtimatio.Gl.hic in verbo,conducto, mouet hanc obiectionẽ,& ſatis frigidè diſſoluit,diſtinguendo tria genera pœnaliũ actionum, quæ nos ſuprà recitauimus in §.pœnales.videlicet quãdo actio eſt pœnalis ex vtraque parte:ex parte actoris, ad quem pertinet pœna, & tamẽ ei nihil abeſt, quo ad pœnã:ex parte rei, qui cõdemnatur ad pœnam, & tamen ei nihil adeſt, nullum cõmodum ſenſit in pœna:quæ actiones dicũtur verè & merè pœnales.Aliæ ſunt actiones pœnales ex parte rei, nõ ex parte actoris,quia actori abeſt res quam petiit,& reo adeſt, quia adhuc detinet rem. propterea in pœnam incidit. Et tertio,cùm nihil abeſt actori,ſed adeſt reo,in caſu calumniæ, ſicut ſuprà declarauimus. In iſtis tribus pœnaliũ generibus, dicit hîc gl.quòd actio ex empto,conducto, & aliæ actiones hic enumeratæ, dicuntur pœnales ſecundo genere pœnalium,id eſt,impropriè pœnales,quia pœna reſpicit tantum reum quia nõ vult reſtituere, qui ſi reſtitueret,poſſet vitare pœnam,id eſt,excurſum in in-
13 tereſſe.Et ſic noſtra † glorioſa gl. pulchrè fatetur cõtra Imperatorem,omnes iſtas actiones eſſe pœnales,ſaltẽ ſecundo genere, & in hoc dedit bonam alapam Imperatori. Vnde Ioan. Fab.hic dicit,hanc gloſ.eſſe ridiculam,& contemnendam potius quàm confutandam.Quis enim homo ſanus vnquã dixerit,actiones bonę fidei eſſe pœnales,& actiones reales,quę tamẽ ſunt rei perſecutoriæ?Hoc ſenſit gl.noſtra ſuperius ab initio in verbo, actiones,vbi aliter & verius ſoluit, cũ dixit, quòd in iſtis actionibus realibus bonæ fidei iſte excurſus ſupra rẽ pro intereſſe actoris,ideo nõ dicitur pœna, quia officio iudicis explicatur,propter contemptum nõ reſtituentis: quod etiam non ſapit aliquibus.Sed vos dicetis verã eſſe ſo-
14 lutionem,quam ſic declaro. † Ea quæ tendũt ad pœnam rei, conſiderantur dupliciter: quia aut iure actionis principalis peti poſſunt,aut iure actionis peti non poſſunt,ſed ex cõtemptu rei enaſcitur officium iudicis contra eum. Primo loco, cũ petitur iure actionis,iſta eſt vera pœna, pœna legalis per legẽ conſtituta, quòd peti poſsit,ſicut eſt furti pœna, pœna rapinæ,

rapinæ, pœna depoſiti ex incēdio, ruina &c. Iſtæ dicuntur veræ pœnæ, quia per actionē peti poſſunt cum re, vel extra rem in caſibus. Et hoc loco actiones reales, actiones bonæ fidei ſunt pœnales, & Imp. bene proceſsit ſic diſtinguēdo. At ſi loquimur de pœna ſecundo modo, iſtæ in effectu ſunt pœnæ, quia damnificant reū: ſed quo ad iura noſtra non habentur pro pœnis, nec nomē pœnæ aſſumunt, quia iure actionis peti non poſſunt. Nemo principaliter petet ſe admitti ad iuramentum in litem, quia adhuc ignorat an reus velit reſtituere vel non. Vnde actio competit ei tantùm ad rem reſtituendā, quæ ſi non reſtituatur poſt ſentētiam, iam iudex implorabitur officij ſui, vt cogat hunc reum iuſta facere, parēre ſententiæ: quo caſu iudex ex officio dat iuramentum in litem. Et hanc pœnam ſentiunt omnes contractus bonæ fidei, omnes actiones reales, non tantùm quia petantur iure actionis, ſed quia reus cōtemnit ſatisfacere ſententiæ, & ſic ipſe ſibi fabricat hoc damnum non reſtituendo, quod non fabricauit nec lex, nec partiū cōuentio. Et ſic defenditur ſolutio gl. noſtræ, quātū defendi potuit. Iaſon in §. pœnales. diffundit ſe in hoc articulo per duas col. & multa mouet, & nihil ꝓmouet: multa inuoluit, & nihil reſoluit: multa implicat, & nihil explicat.

§. Ex maleficiis.

1 Diuiſio huius §.
2 Miſtum quando contineatur in ſimplicibus.
3 Furtum quomodo puniendum.
4 Duplum vel quadruplum in furto ſolum pœna eſt.
5 Fures quibus actionibus teneantur.
6 Occulta quando grauiùs puniantur quàm manifeſta.
7 Raptor quare mitiùs quàm fur puniatur.
8 Grauatus in vno, releuandus eſt in altero.
9 Raptor qualis fur.
10 Legis Aquiliæ actio miſta.
11 Pœnitentia quando in l. Aquilia locum habeat.
12 Legata pia non ſoluta, quomodo pœnam infligant.
13 Executores teſtamentarii quomodo pro legatis conueniantur.
14 Legatum & fideicommiſſum quomodo differant.
15 Pœna l. Aquiliæ quomodo committatur.
16 Priuilegium non extenditur.
17 Priuilegia conceſſa eccleſiis locum habent in pauperibus & in aliis piis locis.

18 Furti libell.& practica.
19 Legis Aquiliæ libell.& practica.

1 ISTVM §.continuo vſq; ad §.quædam.† diuiditur in quinque partes. Prima pars diuidit generaliter actiones ex maleficiis : ſecūda,tertia, quarta & quinta explicant hoc per exempla.
2 Coll.ex iſto text.quòd hic † res miſta non includitur in ſimplicibus, quia miſta actio facit hic propriam ſpeciem,& tamen eſt miſta & cõpoſita ex ſimplicib. Simplicia hic ſunt perſecutoria rei, & perſecutoria pœnæ. Cùm actiones miſcentur in re & pœna, proponūtur ex re & pœna, tunc dicitur miſta actio: & hic ponitur tanquā propria ſpecies : cuius contrariū ſæpe habetis in iure, vt in l.ſtipulationum.ff.de verb.obli.in l.j.ff.de præt.ſtip.& in multis locis. Eſt materia prolixa,ſed pulchra & vtilis, quam diligēter reſolui in d.l.ſtipulationum.de verb.obli.& ibi videte. Secun-
3 do coll. ex text.quòd † pœna furti de iure ſcripto, eſt pecuniaria:ſed notiſsima conſuetudo totius orbis ſuſpendit fures furca,quam conſuetudinem non laudant Doct.noſtri, in quo Iaſon ſe per integram col.diffundit.Ego iſta tranſeo tāquā ſuperuacanea, quia fruſtrà laborarē ſi contra eam conſuetudinem niterer.Debent tamen iudices laici eſſe multum cauti circa hæc & meticuloſi,ne incidant in præceptum, Nō occides. Et ita reſpondit aliquando mihi Doctor Vdalricus Crafft,vir maximi nominis,cùm vt Protonotarius,mandato conſiliariorum,conſilium ab eo peterē. Propterea Doct. omnes quoſquos ego vnquam legi,quantū cum honore poſſunt,excuſant pœnam mortis,niſi in caſibus à iure expreſsis; ſuper quo etiam nos Doct.cū aliis Doct. aliarum Vniuerſitatum in conſiliis diſceptauimus circa hæreticos,an iure cōburantur. Multa pulchra eſſent circa hoc dicenda,ſed tanquā impertinentia dimitto.habetis gl.in c.qualiter & quando.ij. de accuſ.quæ vult quòd pro vno furto fur non ſit plectēdus vel ſuſpendendus,Hoc dico pro defenſione huius cōſuetudinis,quòd quādo multis graſſantib.ſęuientibus,exēplo opus eſt,poſſe vltimū ſuppliciū ſumi de criminoſo, vbi aliàs non ſumeretur.text.eſt eleg.in l.aut facta §.fin.ff.de pœ. Tertio.
4 coll.ex tex.noſtro,quòd † in actione furti duplū vel quadruplū,ſecundū differētias furti,eſt ſola & mera pœna ſeparata

à re

à re furto ſubtracta,vnde ſimplũ in duplo aut quadruplo nõ
continetur,quo caſu † fures tribus actionibus impetũtur,vel 5
impeti poſſunt:aut actione reali rei vendicationis,vt hîc in
tex.& tũc res vẽdicatur à fure tanquã à quocunq; poſſeſſore,
nec nominabitur fur,ſi actor velit ei parcere.& iſtã actionẽ
poſſent etiam intentare ſacerdotes,ſine metu irregularitatis.
Secũda actio eſt cõdictitia,cõdictio furtiua,de qua diximus
§.ſic itaq;.quæ datur actori & eius hęredi,contra furẽ & eius
hæredem,& non cõtra alium,vt hîc per glo.Tertia actio,eſt
actio furti,per quã cõſequimur ipſam rem furto ſubtractã,
& ad hoc duplum vel quadruplum,ſecundũ quod furtum fuit
nec manifeſtũ vel manifeſtũ,quia in furto nec manifeſto da-
tur duplum,in furto manifeſto quadruplum. Sed hîc oppo-
nas,nónne † occulta plus puniuntur quàm aperta?per l.non 6
exiſtimo,ff.de admin.tut.vbi ſi tutor cùm tutore occultè ne-
gotiatur in rebus pupilli,ſuſpectus & improbus redditur,ſe
cus ſi palàm & manifeſte negotiaretur.fa.ti.de clãd.matrim.
fa.l.data.C.de don.cùm multis ſim.quomodo ergo hic in di
uerſum agitur,quòd occulta minùs puniuntur quàm mani
feſta?Glo.noſtra mouet,ſed non ſoluit.Din. pulchrè ſoluit,
quem alij Doct.ſequuntur:quia aliqua res poteſt licita vel il
licita eſſe,tũc ſi occultè fit,illicitè fieri præſumitur,quia qui
malè agit,odit lucem:hoc loco occulta ſunt grauiora quàm
manifeſta.Aut aliqua res eſt illicita ex profeſſa fronte,ipſo
ſtatu,& tũc grauiùs peccat qui manifeſtè patrat rem illicitã,
quàm ſi occultè faceret.quòd experiuntur iuuenes ſcholares
cùm puellis,vbi res geritur ſine arbitro.Et ita in propoſito,
furari ſemper eſt illicitũ,vnde manifeſtũ furtũ plus punitur
quàm occultũ.Sed hîc iterum quæras,quî fit quòd nõ in du
plo vel quadruplo continetur ſimplum?id quod per l. regu-
lariter inductum eſt,quòd in pœnis debeat includi res. text.
habes in l.hoc edicto.§.fi.ff.de publi.vbi in duplo,in quo pu
niuntur publicani,ineſt damnum quòd fecerunt ipſi:& ſæpe
aliàs in iure noſtro,videtur omnino abſonũ ſobrijs auribus
quòd debuerit aliquis cõſequi rem ſibi furto ſubductam,ſa-
nam & illæſam,& ad hoc cõſequi duplum vel quadruplum.
Dicite,nullam aliam eſſe rationem quàm feruens odiũ con-
tra fures,propter quod & omnes cõdictiones degenerant,vt
diximus in d.§.ſic itaque. Et quamuis in pœna quadrupli

non cõnumeretur res furto ſubducta,tamen regulariter con trà eſt.In iure noſtro eſt ſingulare,quòd ſub pœna dupli,tri pli,vel quadrupli connumeretur ſimplũ,id eſt,ipſa res dãnificata.ita Bar.in l.ſanctio legũ.in iiij.col.ver.quęro an in duplo.ff.de pœn.& eſt pro hoc tex.expreſſus in d.l.hoc edicto. §.j.ff.de public.vbi publicanus ſi malè verſatur in officio, in vectigalibus colligendis,& alijs ſimilib.caſibus, tenetur pœna dupli:ſed in duplo eſt ſimplũ.Quarto principaliter coll.
7 quòd†actio vi bon.rapt.datur in quadruplum,ſed res rapta connumeratur in hoc quadruplo, vt ita aliquanto mitius agatur cùm raptore quàm cum fure manifeſto:quod eſt plus quàm mirabile,& niſi leges dixiſſent, nihil poterat ſentiri abſurdius.Nõnne rapere improbius eſt quàm furari? vtiq;. Nam raptor improbus fur dicitur: vnde omnis raptor eſt fur,& fure improbior.ita habetis text.ſuprà vi bon.rapt. in princ.Quare ergo grauiùs punitur fur quàm raptor? Ioan. Fab.hic,vt eum allegat Iaſo.putat ideò furta ſeueriùs puniri, quòd ſunt frequentiora: frequentiùs furatur quàm rapitur. Hæc ratio eſt ridicula,& plus ſubuertit Ioannem Fab. Nam occulta furta ſunt frequentiora manifeſtis.Si ergo frequẽtia inſpicietur,tũc deberet raptor in duplo puniri & nõ in quadruplo,tanquàm fur non manifeſtus.Iaſ.ex Nicol.de Neap. & ex alijs ſuis authorib.aliqua ſuaſoria affert,nullius momẽti; tandem dicit,cogitabitis:& ſic relinquit nos in incerto. Ego cogitaui rationem,ſi etiam vobis ita videatur:quia cùm raptor non ſolùm actione vi bon.rap.ſed etiam actione furti conueniri poſsit (vt ſtatim dicam) certè in hoc grauatur quòd multis implicatur actionibus:poterat enim cõtra eum ſufficere actio vi bon.rap.ſed cùm prætor raptorem grauauit etiam furti crimine,rationabile fuit quòd raptor alleuia-
8 retur in altera ex actionibus:quia† qui grauatur in vno,debet cum eo leniùs agi in altero.arg.l.eũ qui.in prin.ff.de iureiur.Ideò videtur prætor introduxiſſe pœnã raptus mitiorẽ pœna furti,ne afflictio adderetur afflicto.Hæc ratio ſi vobis videtur ſuaſibilis,bonũ eſt;ſin minus,cogitate ſuper meliori ratione,Sed quod diximus raptorẽ etiam teneri furti,
9 quæri ſolet† an ſit fur manifeſtus vel non,an teneatur furti nec manifeſti,an manifeſti.In hoc ſunt opiniones præcipuè inter Accurſ.& Placen.quas hic recẽſet glo.Placen . putabat quòd

quòd raptor teneretur furti manifeſti,per l.j.ff. vi bon.rapt. vbi dicitur raptorem teneri in quadruplũ,cõnumerata re rapta,& etiã cõuenîri poſſe furti nec manifeſti in duplum,ſed cum tali moderatiõne:ſi raptor cõuenitur in quadruplum, tunc ceſſat pœna dupli pro furto nec manifeſto:ſin verò cõuenitur dupli tanquam pro furto nec manifeſto,tunc nõ tolli id quod excurrit in actione vi bon.rapt.quia cùm duplum conſequitur actor in pœna furti,poteſt aliud duplum conſequi pœna raptus. Ecce hic video nullum effectũ,niſi quòd raptor grauatur crimine furti,ſemper enim reditur ad quadruplum.Iſtam opinionem Placen.damnat.Accurſ.hic & alibi, quia imò raptor non ſolũ furti nec manifeſti,ſed & furti manifeſti reatũ incurrit.tex.eſt apert.in l.ſi vendidero.§.cùm raptor.ff.de furt.vbi dicit text.cùm raptor omnimodo furtum committat,fur manifeſtus eſt. Punctus igitur eſt videre differentiã quando raptor ſit fur nec manifeſtus,vel quãdo manifeſtus.Hic gloſſatores iterum variãt recepta eſt ea ſententia Bart.in dictis locis:Aut enim raptor deprehenditur,acclamatur,contra eũ concurritur,& tunc dicetur fur manifeſtus,per d.§.cùm raptor.licet hoc ibi non colligatur.Aut ipſe raptor rapuit ex domo in qua nemo habitabat,ita quòd non deprehenditur,& tũc dicetur fur nec manifeſtus.per l.ſi quis ex domo.ff.eo.tit.de fur.vbi ponderãt Doct.verbũ,Si nemo eum deprehenderit,& tunc punitur furti nec manifeſti:fortaſſe tamen excurſus quadrupli nõ tollitur,per d.l.j.ff.vi bon.rap. Cùm ergo ſit fur manifeſtus qui deprehẽdatur,conſequẽter dubitabis an teneatur pœna furti manifeſti,vel an teneatur pœna quadrupli:in altera enim res connumeratur,in altera non connumeratur.Martin.gloſſator,vt eũ allegat Accurſ. in d.§.cùm raptor.putat raptorem dici manifeſtũ,id eſt,improbum furem,ſed propterea non puniri pœna furti manifeſti,& debemus eſſe contenti pœna legitima. In hoc non vidi quid ſentiãt Doct.Ego autem(ſalua meliori deliberatione) puto hoc caſũ,ſi eſt fur manifeſtus,etiam teneri debere pœnã furti manifeſti:quod relinquo cogitandũ.Et ſic habetis,quãtum fieri poterat,declaratum hunc nodum rapinæ & furti.

Quinto coll.ex tex.†actionem l.Aquiliæ duplici reſpectu 10
eſſe miſtã.Primò,ſi detur cõtra inficiantẽ,id eſt,cõtra reum qui damnificauit,& cõuentus in iudicio inficiatur,negat ſe

damnum feciſſe:ſi actor probauerit damnum, iam reus in du plum punietur. Et hæc eſt actio rectè miſta ex re & pœna. facit l. contra negantē. C. ad l. Aquil. Si tamen reus negaſſet primo limine, & ante litē conteſtatā confiteretur, iam ſua cōfeſ
11 ſio præualeret vt euitaret pœnā dupli. Ratio eſt viua, † quia actor exoneratur, releuatur onere probādi per tempeſtiuam rei confeſsionem. vnde meritò debet eidē reo confeſsio prodeſſe. Et quando negans poſsit iterum confiteri, Bald. in d. l. contra negantem. diffuſe tractat. Item & alio modo poteſt reus vitare pœnam dupli, videlicet ſi deferat actori iuramentum antequàm actor probauerit:ſi dicat, Actor potes iurare me hoc damnum feciſſe? actor iurat: iam reus nihil eſt confeſſus, etiam nihil negauit, tamen tenebitur tantùm in ſimplum, & nō in pœna dupli. quod etiam eſt ſatis mirabile, per d. l. eum qui. in prin. vbi eſt caſus. ff. de iureiur. Ex qua vna lege habetis quòd iuramenti præſtatio per actorem facta deferente reo, non eſt probatio, ſed releuatio à probatione. Alio reſpectu dicitur actio l. Aquiliæ miſta, non quidē directò & apertè, ſed per interpretationem legis, nēpe cùm actor iniuria damnificatus agit contra reum ad ſimplum, ſed ita agit vt ſimplum increſcat à iuſta ęſtimatione, ad eam quanti plurimi res fuit eodē anno: iſte excurſus æſtimationis ingerit pœnam. quod Imperator eleganter, vt omnia, dixit in titul. d. l. Aquil. ſuprà eod. lib. §. his autē. vbi dicit: Quapropter creditum eſt pœnalem eſſe huius l. actionem. Iſta verba nobis tex.
12 hic pulchrè aperiunt. Sexto coll. in exemplo vltimo, † quòd qui differūt ſoluere legata & fideicōmiſſa, ſacroſanctis eccleſijs, venerabilibus locis, &c. relicta, ſi eàtenus morātur quòd vocarentur in ius iuſſu magiſtratus, tunc ſoluent duplum, in quo duplo ineſt res legata. Intelligendum hoc eſt ex ſententia gl. ſi fraudulenter & ſine iuſta cauſa diſtulerint. Nam ſi ex rationabili cauſa differrent ſoluere, vt mox dicā, in pœnā non inciderent. ad quod allegat hic Iaſ. c. j. §. vaſallus. in vſib. feud. ſi cont. fuer. int. dom. & ag. vbi dicit text. ſi vaſallus inficietur fraudulenter, vel ſine iuſta ratione negaret feudum domino, negaret rem eſſe feudalem, quòd talis vaſallus priuabitur toto feudo. Et dicit ibi Bal. pulchrū verbū, videlicet quòd idem text. in c. j. §. vaſallus. gloſſet, declaret, interpretetur & lumen præbeat omnib. ll. de pœna loquentibus, & præſertim hunc

§. de

§.declaret.Qui autem teneantur aut conueniri poſsint? Promptum eſt dicere,hæredem conueniri ſi differat ſolutionem legatorum,& non ſolùm hæredem ſcriptum,ſed etiam fideicõmiſſariũ, qui eſt hæres in effectu.Hoc eſt,cùm teſtator inſtituit hæredem & grauat eum quòd hæreditatem reſtituat Titio per fideicõmiſſum , iſte Titius dicitur fideicõmiſſarius, in quẽ transferuntur omnia onera, omnes actiones hæreditariæ actiuè,& paſsiuè,vt tractatur in toto tit. per diſcurſũ. ff.ad Trebel.& ſuprà de fideicõmiſ.hæré. Iſte ergo fideicõmiſſarius ad quem peruenerat hęreditas, etiam tenetur ſi differat ſolutionem legatorum : tenetur autem actione vtili,eũ hæres ſcriptus poſsit conueniri actione directa.Suprà declarauimus materiam directæ & vtilis actionis,† quid de execu 13
toribus,an executores poſsint conueniri iuſta mentem text. noſtri? Dic,ſi in teſtamẽto nõ eſſent ſcripti hæredes,id quod ſæpiſsime fit,ſed tantũmodo dati executores,tunc tales executores poſſent conueniri pro ſolutione legatorũ,quia tunc habẽtur loco hæredũ. Et ita ſolẽt ſacerdotes facere teſtamẽta,de quo habetis tex.in l.nulli.C.de epi.& cle.Et quòd ex teſtamento cõueniantur,Doc.in d.l.nulli. Bar.in l.hæreditas. ij.de hæred.inſtit.quia tenentur de omni culpa de qua principalis hæres teneretur.quod eſt notabile verbum. Bald.Ioan. de Imo.in l.cùm res.§.culpa.ff.de leg.j.Et ne erretis in terminis, inter legata & fideicommiſſa,de quib.hic fit mẽtio,in effectu nõ eſt differẽtia.l.j.ff.de leg.j.vbi dicitur,per omnia in omnibus æquata eſſe legata fideicõmiſsis.Relucẽt tamẽ aliquæ differẽtiæ , quia † legatum datur regulariter ab hærede 14
alteri, licet etiam hæredis fidei cõmitti poſsit vt præſtet rem alteri.Sed hoc habet ſpeciale fideicommiſſum,quòd quãdo à legatario relinquitur, retinet nomen fideicommiſsi, & non nomen legati.Vt,ſi teſtator legaret fundũ Titio, & fidei ſuæ committeret quòd hũc fundum præſtaret Flacco,iſte fundus dicitur legatus quo ad Titiũ, & dicitur fideicommiſſus quo ad Flaccũ.Itẽ dicimus fideicõmiſſaria libertas,cùm ſeruo libertas relinquitur,& nõ diceretur legataria libertas.Sed hæc fuſiùs tractantur in d.l.j. Redeundo ad propoſitum,habetis hîc quòd † tunc dicitur differre hæres vel alius,cùm permittit ſeſe vocari ad iudicium,quo caſu mox incidit in pœnã du 15
pli. Eſt & alius modus dictæ pœnæ committendæ,videlicet

ſi hæres vel alius negaret legatũ, de quo habetis in §.omnes, verſ.ſed furti.infrà eod. Vnde hæres ſiue neget rem eſſe legatam,ſiue permittat ſe vocari in ius,ſemper incidet in pœnam dupli.Sed an poſsit pœnitere, an poſsit reuocare ſuã inficiationem? Glo.putat poſſe,dum in tempore faciat, antequã veniatur ad terminos probatorios.arg.d.l.eũ qui.ff. de iureiu. quia hoc eſt vtile eccleſiæ vel pio loco,quòd releuetur ab onere probãdi:quapropter nõ debet hæres vel alius puniri,cùm pœnitere ſit vtile eccleſiæ. Quid autem ſi hæres vel alius obiiciat & dicat,legatum non valere? Gl.hic poſt tractatas opiniones putat,ſi habeat rationabilem vel iuſtam cauſam contra hoc legatum pugnandi,vt ſi diceret eſſe inofficioſum, irrationabile, in euerſionẽ familiæ à teſtatore inuido,& multa alia quæ obiici poſſent,vel quòd contra ciuitatis ſtatuta legatum eſſet,tunc non puniretur hæres.Ceterùm ſi dubiã cauſam prætẽderet,in qua poſſet ſubeſſe aliquid fraudis,hic nõ excuſaretur. Sed cõtra hoc quòd ſuprà diximus,hæredẽ non teneri, niſi differat donec ad iudiciũ vocetur , videtur obſtare l.fi.C.de vſur.& fruct.leg.vbi dicitur, hæredẽ ſtatim teneri à tempore moræ,quia iſta legata habẽt inſtar bonæ fidei: vnde videtur non eſſe expectandum donec ad iudicium aliquis vocetur. Reſpõdete notabiliter,quia quo ad tẽpus moræ,id eſt,cùm in mora eſt hæres vel alius, tunc ſtatim tenebitur ad fructus & ad vſuras, id eſt, ad intereſſe, antequã ad iudicium vocetur,quia re ipſa mora cõtrahitur, ſicut in minoribus.l.in minorũ.C.in quib.cauſ. in integ.reſtit.nõ ſit nec. vt hic pulchrè per gl.Cæterùm ad pœnam dupli non tenetur, niſi ad iudicium ſit vocatus. Et hæc doctrina eſt notab.quòd minores natu & legata parificantur quo ad hoc, quòd mora re ipſa contrahitur.Sed quia text.hic dicit, Legata venerabilibus locis &c.an noſter text.procedat etiam in republ.procedat in fiſco? Vt, ſi reipub.municipibus fuerit legatũ factũ, quòd dilatio legati inferret pœnam dupli? Sic etiam de fiſco, de burſa fiſcali: quia reſpub.& fiſcus æquiparantur.l.reſp.& ibi Bart.C.quib.ex cauſ.maior. At nouimus quòd venerabiles loci,eccleſiæ,& reſpub.æquiparantur.l.fi.C.de ſac.ſanct. eccleſ.Diſceptãt hìc doct.& fatigatur Iaſon,credo per ij.col. Gl.hìc tenet quòd doctrina tex.noſtri non extendatur ad rẽpub.& fiſcum:quæ eſt not.deciſio,quia pœnæ nõ ſunt extẽ-
dendæ

dendæ ad caſus non expreſſos, niſi ſint prorſus ſimiles, vt ſuprà declarauimus, præſertim in priuilegiis. † Quod datũ eſt 16
alicui in priuilegium, non debet facilè extendi ad alia. & hoc poſt multa tenuit hic Iaſ. quod & mihi placet, & credo quòd communiter ita teneatur: quod eſt notandum. Quid autem de redemptione captiuorum? Si pro redemptione captiuorum aliquid legaretur, vt captiui redimantur, an ſi differatur legatum, inferatur pœna dupli? Gl. hic pariter tenuit tex. noſtrum non extendi etiam ad hunc caſum: quia dicit, Non extendam ad pœnalia. Sed cõtrarium eſt verius, per pulchram & elegantem doctrinam quia dicitur, † priuilegia cõceſſa ec- 17
cleſiis, habere locum in pauperibus & in aliis piis locis: quã doctrinã ponit Bal. in l. fi. §. cùm autẽ. C. ad Treb. vt eum hic allegat Iaſon. Multa adhuc eſſent tractanda ei qui delectaretur ambagibus, ſed nos iſta omittentes procedimus breuiter ad formationẽ libellorũ & ad practicã. Et certè in actionine furti non conſueuit Germania libellare, ſed per furcã res expedire. Quòd ſi aliquando eſſet agendum, ſic formate libel lũ: † Domine Iudex, Titius mihi anno domini XXXIIII. 18
in menſe Ianuario furto abſtulit craterem argenteum vigin ti aureos valentem, quem & occultè (vel manifeſtè, ſecũdum quòd conditio temporum poſtulat) furatus eſt: Vnde peto eum declarari eſſe furem, & cõdemnari ad pœnã dupli, (vel quadrupli, ſecundum exigentiam) & vt reſtituat mihi vltra pœnam, rem furto ſubtractã. Circa criminalia memineritis, quòd ſemper eſt ſpecificãdus annus & menſis, iuſta l. libello rum. & ibi Bar. ff. de accuſ. quinimò ſi ſuper delicto ageretur ciuiliter & non criminaliter, adhuc annus & menſis ſunt ſpe cificandi. l. prætor edixit. & ibi latè Bart. ff. de iniur. c. tuæ. de procur. in quo aliquãdo cõtrouertebamus duo aduocati. In actione vi. bon. rap. propemodũ eadem eſt ſeruanda forma, niſi quòd rapiẽdi verbo eſt vtendum: hoc ſolùm admonito, quòd annum nominemus præſentem, ſi volumus conſequi quadruplũ. Nã in ea actione in primo anno rapinæ raptor tenetur ad quadruplum: quòd ſi intra annum non fuerit con tra eum actum, deinde tenebitur tantũ ad ſimplum, reſecto triplo. ſuprà vi bon. rapt. in prin. & l. fi. C. eod. titu. Vnde dicet: Domine Iudex, Titius de anno præſenti rapuit mihi vaſa argentea vel libros, in quo raptu deprehenſus eſt (vel nõ eſt

deprehenſus, iuxta rerum conditionem) Vnde peto eum declarari raptorem, & condemnari vt rem reſtituat vnà cũ pœna tripli (quia res rapta includitur in quadruplum, quo caſu etiam res æſtimanda eſt, vt poſsit ſciri quãtitas pœnæ, quãtitas tripli.) Diem autem furti vel rapinæ, & locum loci non oportet exprimere niſi in caſibus dictis libellorum. Locus tamen neceſſariò deſignandus eſt, vt dicatis, Rapuit mihi in ædibus meis. Cameram non eſt neceſſe exprimere, vt iam dixi, nec tamen nocet exprimere. Vt, ſi aliquis mihi plures res rapuiſſet, iſtas in quantum poſsibile eſt, ſpecificare debeo. Et quia difficilis eſt probatio circa valorem & quantitatẽ rerum raptarum, tunc ſtabitur iuramento actoris: quod eſt notatu dignum l. ſi quando. C. vnde vi. Debet tamen actor allegare veriſimilia, vbi veriſimile ſit res huiuſmodi actoris fuiſſe. Nam ſi ego conquererer mihi rapta eſſe arma, thoracem, loricam, vel inſtrumenta ruſtica, nemo hoc crederet, qui vix poſſum ferre caligas. Si ruſticus pretioſas veſtes allegaret, vel aurum & argentum, ei non crederetur, tanquam non veriſimilia dicenti.

19 Super † libello actionis l. Aquiliæ nouiſſe conueniet, quòd primum caput l. Aquiliæ complectitur damnũ, cùm homo vel pecus mea ſunt interfecti: quia quanti plurimi iſta interfecta animalia fuere, eodem anno retro enumerãdo, iſta æſtimatio petetur. Et comparãtur homines noſtri pecudibus, vt dicit text. ſuprà de l. Aquilia. in prin. Cæterũ ſi homines noſtri vel pecudes, quæ gregatim paſcuntur, eſſent læſæ, vulneratæ, ruptę, ſectæ, ſciſſæ, vel aliàs vitiatæ, tũc æſtimatio eſt eiuſdẽ dãni, quanti plurimi ea res retro intra triginta dies fuerit. ſuprà eo. tit. de l. Aquil. §. ex hoc capit. Formandus ergo ſic eſt libellus: Conqueror coram vobis, Domine Iudex quòd Titius mihi ſeruum meum, iumentum meum occidit iniuria, id eſt, non iure: & quamuis iſte ſeruus, vel hoc iumentum, quo tempore interfecti ſunt, fuerunt ſatis vtiles, (fortè morbo correpti) tamẽ in iſto toto anno retro enumerando, pretio fuerunt multo cariori vendibiles: nam potuiſſem vendidiſſe ſeruum quadraginta florenis, bouem viginti florenis. Vnde peto Domine Iudex, condemnetis Titium ad ſoluendum vel reponendum damnum ſerui & iumenti, in ſummam ſexaginta florenorum pro vtriſque. Et ſi dictus Titius fortè negaturus ſit damnũ, peto æſtimationem

dupli.

dupli. Hoc vltimum adiecit eleganter Bal. ex Martino Cylli-mannō & Gulielmo de Suſaria, in d. l. contra negantem. C. eo. tit. Sic modicis mutandis, pręſertim tempore, formabitis libellum, ſi ſerui noſtri aut iumenta læſa ſint, & interfecta. Hoc quoque operæpretium eſt vt ſciatur, quia ſi dederit aliquis damnum in re quæ poteſt reduci ad priorem formam, tunc non eſt petēda æſtimatio damni, ſed petet actor vt reus rem vitiatam reducat in priorem formam, ſi hoc fieri poteſt. Exempli gratia: Vicinus remouit mihi curſum aquæ per pratum meū, vel remouit à molendino meo, hîc ego peto quòd condemnetur vt reducat aquā. tex. eſt valde not. in l. ij. ad fin. C. de l. Aquil. Sic ſi aliquis mihi damnū daret in vaſis argenteis vel aureis, quòd mutaret formā, ecce ſatis eſt petere vt reducat in priorem formā. Si quis deſtruat cōmentarios ſuper titul. de Actionib. ſufficit ſi petā quòd faciat mihi alios ſcribi. Quòd ſi aliquis mihi damnū det de non corpore in non corpus, ita quòd non immineret vitiū aliquod vel aliqua ruptura, tunc ceſſat actio l. Aquilię. & datur actio in factū ſubſidiaria. Vt, ſi equum meum ligatū aliquis liberaret, & equus excurreret, hoc eſt damnū, ſed in nō corpus, quia equus non fuit læſus, vnde ceſſat Aquilia. ſuprà eo. tit. de l. Aquil. §. fin. Circa tertium exemplum quo ad legata, facile eſt formare libellum, vt narretur quomodo eccleſiæ ſit legatum factū, vel pio loco, & hæres requiſitus ſoluere diſtulerit, ita quòd neceſſarium ſit eum vocare ad iudicium, vnde petatur duplum eius legati. Expediti de iſto §. accipiamus.

§. Quædam.

1 Actio quot modis miſta dicatur.
2 Diuiſio huius §.
3 Adiudicare, iudiciis duplicibus peculiare.
4 Miſtum quando naturam ſimplicis ſequatur.
5 Famil. ercifc. iudicium quod.
6 Familia pro hæreditate.
7 Erciſci quid.
8 Famil. erciſc. iudicium cohæredibus tantùm datur.
9 Familiæ erciſcundæ actio vnde & quando enaſcatur, & quandiu duret.
10 Quaſi contractus.

11 Diuiſio

11 Diuiſio hæredit.quam diu duret,an & quomodo ei præſcribatur.
12 Pactum ad delinquendum inuitans non valet.
13 Statuta Nobilium ſuper matrimonio,& communione perpetua.
14 Longum tempus quod.
15 Renunciatio hæreditatis non præſumitur ex longa taciturnitate.
16 Pactum perpetuum communionis an valeat.
17 Perpetuum quomodo accipiatur.
18 Communi diuidundo actio miſta.
19 Societas dupliciter coitur.
20 Finium regundorum iudicium miſtum.
21 Petitio hæreditatis eſt actio realis.
22 Interdicta ſunt actiones perſonales in rem ſcriptæ.
23 Quod metus cauſa,actio perſonalis in rem ſcripta.
24 Perſonalis actio in rem ſcripta.
25 Famil.erciſc.practica
26 Exceptio præpoſterationis.
27 Diuiſio hæreditatis ſaltem ſemel fit.
28 Euictio quomodo in famil.erciſc.iudicio conſideretur.
29 Allodia.
30 Libellus familiæ erciſc und
31 Arbiter diuiſionis iudex
32 Libellus communi diuid.
33 Libellus finium regundorum.

HABET hic §.pulchram & vtilem materiã,quę ſatis late patet. Imperator hũc ideo ſubnexuit; quia dum tractaſſet ſuperiùs de actionibus miſtis, ſcilicet perſecutorijs rei & pœnalibus,nũc ritè de alijs miſtis verba facturus eſt, quæ etiã dicuntur actiones miſtæ, ſed aliter quàm præcedentes. Pro cuius euidentia noueritis ꝙ miſtũ, quãtum ad præſentia ſa-
1 tis eſt,triplex eſt:vel,† tripliciter actio dicitur miſta. Aliquã
do cum actio eſt perſecutoria rei & etiã pœnalis:de his ſuprà diximus.Secũdo dicitur actio miſta,quę eſt perſecutoria rei petitione reali:& eſt perſecutoria rei petitione perſonali, id eſt,quę ex reali actiõe & perſonali cõſiſtit:& hoc caſu actiones noſtri.§.dicuntur miſtæ, vt poſtea declarabimus.Tertio dicitur actio miſta cum vterq; litigãs eſt actor & reus,& ſic miſcellaneè,cõfuſè,permiſtim & agunt & defendũt,in quib. nõ cõſideres facilè quis ſit actor,aut quis ſit reus:& hoc caſu etiã actiones text.noſtri miſtæ dicuntur, & propterea rectè nominabis iudicia duplicia.l.ĩ tribus iudicijs.ff.de iud. Hoc
2 pro euidẽtia pręmiſſo,† diuide hunc §.in tres partes.Primo
fit generalis propoſitio,deinde declaratur per tria exempla,
vel fit

vel ſit enumeratio trium actionũ. Et tertio, quod ſit officium iudicis in huiuſmodi actionibus. Summa: Actiones familiæ erciſcund. communi diuid. finium regund. miſtam cauſam habent, propter mutuas præſtationes. Coll. hic quòd † verbũ adiudicare, eſt verbũ peculiare, & ad hoc natum vt in his tribus iudicijs vſurpetur. ita dicit gl. in l. ſed & ſi res. ff. de publici. Secundo coll. quòd iſtæ tres actiones videntur habere miſtam cauſam: & putant etiam Doct. quòd Videtur hîc ſignificet improprietatem, ſicut dicitur in l. naturaliter: de acq. poſſ. Vnde Imperator vult quòd nõ habeãt miſtam cauſam verè, ſed apparenter. Et putat Iaſon eſſe impoſsibile, quòd vnũ corpus, vna ſpecies, ex cõtrarijs ſubſiſtat: quia cùm reale & perſonale ſint extremè cõtraria, quomodo poſſunt in vna ſpecie ſtare? certè nihilo magis quàm homo & aſinus in vno ſuppoſito. Et ſic volunt quòd hîc nõ ſit tertia ſpecies, ſcilicet miſta actio. Ego non poſſum ſatis mirari, quòd in his leuibus tam inaduertenter labuntur Doctores. Nónne dicimus, ex cõtrarijs optimum fieri temperamentũ? Nónne quatuor complexiones ſunt contrariæ, & multũ contrariæ, tamen ex his componitur homo? Item in Grammatica. nónne nomen & verbum ſunt duæ partes contrariæ, & tamen ex eis componitur participiũ? Ergo nihil abſurdi eſt, quòd ex duabus cõtrarijs qualitatib. tertia ſpecies cõponatur, & ſic miſta eſt ſeparata ſpecies à ſimplicibus: quod verum eſt in caſib. in iure expreſsis, ſicut hic exprimitur. Vnde verbũ, Videri, hic miſtã cauſam obtinere videtur: veritatem ſignificat, vt dixi dum legerem literam. Hoc non nego, quòd † ſi alterum ex ſimplicibus potentius ſit altero, tunc miſtum ſequetur naturam potentioris ſimplicis: & ſic petitio hæreditatis licet participet de realibus & perſonalibus vt eſt text. in l. ſed & ſi lege. §. petitio. ff. de pet. hæred. vbi dicitur petitionem hæreditatis eſſe in rem actionẽ, habere tamen aliquas perſonales præſtationes. Hîc qualitas realis eſt potentior quàm perſonalis, vnde petitio hæreditatis potius dicetur realis quàm miſta, licet habeat perſonalia in ſeſe, quod nõ eſt in propoſito. Vtrũque ſimplex in noſtra miſta ſpecie æquè potẽter operatur in his tribus actionibus: propterea enim ſumuntur iudices propter hanc miſturam. Hoc non audietis ab alijs. Coll. tertio ex text. noſtro, quòd † familiæ erciſ. actio nihil aliud eſt quàm hæredit

(Margin numbers: 3 beside "verbũ adiudicare"; 4 beside "ſi alterum ex ſimplicibus"; 5 beside "familiæ erciſ.")

6 hæreditatis diuidendæ:nam antiqui † familiam pro hæreditate accipiebant,vt eſt text.in l.pronuntiatio.§.familiæ.ff.de verb.ſig. Propterea ſæpe habetis hoc exemplum apud Cicer. in Topicis:Proximus agnatus familiam habeto,id eſt,hęreditatem. † Ercıſci autem verbum eſt vetuſtate ornatũ, & ſignificat diuidere,vt dicit Sex.Pomp in ſuo Lexico:fortaſſe à verbo arceo,es,ere,deriuatur erciſcor, ꝙ alterutra vel vtraq; pars ab altera arceatur,id eſt, ſeparetur. Sic dicimus Iouem Ercium,quia arcet à nobis mala,Vnde non debet ſcribi cum h,niſi fortaſſe propter vocaliorem ſonoritatẽ. Quarto coll. & aduertite hic ad gl.in verbo,erciſcũdæ,quæ valde pulchrè declarat quomodo fam.erciſ.iudiciũ actio ſit miſta , & quãdo veniant realia,& quando perſonalia. Quinto coll.quòd

7

8 † fam.erciſc. iudicium tantummodo datur inter cohæredes qui hæreditatem indiuiſim poſsident:vnde ad hoc iudicium pertinet,tum quòd ſint cohæredes,& de hoc conſtet, tum ꝙ poſsideant in communi.Cæterum ſi alter ex hęredibus poſſideret,negaretur tamen eſſe cohæres,hoc loco iudex diuiſionis cognoſcit ſuper iſta præiudiciali exceptione,an ſit hæres vel non ſit.Et dicitur meritò præiudicialis, vt habuimus in euidentialibus,in §.præiudiciales.quia nõ poteſt diuidi hæreditas cum eo qui negatur eſſe hæres.Iſta habentur in l.j.ff. fam.erciſc. Habes tamen caſum in quo hoc iudicium competit ei qui non eſt hæres, ſcilicet arrogato. Nam ſi aliquis arrogauit Titiũ in filiũ,& ab inteſtato moritur,is arrogatus nihil accipit à patre arrogatore,cæteris paribus, niſi quartã partem:iſtam quartam partem poteſt petere ab hæredib.hoc iudicio fam.erciſc.& tamen non eſt hæres.l per familiæ.§.ſi quarta.ff.eo.tit. Sexto coll.quòd iſta actio fam.erciſc.ſecũdum Azon.Martin.& Placen.naſcitur ex voluntate agentiũ:

9 hoc eſt,† quando hæredes volunt & hoc agunt vt diuidatur hæreditas,tunc incipit actio fam.erciſc.naſci,quæ prius non eſt nata antequam voluntariè hoc agant vt diuidatur. Iſta voluntas agentium eſt principium productiuũ huius actionis.text.eſt in d.l.j.ff.eo tit.vbi dicit text. hanc actionẽ produci ex lege duodecim tab.tunc cùm partes volunt diuidere, cùm partes agunt vt diuidant. Hæc eſt vna opinio iſtorum gloſſatorum.Sed gl.hic verius putat,quòd actio fam.erciſc. naſcatur ex quaſi contractu,per text.ſuprà de oblig.ex quaſ. contr.§.

contr.§.item ſi in verſ.idem iuris. Nam ſimulatque hæredes
adiuerunt hæreditatẽ, videntur quaſi contraxiſſe alter cum
altero,quòd alter alteri ſit obligatus in mutuis prꝫſtationib.
Et dicitur † quaſi contractus,quia iſti cohæredes nihil verè 10
contraxerunt, ſed iuris poteſtate habentur pro cõtrahentib.
qui dicitur quaſi cõtractus.Hanc opinionem tenet etiã alibi gl.in d.l.j.in verb.cohæredibus.ff.eod.titu.Ego diſtinguo
circa hoc:quia aut loquimur de ipſa ſubſtãtia actionis,tunc
vera eſt opinio Azon.& aliorum,& eſt fundata per text.in d.
l.j.quia niſi velint cohæredes, nemo eos vlla actiõe coget ad
diuidendum.Si autem inſpicimus mutuas præſtationes quæ
incidunt circa iſtam cõmunionem,tunc verum eſt,iſta actio
naſcitur ex quaſi contractu,aliàs non eſſent perſonales prę-
ſtatiões ſi nõ eſſet cõtractus vel quaſi.Sed quęras hic,† quã- 11
diu durat hæc actio familiæ erciſcundæ?textũ habetis in l.j.
§.nemo.C.de ann.except. vbi dicitur: Nemo audeat, neque
actionem fam.erciſ.neq; cõmu.diuid.neq; fin.reg.nec aliam
actionem,neq; alterius cuiuſq; perſonalis actionis vitã vltra
triginta annos interpretari,ex quo hęc actio competit & ſemel nata eſt.Iſta ſunt verba text.ex quo text.promptũ eſt dicere,quòd actio famil.erciſ.& aliæ etiam durãt triginta annos, poſtéa fato ipſarum intercidunt. Quæras ergo, quid ſi
duo cohæredes per triginta annos in communione ſtetêre,
ita quòd nõ diuiſerunt,an nihilominus poſt triginta annos
poſsint diuidere? à communione recedere ? vel an cogantur
in communione eſſe innexi & colligati?Quid diceretis vos?
Nodus hic eſt implicitus, & eſſet quæſtio pro amico, quia
vtraq; pars videtur defendi poſſe. Glo.in d.§.nemo.& in d.l.
j.in verbo;cohęredibus.ibi pleniſsimè.ff.fam.erciſ.& in l fi.
C.com.diuid.& in l.ſi non ſortem.§.centum.ff.de cond.ind.
vbique tenet,quòd curriculo triginta annorum ſit diuiſioni
præſcriptum,& cogantur perpetuò ſtare in cõmunione ſaltem quo ad fructus & emolumenta: quã opinionem tenuerunt Iac.Butr.Bald,Ang.in d.§.nemo. & dicit Bald. hoc eſſe
mente tenendum.Idem tenet Petr.de bell.pert. Rayn.de For
liuio.Ioan.Fab.hic,qui dicit ab omnibus ita teneri.Et dicit
Iaſ.hic,hãc opinionẽ in pũcto iuris eſſe ſuſtentabiliorẽ, per
d.§.nemo.vbi videtur expreſſũ eſſe quòd præſcribatur actio
ẽi diuiſoriæ fam.erciſ.Et cõtra text.niti graue eſt,etiã ſi hoc
durum

durum ſit & inſipidum, tamen quia ita cõſtitutum eſt, ſtabit ratum.arg.l.proſpexit.in fi.prin.ff.qui & à quib.manu. vbi hoc eodem argumento vtitur Iureconſultus,ſeruandum eſſe, quod ita ſcriptum ſit,licet durum.E diuerſo poſt tot illuſtres animas opinionem contrariam tenuit Cyn.in d §.nemo.videlicet quòd etiam poſt triginta annos,liberè poſsit à communione diſcedi:quam opinionem Bar. ibi ſequitur & in d. l.fin.C.communi diuid.& eandem opinionem tenet Baldus ſibijpſi cõtrarius,in l.fi.C.fin.reg.qui dicit quòd opinio iſta ſit mera veritas,licet ſuprà cõtrarium ſenſerit.Hanc opinionem Bart.dicit eſſe communem, pro qua Iaſon hic multa & multa allegat, qui etiam dicit eſſe communem,licet vacillaret,vt ſuprà dixi.Hanc opinionem ego ſemper ſecutus ſum, & dico eſſe veriſsimã, pro qua habetis primo text. apertum in d.l.fi.C.com.diuid.vbi dicit Imperator,inuitus nemo cogitur in cõmunione ſtare & fa.l.in hoc iudicium.§.ſi conueniat ff.com.diuid.vbi dicitur:Si conueniat ne omnino à cõmunione diſcedatur,huiuſmodi pactum nullas vires habere manifeſtũ eſt.Si ergo pacto fieri nõ poſſet inter duos,quanto minus conſtitueretur lege inter omnes?per gl.in rubr.C. de decret.ab ord.faciend.Item viuæ rationes faciũt:quia cùm præſcriptio ſit inuenta vt tollat lites,& quiſq; ſciat quod ſuũ eſt.l.j.ff.de vſucap.hæc communio perpetua directò in contrarium pugnat,quia communio auget lites.Nam dicit I.C. in l.cùm pater.§.dulciſsimis.ff.de leg.ij.quòd cõmunio ſolet excitare lites & diſcordias : quæ vna ratio ſufficeret. Addo, quaſi impoſsibile eſſe quòd præſcribatur diuiſioni quandiu conſtat duos eſſe ſimul ſocios vel hæredes atq; dominos rerum:vnde neuter contra alterũ præſcribere poteſt(quod ratio euidens docet)ſcilicet quòd hoc fieret mala fide,imò peſſima fide,quòd ſciens & prudens rem ad ſe non pertinere,ſuã non eſſe,quicquam in ea præſcriberet. per l.male agitur.C.
12 de pręſcript.xxx.ann.cum vulg.Item † hæc cõmunio inuitaret ad delinquendum, & ſic propelleret ad rem turpem, quia eſſet recepta communio in perpetuum inter fratres maximè nobiles,tùnc ſequeretur quòd alter vel alij ex eis nõ poſſent contrahere matrimonium,quia vxores fratrum non ſtarent ſimul.At non valet conſtitutio vel pactum quod inuitat ad
13 delinquendũ,l.cõuenire.ff.de pact.dot. Nos nouimus † ſtatuta

tuta quorundam Comitum, quæ habent,quòd ſi ſint tres vel quatuor fratres,quòd vnus inter eos debeat cõtrahere matrimonium,alii nõ,ſed ſtare in cõmunione perpetua. Et rogatus à quibuſdam Baronibus vt paria ſtatuta eis facerẽ,nolui, nihilominus iidem Barones hodie de facto ſeruant iſtos mores,& ſeruauêre iam à centũ annis,parũ ex iuſtitia. Videmus etiam alios nobiles qui volẽtes & vltronei pluſquam quadraginta annis ſteterũt in cõmunione. Hoc enim pulchrũ eſt,ſi cum volũtate & liberè,nõ coactè,fiat.Et iſta eſt veritas.Quid ergo reſpondebimus ad text.in d.§.nemo.vbi verba ſunt expreſſa?Dic,penſitãda & attendenda eſſe verba eiuſdẽ tex.qui dicit:Ex quo iſta actio diuiſoria cõpetit & ſemel nata eſt,tũc præſcribitur ei triginta annis,ſicut aliis actionibus perſonalibus.At quãdiu hæredes,fratres vel alii ſtant in cõmunione liberè & volentes,intereà nõ eſt nata actio diuiſoria,quæ nõ naſcitur niſi ex voluntate agentiũ, per ea quæ ſuprà diximus poſt Azon.Marti.& Placen. Vnde quãdiu volunt ſtare in cõmunione,tãdiu nõ eſt nata actio iudicialis, donec prouocẽt ad diuiſionẽ.Cæterũ ſunt caſus in quibus poſſet ſaluari opinio cõtraria.Nam ſi poſt diuiſionem prouocatam,poſt iudicium cœptũ negligerẽt partes proſequi cauſam triginta annis,tunc actioni iam eſſet præſcriptũ. Itẽ ſi aliquando diuiſiſſent,ſed inæqualiter,& ita ſtarent per triginta annos, non poteſt alter plus prouocare ad diuiſionẽ,quia præſcriptũ eſſet diuiſioni. Itẽ ſi in mutuis præſtationibus caderet negligẽtia non petentis,hîc iterum præſcriberetur actioni fam.erc. Item ſi aliquis ex fratribus fundũ,caſtrum poſſediſſet multo tempore,& onera ſubiiſſet,adminiſtraſſet eundẽ fundum, & poſt triginta annos alter frater diceret, idem caſtrum vel fundum non eſſe diuiſum,& prouocaret ad diuiſionẽ , his & ſimilibus caſibus quorũ & alii interuenire poſſunt, poſſet ſaluari opinio prior , contraria ; aliàs præter huiuſmodi caſus vel ſimiles,ſi fratres,cohæredes,vel ſocii ſtarent in cõmunione mille annos,ipſi & ſui ſucceſſores,nunquam vel nata eſſet actio vel præſcriptũ diuiſioni. Et hæc quæſtio poſſet eſſe circularis , vel in repetitionibus tractari egregiè & cum laude. Hoc quoq; ſcias,quòd ſi fratres,cohæredes,vel cõſortes non ſteterũt in communione,ſed alter hoc prædium poſſedit, alter illam domũ, alter hoc caſtrũ,alter aliud, & ita poſſederũt

14 quilibet pro ſe† longo tẽpore,hoc eſt,decẽ annos inter præſentes,& viginti inter abſentes, (hoc enim dicitur longum tẽpus)ex iſta diutina poſſeſsione præſumitur facta diuiſio, etiamſi de ea nihil appareat.ita eſt gl.aurea & cõmendata per omnes,& plus commẽdata quàm feſtum S.Georgij(vt dicit Bal.)quod tunc celebrabant:commendata per Nicolaum de Neap.gl.inquã in l.ſi maior.eſt gl.j.C.cõm.diuid.Et hoc ſæ
15 pius defacto habui.Porrò & aduertẽdum eſt,quòd † ſi alter ex fratribus,ex nobilibus,poſsideat omnia bona hæreditaria longo tẽpore ſciente & patiente alio fratre,per hoc non inducitur tacita renũtiatio.Bal.in l.licet.& ibi Pau.de Caſt.C. de iur.delib.quòd eſt omnino memori mente tenendũ:quia habui in facto his diebus in camera Imperij , vbi obtinui quòd ſoror non præſumebatur tacitè renũtiaſſe,licet frater plus quàm viginti annos poſſediſſet bona hęreditaria,& obtinui clienti meo circiter tria millia florenorũ.Quid ergo ſi
16 partes† pactũ facerẽt quòd velint in perpetuũ ſtare in cõmunione,an hoc pactũ valeat?text.in l.j.ff. pro ſocio.dicit hoc pactũ valere,quòd maneãt ſocij in perpetuũ.E diuerſo dicitur in l.nulla.eo.tit.nulla ſocietatiseſt coitio in ęternum.In d.l.in hoc iudiciũ.§.ſi cõueniãt.dicitur tale pactũ vires non habere.Quid dicemus ad huiuſmodi tam pugnãtia iura?altera l.dicit albũ,altera nigrũ,Dicite, nullã eſſe pugnantiam,
17 quia l.j.rectè admittit poſſe coiri ſocietatẽ in† perpetuũ,id eſt,donec partes viuãt.Sic enim exponit tex.verbum,In perpetuum.Sed iura diuerſa vetant coiri ſocietatẽ in æternum: & rectè vetãt,per ea quæ ſuprà diximus.Poſſunt ergo partes paciſci vt per dies vitæ ſuæ maneãt in ſocietate,quod ſæpe faciunt cõcordes fratres.At paciſci non poſſent quod nũquam
18 in æternũ diuideretur.Prętereà coll.ex tex.noſtro†actionẽ cõmuni diuid.eſſe miſtã:& quomodo hoc ſit,ſatis declarabimus.Et in ſumma,quicquid diximus vel dici poterat in iudicio famil.erciſ.hoc idẽ,cæteris paribus, dicemus in cõmuni diuid.& ita dicit tex.in l.ſi quis putans.§.pen.ff.cõmu.diuid.
19 Poteſt autẽ†dupliciter ſocietas coiri,vel ex euẽtu,vel ex propoſito.Ex euẽtu,cùm duob.vel tribus eadẽ res legatur vel donatur,aut res aliqua in plures trãsfertur.Iſti dicũtur ſocij ex euentu,quia iſte cõcurſus facit ſocietatẽ.Alio modo ex propoſito,vt cũ inter partes conuenerit quòd ſint ſocij omnium

bonor

bonorum, vel ſocij certę negotiationis, de quo in l.ij.ff.com mũn.diuid & ſuprà de oblig.ex quaſi cõtract.§.item ſi inter aliquos. Quid ergo, ſi tu & ego emamus aliquẽ fundum, domum aliquam, an dicamur ſocij in iſta empta domo? an dicamur contraxiſſe ſocietatẽ ex propoſito vel euentu? Sunt tex. qui videntur diſsidere, in d.l.ij.poſt prin.ff. cõmu.diuid.vbi dicitur quòd ſint ſocij qui domum emũt. E diuerſo in l.vt ſit pro ſocio.ff.pro ſocio.dicitur quòd nõ ſint ſocij ex propoſito, niſi animo contrahẽdæ ſocietatis emerint. Iſta iura diſsidentia pulchrè cõcordat Raph.Cũ.in l.reos.ff.de duo.reis. quia aut duo vel plures emunt aliquam rem ſimpliciter, ſine aliqua cõuentione, & tũc dicuntur ſocij ex euentu: aut emũt aliquam rem conuentione ſocietatis ineundæ, & tunc dicuntur ſocij ex propoſito. Effectus eſt magnus, quia ſi ſunt ſocij ex euentu, tunc mox incontinenti poſſunt diuidere, dirimere hanc ſocietatẽ, vt quæ nõ ſit vera ſocietas, ſed quidã concurſus. Sin verò cõueniſſent coire ſocietatẽ, tunc nõ poſſent in continẽti diuidere, quia hoc eſſet contra ius ſocietatis & fraternitatis. Nam ſocietas habet quiddã fraternum, vnde non poſſunt dirimere ſocietatem intẽpeſtiuè, altero inuito.l.verũ.ff.pro ſocio. Et iſta ſunt vobis notãda, quia ſi ſimul emeritis libros, ſatis ex prædictis relucet, an poſsitis diuidere, an ſitis veri ſocij. Vnde in dubio, cũ neſcitur an ſint ſocij ex euẽtu vel ex propoſito, aduertendũ eſt an ſtatim diuidãt vel non diuidant. Ad prædicta fac.l.cùm proponas.C.pro ſocio.vbi coniunctũ dominiũ, pulchra figura loquẽdi, intelligitur ſocietas. Tandẽ coll.ex text.noſtro, † finium reg.iudiciũ eſſe 20 miſtum: de quo plura pulchra eſſent dicenda, ſed procedendum eſt, ſufficiãt quæ ſuprà declarauimus. Nam qui vbique eſt, nuſquam eſt. Tandem pro complemento, gl.hic quærit, an petitio hæreditatis ſit actio miſta ſuper quo Doct.adhuc diſceptant. Bar.vbiq; tenet eam eſſe realem, alij contrarium. Dicite duobus verbis, † petitionẽ hæreditatis eſſe actionem 21 realem, actionem in rem, hoc enim dicit tex.in d.l.ſed & ſi lege.§.petitio.ff.de pet.hær.licet in ſeſe habeat perſonales præſtationes, propterea quòd hæredes putatiui aliquãdo ſoluũt debita hæreditaria, aliquando colligunt credita, item ſubleuant fructus, iſta omnia petũtur, & ſapiunt actionem perſonalem. Sit ſanè petitio hęreditatis miſta, vt alij volũt, tamen

quia ius reale potẽtius operatur,iudicãda eſt actio realis potiùs quàm perſonalis.& hoc ſufficiat.Item quærit hic gloſ. quid de actionib.perſonalib.quæ ſunt in rem ſcriptæ?vt eſt actio ad exhibendum.Aduerſarius eſt mihi obligatus actione perſonali,vt exhibeat in iudicio rem mihi debitã, hæc res debita,vas argenteũ,equus &c.quocunq; vadat, à quocũque detineatur,etiã ſi per mille manus iret, ſemper poſſum eam petere exhiberi à quocunq; poſſeſſore, & eſt tamen origine perſonalis,effectu autẽ vſque in ius reale porrigitur.Eius na

22 turæ ſunt † interdicta,quod vi aut clàm. Nam qui violenter in meo ædificat,vel clàm ædificat,is tenetur actione perſonali,interdicto quod vi aut clàm.Cęterùm ad quemcunq; perueniat hoc ædificiũ,hoc opus,iſta ſtructura,hi ſemper tenentur tanquam poſſeſſores rei mihi debitæ.l.cõpetit.l.ſemper.

23 ff.quod vi aut clàm. Sic † actio,quod metus cauſa,de qua infrà ſpecialiter habebimus,eſt perſonalis origine cõtra eum qui metum mihi incuſsit,qui metum mihi fecit At res metu abſtracta à me,quam metu cõpulſus ſum dare,quocunq; vadat,ſemper habet in ſe vitium meticuloſi,& poteſt à me perſequi. Ecce,iſtæ & ſimiles dicũtur actiones perſonales,ſed ſcriptæ in rem,id eſt,cõpetentes contra quencunq; poſſeſſorem ex æquitate,ſicut pulchrè declarat gl.in l.iij.§.eſt autem per-

24 ſonalis hæc actio.ff.ad exhib.Et huiuſmodi † actiones ſunt verè perſonales,licet videantur quiddam miſtum habere,ſed differunt à miſtis,quia miſtæ actiones origine miſcẽtur,habent miſcellanea ex origine. At verò aliæ actiones origine ſunt perſonales,ſed ex euentu, ex accidenti incipiunt ſapere quiddã reale,De his dixi vobis ſuprà in prin.tit.noſtri,quibus addite quæ iam dico,& habebitis iſta ſubtilia perfectius,

25 Viſa theorica,nunc accedendum eſt ad † practicã,ad formationem libellorũ,& præcipuè in actione fam.ercif.ex cuius libello facilè etiam cæteri cõficiẽtur.In quo noueritis,quòd is qui experitur iudicio fam. ercif. debet agnoſci vt hæres, alias ſi non poſsideat vllam partem hæreditatis , & negetur

26 hæres,tunc agendo poteſt repelli † exceptione præpoſterationis,id eſt,vt priùs ſe doceat eſſe hæredem,petendo principaliter hæreditatem.d.l.j.ff.fam.ercif.Sin verò poſsideret aliquam partem hæreditatis,licet negetur hæres ab aduerſario, iam iudicium diuiſorium procedet,non repelletur exceptione præ

ne præiudiciali.Cæterùm iudex diuiſionis,arbiter, ſummã-tim cognoſcit an ſit hæres.d.l.j.de quo habetis Bal.ſubtiliter loquentem in l.non epiſtolis.C.de probat.Ad quid autẽ hæc actio fam.erciſ. competat,latè tractatur in l.iij.& iiij.& per totum ti.ff.fam.erciſ.Nomina verò debitorũ & creditorum potiùs diuidũtur tota pro portione hęreditaria,quàm quòd diuidantur per partes:incommoda eſt enim diuiſio debitorum & creditorum:de quo habetis in l.planè.in fi.ff.fam.erciſc.& l.ea quæ.C.eo.tit.Hoc quoq; non eſt prætereundum, ſed arctè obſeruãdum,quòd † iudicium diuiſoriũ fam.erciſ. 27 non niſi ſemel agitur,ſi ſententia ſit ſubſecuta,vel facta tranſactio.Vnde poſt factam ſub iudice diuiſionem,non audiretur vlla pars,quæ fortè cauſaretur non rectè eſſe diuiſum,re ſtare adhuc aliqua diuidenda.tex.eſt egregius in l.j.ff.fam.erciſc.quem text.debebant nominaſſe Barones,præſertim alter qui diuiſionem ſolẽniter per iudicem factam conatus eſt irritam facere,& creuerunt plùs quàm mille floreni in ſumptibus & expẽſis.Et circa præmiſſa vtiliter quæritur, † an facta diuiſione.ſi vni domus adiudicatur,alteri pratũ,ſi poſteà 28 aliquid ex iſtis rebus diuiſis euinceretur per tertium, an alia pars cogatur reponere cohęredi id quod ab ea euictũ eſt:tex. habetis valde elegantem in l.ſi familiæ.C.fam.erciſ.vbi dicitur:Si inter cohæredes proſpectum eſt circa ſtipulationem euictoriam,benè res habet:ſin verò ſimpliciter diuiſiſſent,& ſibi ſtipulationibus non cauiſſent,hoc loco ęquum eſt quòd pars euicta vni,reponatur per aliã.per d.l.ſi familiæ.in qua l.habetis pulcherrimam gl.quid iuris ſit quando vni ex hæredib.allodia,& alteri feuda adiudicantur. † Allodia dicuntur 29 bona propria,bona nõ feudalia,vocabulo feudali,id eſt,barbaro.Sic ergo formabitur libellus in actione fam.erci. † Domine iudex,cum à Titio fuerimus hæredes inſtituti Flaccus 30 & ego,æqualibus partibus(vel inęqualibus,iuxta exigentiã) & eo defuncto hæreditatem adiſſemus,quàm & poſſedimus pro indiuiſo certo iam tempore,verùm cùm mihi nõ ſit animus plus in communione perſiſtẽdi,ſæpe requiſiui cohæredem meum vt conſentiret diuidi & erciſci familiam & hæreditatem,ipſe tamen hoc facere recuſauit & recuſat,quod eſt mihi intolerabile,cùm communio ſoleat parere lites:Vnde peto per veſtram ſentẽtiam decerni hæreditatem noſtrã eſſe

diuidendam,& diuidi, cuilibetq; ex noſtris ſuam portionem hæreditariam pro diuiſo aſsignari,vel ſi quæ res commodè diuiſionem non capient,eas adiudicare alterutri, ſeruata in omnibus æqualitate,vel iuſto pretio æſtimari,vel per licitationem,prout vobis æquum, & nobis tolerabile videbitur.
31 Habet enim † iudex diuiſionis,quem arbitrum nominamus, eam poteſtatem aſsignandi hanc vel illam portionem, vel etiam adiudicandi alterutri parti ſibi videatur,etiam non petentibus partibus,vel fortè etiam inuitis,dum ſeruetur æqualitas:& adiudicatio eſt neceſſariò recepta in his quę commodè diuidi nō poſſunt,ſicut ſunt iura incorporalia,ſeruitutes, iuriſdictiones,feuda dignitatum,nomina debitorum & creditorum,vt ſuprà diximus.hęc habentur in l.ad officium.quæ eſt valde elegans.C.comm.diuid.Eodem tenore,modicis mutatis,formabitur libellus in iudicio noſtro,ſi cohæredes fuerint ab inteſtato æqualibus vel inæqualibus partibus. Libellus autē in cōm.diuid.plurimū cōformis eſt libello ſuperiori
32 in effectu:& ſic potes dicere: † Domine Iudex.cū Flaccus & ego coiuerimus ſocietatē in aliqua negotiatione,puta in negotiatione libraria,vel in negotiatione pannorū,& pro indiuiſo lucra fecerimus & dāna,ſicut aſſolet,mihi autem non ſit propoſitū plus manēdi in ſocietate,vnde quāuis tēpeſtiuè renūtiarim ſocio meo ſocietatē,nihilominus ſocius recuſauit & recuſat dirimere ſocietatē:vnde peto à vobis Domine Iudex,velitis per veſtram ſententiam pronūtiare partem aduerſam cogendam eſſe & cogi.vt dirimat & diuidi faciat hanc ſocietatem,lucráque & damna nobis vtriſque ex æquo partiatur:& ſi quæ res eſſent quæ diuidi non poſſent,velitis adiudicare alterutri iuſto pretio æſtimatas,vel ſaltem per licitationem,prout vobis æquum & iuſtum videbitur. Hic libellus ſeruandus eſt etiam ſi ſint ſocij omnium rerum,mutatis mutādis,& hoc ſi ſint ſocij ex propoſito,vt ſuprà declarauimus, Cæterùm ſi eſſent ſocij ex euentu,quòd videlicet duobus vel pluribus eadem res legata eſſet, tunc formandus eſt libellus ſimpliciter,vt petatur diuiſio eiuſdem rei ſine alijs qualitatibus quas ſuprà adiecimus.In iſta actione Ang.hìc inculcat magnam molem eorū quæ traduntur in tit.cōm. diuid.quæ ego tanquam impertinentia prætereunda cenſui. Tandem
33 in iudicio † fin.reg.raró fit vt libelli formentur, præſertim apud

apud nos Germanos, ſed mittũtur agri menſores, qui ad hoc ſunt iurati, vel adſtringũtur iuramento, vt auditis litigantibus de facto, procedant etiam de facto metiendo ea quæ ſunt turbata vel confuſanea. Fieri tamen poteſt quòd etiam ſeruetur proceſſus iudiciarius, præſertim ſi incidunt controuerſię inter nobiles, inter Comites, dominia, monaſteria, ſuper ſyluis, ſaltibus, nemoribus, iuriſditionibus, & cæteris huiuſmodi, quæ dicũtur quæſtiones finales, id eſt, quęſtiones de finibus, quibus caſibus etiã libelli formantur. Vnde ſic dicetis, Domine Iudex, cùm in tali vel tali loco ſyluas, memora, fundos hactenus ego & anteceſſores mei poſſederimus, porrigẽtes vſque ad hunc vel alium locum, iuxta ſigna quæ adhuc ab antiquo videntur, licet vſu & vetuſtate ſint turbata, atque adeò vicinus meus Titius habens ſyluas vel fundos vicinos, ſuos fines propagare contenderit ex terra meã: vnde peto à vobis, Domini iudices, quòd locos vtroſq; oculis ſubiiciatis, per l. ſi irruptione. ff. fin. regund. & per ſententiam veſtrã determinetis vtraque loca, confines vtriuſque, apponendo certa euidentia ſigna, quibus in futurum non oriantur nouæ cõtrouerſiæ, & vtraq; pars cognoſcere poſsit, quid, quantũ, & quouſq; fundi ſe extendant. In hac materia Iaſ. hîc multas pulchras quęſtiones ſaltẽ remiſsiuè tractat, quas omiſimus.

§. Omnes.

1 Actio in ſimplum aut duplum.
2 Actio in ſimplum aut rei perſecutoria idem ſunt.
3 Serui corrupti actio pœnalis eſt, in duplũ datur, & ad quid detur.
4 Corrumpens ſeruum ad quid teneatur.
5 Actio ſerui corrupti pœnalis pro quibus detur.
6 Corruptor an teneatur ad omnes corruptelas futuras.
7 Conſulens an de conſilio ſuo teneatur.
8 Corruptus an contra corruptorem agat
9 Scholaris filiam alicuius viri honeſti corrumpens, an teneatur eam dotare, aut auctiorem dotem dare.
10 Pœna legalis quantum augeri poſsit.
11 Iniuria pluribus facta à pluribus perſequitur.
12 Pœna conuentionalis quomodo augeatur.
13 Numeralia, cardinalia, ſimplicia, multiplicatiua.
14 Intereſſe vſuras conicgit.
15 Serui corrupti libell. & practica.

ISTE §.iuxta materiam cohærentem continuandus eſſet vſq; ad §.actionum. ſed quia in eo plus eſt verborũ quàm rei, vnde Doct. eũ tractant per tres verſiculos. Principium ergo continuatur vſq; ad §.tripli. in quo prin. Imp. nihil aliud facit, quàm aliquanto plus declarare §.ſequens.& aliqua modica adiungere: quorum nomine Imperator malè audit à Ioan. Fab. tanquam nectens longa ſyrmata, repetens ad ſpeciem quæ priùs dixerat, vt nos ſatis fatigaret. Dicite in
1 ſumma,& pro caſus poſitione: † Actiones aliquæ dantur in ſimplum, ſicut ſtipulationes & mutui, item & contractus bonæ fidei: aliquæ dãtur ad duplum, ſicut furti nec manifeſti,& l. Aquil.& in depoſito in quibuſdam caſibus: item & in ſeruo corrupto, quod vnũ addit Imperator, quæ actio etiam in duplum datur, cùm aliquis corrũpit ſeruum meum, facit eum malum, aut ex malo deteriorem, conſulit ei praua, hortatur vt fugiat à domino, quæ fuga ſerui ęſtimatur in duplum,& ſi ſeruus fugiens aliqua deferat, ſicut ſolent ſerui, qui vt plurimum ſunt fures, ex Vir. ſententia: Quid facient domini, audent cùm talia fures? hoc tantùm damnum etiam æſtimabitur,& quicquid ſecũ abſtulerit. Iſta habeto pro ſummario &
2 caſu. Colligamus aliqua modica. Coll. quòd † actionem rei perſecutoriam eſſe, vel dari in ſimplum, paria ſunt. Et ſic iſta verba multiplicatiua, ſimplũ, duplũ, triplum &c. diuerſo modo ſignificant. Nam duplum, triplum, quadruplum, ſunt pœnalia, ſimplum habet in rem perſecutionem: in quo Imperator excuſari vix poteſt, qui ſimplum non pœnale adiũxit pœ-
3 nalib. Secundo coll. ex tex. noſtro, quòd † vltrà iſtas pœnales actiones quas habuimus in §. ſequens. ſuprà eo. etiã additur alia actio, nempe ſerui corrupti, quæ pariter in duplũ datur, in qua actione nihil aliud duplicabitur niſi damnũ domino factũ, ſiue ſit ſerui, ſiue rerum ablatarum, ſiue contumaciæ in dominum, ſiue diminutio exiſtimationis, qua minoris exiſtimatur dominus propter ſeruũ nequã. facit melius text. in l. in hoc iudicio. ff. de ſeru. corrup. qui totus tit. eſt valdè eleg. & in lingua latina,& in moralib. Conſequenter ex prædictis
4 coll. quòd † non excuſatur corruptor qui malè conſulẽs, malè hortans, ſeruum etiam nequam facit deteriorẽ: vel ſi nõ facit, ad hoc nititur vt faciat:& nõ eſt recepta ſua excuſatio, dicent,

centis,ſeruũ alioqui fuiſſe talia facturũ. Nam iſta diſtinctio qua ſolemus vti,fuerit ne aliquis facturus rem , aut nõ facturus,non adhibetur in delictis,vt hic per Iaſonẽ.Deniq; coll. quòd † iſta actio ſerui corrupti nõ datur niſi in ſeruo, & nõ in homine libero.ita eſt text.in l.vt tantũ.in prin.ff.de ſeru. corrup.Vnde pro famulis noſtris per aliũ corruptis, nõ daretur hæc actio ſaltẽ directa: vtilis tamen actio ex æquitate non denegaretur ſi famulum meũm aliquis corrumperet,cõtumacem faceret, rebellem,vt per hoc mihi damnum ingereretur:& hoc colligas ex d.l.vt tantum.§.j.vbi elegãter Iuriſconſultus extendit edictũ prætoris ad eum qui filias noſtras corrumpit, deteriores facit: & Doct.latiùs extendunt ad eos qui corrũpunt vxores maritorũ, item ad eos qui deflorauerint virgines,quia vltra æſtimationẽ deflorationis poſſet cõtra eos agi actione vtili ad duplùm , ratione damni perpeſsi. 5

An autẽ talis † corruptor teneatur ad omnes alias corruptelas futuras?vt ſi vxor ſit facta adultera, & repetat huiuſmodi crimẽ:ſi filia ſit corrupta , & deinde cũ pluribus fornicetur: (nam quod primo delegatum eſt, poſteà fit delegabile.) Eſt quæſtio cõuiualis,& videtur quòd teneatur de omnibus iſtis damnis,tanquàm acceſſorium.Sed non eſt ita: de futuris dãnis non tenebitur corruptor,vt hìc per Doct.per textum noſtrum qui dicit: Si ſeruus fugiẽdo aliquid abſtulerit,eius eſt æſtimatio,non ad alia.Nam futura dãna non veniunt in æſtimationem , ſicut diximus de virginib.corruptis.text. eſt in l. Neratius.in prin.ff.de ſeru.corrup. Quòd autem ſuprà dixi mus † teneri aliquem de conſilio,ſiue ille alius erat aliàs delicturus,ſiue non erat,hoc eſt ſpeciale propter delictùm corruptionis,de quo per Bart.in l.non ſolũ.§.ſi mandato.ff.de iniür.vbi tex.eſt ambiguus,&facit intellectũ ambiguũ.Et quòd non habeatur iſta diſtinctio , Erat facturus vel non, habetis gl.in l.j.§.perſuadere.ff.de ſer.corrup.quia non debent ſubdi calcaria equo currẽti,aliàs nemo ex cõſilio ſuo tenetur regulariter,in c.nullus ex cõſilio.de reg.iur.lib.vj.in l.cõſilii nõ fraudulenti.ff.eo.tit. Sed pulchrum eſt videre,† ãn etiam ipſi corrupto,puta filiofam.cõpetat actio ad duplũ contra corruptorẽ.Finge enim: Scholares petulantes attrahunt,corrumpunt,illiciũt alios ſcholares tẽperatos,vt perdant,decoquant viaticũ,ſumptibus ſeſe grauẽt, an iſte corruptus poſsit age- 6 7 8

re contra corruptores? Et videtur quòd ſic: quia ſi pater po-
teſt agere contra corruptorē ex perſona filii, quantò fortius
ipſemet filius agere poterit? quia propter quod vnūquodq;
tale, & ipſum magis tale. & ſa. Auth. multo magis. C. de ſacro
ſanct. eccleſiis. & hoc tenuere Nicol. de Neap. & Angel. Aret.
hic, quia dignum & meritū eſt vt refrenentur iuueniles intē-
periæ, ne aliquando triſtem experiātur exitum. arg. l. fi. §. fi-
liis. C. de bon. quæ lib. Et hanc opinionē Ioan. Fab. dicit eſſe
multum æquam. Hoc eſt inculcandum corruptorib. iuuenū,
maximè in noſtra Vniuerſitate, quos poſſē nominare, ſi non
eſſet odioſum. Cæterū Ioan. Fab. videtur hæc opinio ſatis du
ra, & putat quòd non procedat de rigore iuris: quod & Iaſon
ſentit: & verum eſt, eſt diuerſa ratio patris & filii: non poteſt
negari quin filius cōſentiat in corruptionē ſui, quod nō eſt
9 dicendum de patre. † Quid autē ſi ſcholaris filiam alicuius
honeſti corrūpit, qui fuerat eam locaturus matrimonio cō-
petenti dote, nunc autē locare non poteſt, quia corrupta, niſi
cum dote auctiore, an iſte ſcholaris teneatur vt dotet iſtā fi-
liam, vel vt auctiorem dotē det? Ioan. Fab putat quòd ſic, &
idem Iaſon, qui dicit corruptorē cogendum, vt aut dotet fi-
liam, aut ducat in vxorē: de quo tamen Iaſon ſe remittit ad
Cano in c. j. de adult. vbi hæc materia elegāter & pulchrè tra
ctatur. Et ſic ſufficiat circa hoc exemplum ſerui corrupti, cu-
ius corruptela dupli pœna punitur, & duplatur etiam æſti-
matio cuiuſcunque dāni præteriti. Vltimo coll. ex text. no-
ſtro pulchram doctrinam, propter quā redditur iſte textus
10 notabilis. Doctrina eſt, quòd † quamuis pœna legalis poſsit
aſcendere à duplo ad quadruplum, tamen ſupra quadruplum
extendi non poteſt, & in hoc ſēper recurritur ad tex. noſtrū.
Sed hæc doctrina multis modis limitatur: nam gl. magna hìc
decem & amplius cōtraria inculcat, quę quia ſcitu digna ſūt
docebimus per modū limitationum. Fallit ergo primo hæc
doctrina in pœna l. Aquiliæ, quæ licet detur ad ſimplū, cæte
ris paribus, tamē hoc ſimplum in æſtimatione excreſcere po
teſt ſupra pœnā quadrupli, vt ſuprà ſæpe docuimus, quādo
ſeruus occiſus æſtimatur quāti plurimi erat in eodem retro
anno. Poſsibile enim eſt quòd ſeruus cū occideretur vix va-
luiſſet decē, at in anno retro poterat valuiſſe quadraginta &
amplius. Itē ſi ſeruus occiſus poterat adire hæreditatē ei de-

latam,

latam,iſta tota hæreditas æſtimatur,quæ aſcendit aliquando ad centuplũ.ita habetis text.ſuprà de l.Aquil.§.illud.Sed hoc ſpeciale eſt in l.Aquilia,vt cõpeſcantur nebulones ne paſsim ſeruos alienos occidant & trucident. Secundo fall.ſi ex naufraga naue aliquis abſtulerit clauum dolo malo, quo nauis regebatur,is tenetur ad æſtimationẽ totius nauis.text.eſt in l.iij.§.ſenatuſconſultũ.ff.de incẽd.rui.naufra. Imò ſi quis ex naufragio dolo malo aliquid abſtulerit,tenebitur in quadruplum damnificato,& totidẽ dabit fiſco. Ecce excurſus ſupra quadruplũ,de quo tamen in alia fallentia dicetur. Itẽ ſi quis ſciens & prudens vendat tignum vitioſum,qui iniunctus in ædes, occaſio ſit quòd domus cadat, is venditor tenetur de damno totius domus propter vilem tignũ. Sic ſi aliquis vendat pecus morbidum,quod iunctum aliis pecoribus,occaſio ſit vt totus grex inficiatur,iſte tenetur de damno totius gregis.tex.eſt in l.Iulianus.in prin.ff.de actio emp.Sed hæc etiã ſuis rationib.defenduntur:quia naufragiũ eſt in hoc priuilegiatũ,propter frequentiã raptorũ qui diripiũt.Sed in ſequẽtibus exemplis eſt contractus bonæ fidei,vt ita meritũ ſit augeri pœnã.Tertio fall.ſi pœna legis diuerſis debeatur perſonis,vt eſt caſus in l.fi.C.de his qui à nõ dom.manu.vbi ſi aliquis nõ dominus ſerui,alienũ mancipiũ manumittat coram Principe, iactitans ſe manumittere ſuũ propriũ mancipiũ, ſi fallit conſcientiam Principis,quem fallere graue eſt, tenebitur vero domino mancipium nòn iuſtè manumiſſum reſtituere,& duo addere in pœnam , & nihilominus fiſco dare tria mãcipia:& ſic iſte punitur in quinque mãcipijs. Sed hoc ideo eſt,quia huiuſmodi pœnæ non debentur vni, ſed diuerſis perſonis,iuſta gl.hic:& hoc nõ eſt nouum, vt in exemplo quod ſuprà dedi.Si quis ex miſerrima fortuna naufragij aliquid dolo malo abſtulerit, tenetur in quadruplũ naufrago, & totidem fiſco.Ecce ibi quadruplũ excurrit, exceditur, ſed in diuerſis perſonis.Et hæc limitatio fundatur ex regula cõmuni qua dicitur:† Quando plures actiones ex eodem crimine oriuntur in diuerſis perſonis,tunc vna actio non tollit aliam, quilibet poteſt ſuo nomine experiri. Exemplum: 11
Si aliquis faciat iniuriam filiæ meæ, quæ ſit vxor Titij, hic datur mihi actio iniuriarum tanquam patri cõtra iniuriantem , & nihilominus maritus poteſt agere contra eundem, & ipſa

& ipſa quoq; filia rectè aget.ita habetis text. ſuprà de iniuri §.patitur.l.j.§.fin.ff.eod.tit.& ſic ex eadē ſæpius actione experiri nō eſt piaculum,dummodo diuerſæ perſonę,quęlibet proprio nomine experiātur Sic ſi Vniuerſitati noſtrę ſit iniuria in ſuppoſitis, ipſa agit proprio nomine,& nihilominus hi qui læſi ſunt propria actione experiētur.Seruate iſtā doctrinā,eſt ad multa vtilis. Quarto fall.ſi ſuper vno & eodem delicto,mihi duæ competant actiones,ex diuerſa radice procedentes,tunc poſſum experiri vtraq; actione ſemper ad pœnam quadrupli. Exemplum habetis in calumniatoribus: Nam ſi nebuloni alicui,homini litigioſo,homini delatori, dedero decem ne mihi calumniam faciat coram magiſtratu, & è diuerſo Flaccus aliquis eidem dederit decem vt mihi calumniam faciat,ſcilicet vt dicat me proditorē eſſe reipub.vel alias calūnias in me cōgerat,is nebulo tenetur mihi ad quadruplum,quia pecuniam turpiter à me accepit ne me tradat, & nihilominus poſſum ab eo repetere quadruplū eius pecuniæ quā accepit à Flacco inimico meo,& ſic cōſequor octuplū.ita eſt text.in l.& generaliter.§.fi.ff.de calum.Quæ procedunt,ſi intra primū annū egero contra iſtum nequam. Et hoc quadruplum inſtitutū eſt à prætoribus magna neceſsitete coactis,quia vrbs Roma& Imperium vbiq; plena erant delatoribus.cōtra quos clamāt & ſcribunt paſsim poëtæ ſatyrici,quòd propter quācunq; leuem ſuſpiciunculā propter quodcunq; vile cōpendium, mox aderat delator, qui bonos viros coram magiſtratib. corā principibus calumniaretur, id eſt,falſa crimina ſcienter ingereret.Et ſi dicas,Nónne hoc eſt cōtra bonam fidem,quòd in his exemplis bis idem conſequor?contrā regulam,Bona fides.de reg.iur.Bona fides non patitur vt bis idem conſequatur.Sed certè nō obſtat, quia ex diuerſa radice iſta conſequor,tum propter meam pecuniam quam tupiter accepit iſte nequam,tum propter alienam pecuniam quā idem acceperat ab inimico meo, & etiā in pœnam ſpecialem calumniatorū. Cæterū poſt annū mihi actio daretur tantum in ſimplum,& ſic ego conſequerer ſimplum meum,id eſt,pecuniā meam, quaſi per rei perſecutoriam:ſed ſimplum pecuniæ inimici mei,illud extorqueo pœnaliter:& tūc eſſemus in tertio genere pœnaliū,de quo dixi in §.pœnales.ſuprà eo.Quid autē ſi tertius aliquis,bonus fautor,daret

nebuloni decem ne mihi negotium calumnioſum ſtrueret? Hoc loco huic bono fautori dabitur repetitio ad ſuam pecuniam,& mihi competet actio ad quadruplum. Et ſic diuerſo fine iſta dicuntur pœnalia.text.habetis in l.ſi quis ab alio.ff. de calum.& gl.in l.in hæredem.§.fin.quæ ibi mirificè variat. ff.eo.tit. Quinto fall.ſi non habeatur reſpectus ad rem æſtimabilem,vel ad rem quadruplandam,ſed iudex vel lex reſpiciat ad punitionē delicti, nō qualiter res æſtimetur ad pœnā legalē,ſed qualiter pro delicti grauitate puniatur offenſor, & ita procedit text.in l.ſi manumiſſus.C.de libert.& eorum lib.vbi ſi dominus manumiſerit ſeruū & libertū fecerit, ſeruus autē inſurgat contra patronū,contemnat eum,quod aſſolet fieri,vt pro beneficijs feramus ingratitudinē, etiā ſi leuis ſit offenſa liberti in patronū,is libertus in ſeruitutē reuocabitur:quæ eſt pœna ineſtimabilis,eſſe ſeruū.Ecce ibi nihil quadruplatur,ſed pœna ſine comparatione excedit pœnam quadrupli:hoc eſt propterea,quòd ad ſolam punitionē delicti ibidem reſpicitur.& ita bene declarat hic Iaſon,qui allegat gl,in c.cùm deuotiſsimā.xij.q.ij.Et per hanc reſolutionem poſſunt ſaluari certæ ſolutiones gl.noſtræ,cū gl.dicit ibi:Non reſpectus habetur ad rem. Sexto fall.ſi per viam ſolennis accuſationis pœna imponatur,vt in caſu,ſi aliquis adminiſtrationē à ſuperioribus emit,iſte reddet quadruplum, & bona applicabūtur fiſco,& ipſe priuabitur cingulo,id eſt, dignitate,quæ ſunt multū grandes pœnæ in emptoribus adminiſtrationū.tex.eſt in Authent.vt iud.ſi quoq.ſuffrag.&c. §.ſic igitur à nobis.ad fin.§.coll.ij. Sed iſta pœna ingeritur per accuſationē,nō per actionem.Vltimo aduertite,quòd in omnibus cauſis in quib.iuratur in litem, regula noſtra non procederet:quia cùm ex affectione iuretur,vt ſæpe diximus, fieri poteſt quòd intereſſe plus quadruplo per iuramentū æſtimetur. Verū iudex in huiuſmodi cauſis iuramenta taxat & moderatur.l.in actionib.ff.de in lit.iur. Et ita habetis hanc regulā ex gl.noſtra magna ſatis ornatā.† Quid aūt in pœna conuentionali, cùm inter partes cōueniat, ſi hoc vel illud nō fiat,vt pēdatur pœna,an iſta pœna poſsit cōuentione partiū excurrere ſummā,pœnā quadrupli? Doct.in multis alijs locis & hîc ſe diffundūt,neſcio an neceſſariò.Iaſon tractat per duas col. Dicite breuiter, quòd ad promiſsionem facti vel 12

ſpeciei

ſpeciei poteſt addi pœna etiã magna:vt,Promittis mihi ſcribere librum?(hoc eſt factum)& ſi non ſcribas, dabis viginti, vel amplius?.ſta cõuẽtio valet,quod eſt not.dignũ:pro quo habetis bonum tex.in l.Lucius Titius.ff.de act.empt.vbi ſub certa pœna promiſerat Titius ſe traditurũ materias ad ædificandum·tradidit partem,aliam partem nõ tradidit: dicitur quòd in pœnã inciderit.Paria dicemus de promiſsione ſpeciei:vt, Promittis mihi equũ,veſtem,domũ ad certã diem, & niſi tradideris, promittis centũ?Iſta cõuentio valet per l.ſciẽdum.quæ modicum facit.ff.de euict.Inter hæc aduerte,quòd huiuſmodi pœnæ apponi & augeri poſſunt his caſibus, per
13 †nomina numeralia ſimplicia.Nos nominamus apud Latinos cardinalia,Iuriſtæ nominãt ſimplicia, ſcilicet,vnũ,duo, tria,&c.Nam nõ poſſet addi pœna,nec in factis nec in ſpeciebus,per nomina numeralia multiplicatiua,ſcilicet, duplum, triplũ,quadruplũ ,octuplũ &c.quæ dicuntur apud nos multiplicatiua,vt etiam hoc intelligatis.Nam facta non poſſunt ſic æſtimari ad duplũ,triplũ,vel quadruplũ,quia ſunt incerta.Sic etiã de ſpeciebus dicimus quarũ æſtimatio eſt incerta, vt ita nõ poſsit facile quadruplari. Cæterũ in datione quantitatis,licet Doct.multũ varient,multa inculcent,tamen hodie propter iura Cano.pœnæ quantitati,id eſt,pecuniæ, non poſſunt adiici propter fraudẽ vſurarũ, quia vſuræ ſunt prohibitæ.ad hoc ſatis facit l.cum allegas.C.de vſur. vbi tamen Imperator habet reſpectũ ad legitimũ modum vſurarum.At in noſtra fide Chriſtiana nullus eſt modus legitimus in vſuris:vnde ſtat hæc cõcluſio firma,quòd promiſsioni quantitatis nõ poteſt accedere pœna.Et in hoc ætas noſtra eſt magis Chriſtiana,quàm fuerit priſca. Nam ſolitũ erat ante cẽtum aut ducentos annos apponere pœnam redditibus:vt,niſi ſoluas annuũ redditũ ad feſtum Martini, dabis qualibet hebdomada denariũ.Hoc tamen nõ obmitto,quòd in conuentionibus vel promiſsionibus quantitatũ poteſt promitti intereſſe lucri ceſſantis, vt faciũt mercatores. Si iſtam pecuniã nõ ſoluas ad nundinas Francofordias,ſolues mihi intereſſe, quod tamen intereſſe nõ poteſt excedere duplum. Eſt materia ampla & diffuſa,& nunquam ſatis euoluta, in l.vnica.C. de ſent.quę pro eo quod inter.profer.Noſtri noui aduocati, quos nominarem ſi expediret, quia non audent petere in iudicio

dicio vſuras & fructus, inuenerũt hanc cautelam vt peterent fructus & intereſſe, ſub quo verbo † Intereſſe, apud aduoca- 14
tos contegitur fraus vſurarum tanquàm ſub pileo. Expediti nunc de theorica huius §. formabimus libellos in ſeruo corrupto. Et quidẽ ſic formari poteſt: † Domine Iudex, quam- 15
uis habuerim ſeruum qui erat bonæ conditionis & honeſtæ vitæ, reus tamẽ ſuis prauis ſuaſionibus, ſuis illecebris, factis & cõſiliis malis & nequitioſis, corrupit eum, fecit eum meretricarium, gulonem, perfidũ, & petulantibus actibus ad mores peſsimos eum adduxit, ita quòd is ſeruus nunc vix decem valeat, quem poterã vendidiſſe ante corruptionẽ triginta florenis: & quamuis reus requiſitus vt mihi hoc damnũ ſarciat cum pœna dupli, recuſauit tamen & recuſat: Vnde peto per ſententiam eum condemnari ad æſtimationẽ ſerui in decem florenis, & ad æſtimationẽ dupli in quadraginta florenis &c. De famulis noſtris corruptis nõ poſſemus actionẽ mouere propter ſolam corruptionẽ, quia non ſunt ſerui noſtri, ſed liberi homines, & poſſunt vadere quoquo velint: niſi forte famulus meus eſſet corruptus per Titiũ, quòd feciſſet mihi furtum & aufugiſſet, quia tunc credo nos bene agere poſſe ſuper damno furti, ſaltẽ vtili actiõe: quod eſt not. quia à Doct. nõ tãgitur, In eo vero caſu vbi ſerui noſtri fugiſſent corruptione alterius, & res mobiles ſecũ abſtuliſſent, ibi in libello mutanda eſt narratio ſecundũ contingentiã facti, & petẽda æſtimatio ſerui, & æſtimatio damni rerũ ablatarũ cum duplo, ſicut bene nouiſtis, & damnũ duplabitur ſecundũ glo. hic Pro filio vero corrupto, vel pro filia, pater aliter aget, qa nõ poſſet æſtimare filiũ vel filiã pro pecunia: nã liberũ corpus non recipit ęſtimationẽ. l. ex hac lege. ff. ſi quadr. paup. fec. dic. vnde æſtimabũtur operæ. Pater dicet, ꝓpter hãc corruptionẽ filius eſt mihi factus inutilis, qui nec ad ſtudia plus aptus eſt, nec ad artificia, has operas ego æſtimo ad cẽtũ florenos. Sic etiã in perſona filię dicet. Et ita cũ DEI laude finimus hũc §.

§. Tripli.

1 ☞ Libellus in ſcriptis offerendus.
2 Conuentionale pro iudiciali.
3 Sportulæ nuntiorum ſalaria.

Plus

4 Plus petentium pœna.
5 Salarium nunriorum quomodo hodie detur.
6 Sportulæ iudicum.
7 Aduocati qualiter ſalaria petant vel recipiant.
8 Aduocati,Canes curiarum,& deuoratores ciuium nominantur.
9 Medici quando ſalar a recipere debeant.

ISTE §.per Doct.multiplici veſte ornatur, vt etiã frigore intentiſsimo caleſceret:& ſunt veſtes inutiles,impertinentes,quæ obmitti poterant.& ego omnia obmittam.exceptis neceſſarijs.Dicite in ſumma:Actor plus petẽs vt reus grauetur in ſportulis executorum,tenebitur in pœna tripli, in qua & ſimplum connumeratur.Coll.ex text.noſtro,quòd
1 etiam olim † libelli conuentionales,id eſt,iudiciales,hoc eſt, actiones,in ſcriptis inſtituebantur:ſed hoc non erat neceſſe tempore veteris prudentiæ:iure ciuili & Auth.introducta eſt neceſsitas offerẽdi libelli in ſcriptis.Auth.offeratur.C.de lit. conteſt.cum concord.in gl.hic & Doct.Verum hæc doctrina temperamento eget, quia in cauſis magnis & ordinarijs, vbi extẽto velo agitur,neceſſe eſt libellum offerri in ſcriptis, alioqui proceſſus eſſet nullus: quod malè ſeruatur apud laicos:& iſti dicuntur libelli conuentionis velut nouo vocabu-
2 lo.Satis enim nouum eſt.† cõuentionalia accipere pro iudicialibus, & eſt cõtra l.in conuentionalib.ff.de verb.obl.vbi cõuentionalia illa dicũtur de quibus per partes cõuenit: nec memini me legiſſe,libellum conuentionalem nominari pro iudiciali.Cæterũ in paruis & quotidianis cauſis & velut ſummariis,ibi nihil neceſſe eſt libellũ in ſcriptis offerri, ſed poteſt actio ſummariè ꝓponi,de quo habetis Bar.in extrauag. ad reprimendum.in vſibus feud.& latè Specul.in tit.de libel. oblat.Et per hæc volo amputata haberi iam quæ hîc latè tractat.Iaſ.poſt Doct.circa materiam libellorũ.Secundo coll.
3 ex text.noſtro,quòd olim executoribus & † nuntiis,apparitoribus,viatoribus(vt hic nominat Imperator)dabãtur ſportulæ ſecundum quantitatem in libello petitam, id eſt, quota aliqua ex ſumma petita: & huiuſmodi ſalaria nominantur ſportulæ , ab antiqua obſeruatione Romanæ vetuſtatis,vbi cùm populares & plebeii aduolaſſent ad limina potentum comitando & ſalutando dominos,diſtribuebãtur eis munu-

ſcula

ſcula in ſportulis,quæ diſtributiones ſeruauerũt nomẽ ſpor tularum. Tertio coll.quòd ex iſto ſalario viatorũ,mox nata eſt fraus actorũ vel agentiũ,qui vt incõmodarent & damnificarẽt reos,plus iuſto petebant,maiorem ſummã in libello complectebãtur quã eis erat debita, vt ſic nuntius vel executor partẽ ſuã ſalarii,ſecundum quantitatem petitam taxaret, non curando poſteà quid actor cõſequeretur in lite,aut in quo abſolueretur vel cõdemnaretur reus. Nã in initio litis, ante litem cõteſt.dabãtur huiuſmodi ſportulæ nũtiis & viatoribus,ſicut etiã hodie moris eſt hic & in aliis ciuitatibus, quòd quando peregrinus vult hic litigare, cogitur aliquam ſummã perſoluere ante cœptã litem,cuius moris veſtigia habetis hic per tex.noſtrũ. Sed dubitari poteſt an hæc pœna tripli locũ habeat,ſiue actor dolo & fraude, ſiue ſine dolo,quodam vel errore vel improuidentia ſumma in libello auxerit? Ad hoc enodandum habetis hic cõtrarias gloſ. Gl.magna circa mediũ ſignificat,quòd ſi actor ſine dolo plus debito cõplexus ſit in libello , quòd pœna tripli ceſſet, licet reus cogatur ſoluere ſportulas maiores,quia viator nõ curat quo propoſito ſit quantitas aucta:hoc tamẽ damnũ nõ cõſequetur reus ab actore,qui non erat in dolo. Et hoc eſt quod gl.hic dicit, text.noſtrum intelligi cauſatiuè,nõ conſecutiuè,quæ verba ſunt multum obſcura:& variè per Doct.hic explicantur.Senſus autẽ eſt pro intellectu Iaſ. quòd text. noſter intelligatur cauſatiuè,id eſt,cauſa ſportularũ ſit iſta magna quãtitas,ac ſi diceret aliquis ad viatorẽ,Ex qua cauſa recipis ſportulas?vnde cauſaris iſtas ſportulas?Promptè reſpõdebit,Ex cauſa maioris quantitatis in libello petitæ, iſta eſt mihi occaſio petẽdi magnas ſportulas. Sed iſta non ſunt cõſecutiuè intelligenda,ita quòd perpẽdatur quid cõſequatur actor, an poſsit cõſequi id quod petiit,an nõ poſsit cõſequi:iſta vis cõſecutiua hic non intelligitur.Et hoc eſt quod dicit gl.textum intelligi cauſatiuè,non cõſecutiuè:id eſt,occaſione maioris quantitatis,& non propter id quod ſit cõſecutiuũ. Et vult gl.quòd actor tantũmodo teneatur reſtituere pœnã tripli,ſi dolo maiorẽ quantitatẽ ſit cõplexus,non ſi ſine dolo,etiam ſi nihil cõſequatur. E diuerſo eſt alia gl.cõtraria in verbo,cõſequatur, hic circa fin quæ dicit tex noſtr. intelligi ſiue cauſatiuè,ſiue cõſecutiuè.Et eſt ſenſus,in tex.noſtro nõ curari quid viator

vel actor conſequatur, plus vel minus, ſed conſideratur id in quo reus damnū eſt paſſus. hoc dicitur cauſatiuū, ſicut ſuprà declaraui. Et hanc gl. puto veriorem: per quam concludo, ſi
4 † actor plus petat maiorē quantitatem quàm quæ debeatur, etiam ſi hoc ſine dolo faciat, dūmodo viatores maiores ſportulas ſint cōſecuti, reum habere petitionem tripli, ſiue attendatur occaſio, ſiue conſecutio. Eſſet enim exemplo iniquum, etiam ſi actor ſine dolo maiorē quantitatē cōplecteretur, & proptereà viator exigeret maiores ſportulas, quòd reus non poſſet repetere ab actore hoc dānū cuius actor cauſa eſt. Et ſic intelligitis verba gloſ. obſcura. Item coll. ex text. noſtro, quòd iſte mos, hæc exactio ſportularū, abiuit ab aula, hodie non ſeruatur de cōſuetudine, vt dicunt omnes Doct. hîc ſcri
5 bentes: & veritas eſt, quia † hodie de cōſuetudine nuntijs dantur ſalaria iuxta diſtantiā itineris ſecundū miliaria, & ſic ceſſat hodie pœna tripli quo ad hunc text. Et vult Io. Fab. quòd tex. corrigatur per cōſuetudinem. Bal. allegat l. cùm poſt ſententiam. C. de appel. & l. pro locis. C. de annon. & trib. libr. x. quæ iura modicū faciunt. Aduertite tamen, quòd licet ab aula abierint ſportulæ viatorū, & deuentū ſit ad ſalaria pro mo
6 do itineris, tamen † iudicum ſportulæ adhuc manent de quibus habes in Auth. ut. de iudicib. §. ne autem. vbi in ipſa litis conteſt. partes ſoluunt duos florenos iudici, & in fine cauſæ etiā duos florenos. Sed hoc non eſt perpetuū, niſi fortè in iudicibus delegatis qui poſſunt exigere ſportulas, id quod vidi plus ſemel in practica: ſed in iudicibus ordinarijs nō eſt ita. Nam in Conſiſtorijs literatis, eccleſiaſticis, dantur ſalaria iudici ex publico: vel, vt Conſtantiæ ſeruatur, Notarij dant ſalaria iudici, tertiā partem lucrorum ex regiſtris, & ex ſententijs. In quib. etiam cōmittitur fraus, quia extendunt regiſtra, multiplicāt verba, plures non vtiles receſſus inſcribunt, vt ita & eorum lucra, & iudicis obuētiones ſint pinguiores: ſi tacemus exactionem ſigillorum, quia ex ſigillatione exigitur immenſa pecunia, fortè loco ſportularū: in quo iterum deprehenditur fraus, ſcribunt inſtrumēta ſentētiæ valde lata, ſæpe per plura folia, ſine omni ſæpenumero vtilitate, vt ita ſigillifer poſſit creſcere in exactione ſigilli. Et quis explicabit ſatis
7 fraudes Cōſiſtorialium? Quid autē de † Aduocatorū ſportulis, & lucris? Hic eſſent multa cōgerenda. Iaſ. hîc dicit Aduocatos

catos in cauſis Epiſcoporũ & Abbatum poſſe exigere maxima ſalaria.Iureconſultus in l.j.§.proinde.ff de var.& extraord.cog.dicit,Aduocatorum honoraria eſſe centũ florenos: quod non rectè intellexerunt Romani Aduocati,vt ibidem dicit Bar.qui non ex vna cauſa exigunt centum florenos,ſed ex quolibet capitulo illius cauſæ,dicentes ſic intelligi debere textum:propterea rectè id genus hominum à Bart.in l.cunctos populos.in v.quæſt.C.de ſum.trinit.& fid.cath.nominãtur† Canes curiarum,& deuoratores ciuium.Dicit etiam 8
idem Bar in d.l.j.§.diuus.† medicis nõ deberi ſalaria niſi ſanum fecerint infirmum,& ſi recipiant ſalaria,debẽt reſtituere.allegat l.medicus.ff.eo.tit.de var.& extraordi.cog.Quod ſi verum eſſet,medici non induerentur tam ſplendidis & purpureis veſtibus,ſemper habẽt rubeas togas,ſiue moriatur ſiue ſanetur infirmus,æqualiter triumphant. 9

§.Quadrupli.

1 Pœna quadrupli.
2 Calumniator quam pœnam mereatur.
3 Condictio ex lege.
4 Metati qui dicantur.
5 Latores,debitorum excoriatores.
6 Pœna dupli,furti nec manifeſti,ſerui corrupti,l.Aquiliæ,legatorum piorum.
7 Iuramentum non eſt probatio.
8 Citatio per iudicem permittenda.
9 Quot met.cauſ.practica.
10 Metus quintuplex.
11 Quod met.cauſ.actio,quando competat.
12 Quod met.cauſ.actio pœnam habet quadrupli.
13 Libellus actionis,quod met.cauſ.
14 Quadruplatores.

ISTE §.habet plus verborum quàm rei,ſicut videtis.Diuidite eũ in tres partes.Primo enumerãtur quatuor actiones quadruplares, deinde enumerantur quinq; actiones duplares,& tractatur actio,quod metus cauſa.Hęc diuiſio ſit vobis loco ſummarij,per quod dicetur quatuor eſſe actiões ſub pœna quadrupli,& quinq; ſub pœna dupli.Coll.primo, † penã furti manifeſti eſſe quadruplũ,de quo ſuprà ſatis dixi 1

mus. Secundo notate, quòd hi qui inferũt metũ alteri, tenentur ad quadruplũ: quod qualiter fiat in fine dicemus. Tertio
2 coll. contra † calumniatores, cõtra delatores, qui pecuniam accipiunt vt innocentẽ deferant, accuſent, prodant magiſtratui, qui percelluntur meritò pœna quadrupli, tanquã homines abominabiles, cõtra quos inſurgit Imp. in l. ij. & iij. C. de delat. libr. x. De huiuſmodi calumniatoribus multa diximus in §. tripli. in limitationibus poſt gl. magnã, quæ hic volo habere repetita. Et non ſolùm hi qui accipiunt pecuniam vt calumniam ſtruant innocẽtibus, hac arcentur pœna, ſed etiam alij qui pecuniã accipiũt ne calumnientur. Et ſi dicas, Nonne honeſta res eſt dare pecuniã ne patiatur innocẽs calũniã? Dicite, verum eſſe, honeſtè hoc dari, ſed turpiter accipi: ipſe enim vltro debebat continere manus, cohibere mentẽ, conſilium, animũ, vt abſtineret ab huiuſmodi calumnijs, quapropter meritò in quadruplum condẽnatur. Nam qui accipit pecuniam ne peccet, ne conſtupret filiã meam, ne mihi dãnum faciat, is eſt omnium verbero maximus. l. iuris gentiũ. §. ſi ob maleficiũ. ff. de pactis. Vnde gratis debemus benefacere, non propter pecuniam. Quarto coll. ex text. noſtro, in quo text.
3 noſter eſt not. & propterea dignus vt legatur, quòd † conditio ex l. id eſt, actio perſonalis ex l. datur contra executores magiſtratuum, qui plus debito, plus iuſto exigunt à litigantibus, concutiunt miſeros. Et iſti executores differũt ab executorib. in §. tripli. quia ibi executores non peccant accipientes ſportulas iuxta modum quantitatis debitæ, ſicut ibidẽ audiuiſtis: ſed actor peccat, actor delinquit ibidẽ, qui dolo vel temeritate plus petit quàm ei debeatur, vt ſportulę auctiores fiant. Contra huiuſmodi viatores vel miniſtros magiſtratuũ iura ſæpe inſurgunt, in l. prohibitum. C. de iur. fiſ. lib. x. in l.
4 deuotum. & ibi Ange. C. de meta. libr. xij. † (Metati dicuntur milites in caſtris, quia caſtrametantur, ſicut dicitur in ſacris literis: Caſtrametati ſunt filij Iſrael &c.) & in alijs locis. Ad hunc caſum pertinẽt qui concutiunt miſeros vt extorqueãt ab eis pecuniam, dicunt ſe velle capere pignora & vendere ad inſtantiam, ad iuſſum magiſtratuũ, cùm tamen magiſtratus non iuſſerit: minantur ſe velle vendere bona & publicare ac ſi præſes iuſsiſſet, & tamen carent mandato. Huiuſmodi viatorib. poteſt reſiſti manu armata, propria authoritate, de quo

habetis

habetis pulchram gl.cum multis cōcord.in d.l.deuotum. Et per hoc defendi ſuperioribus dieb. quēdam qui accuſabatur criminaliter,eo quòd reſtitit apparitori,executori eum capere volenti.Sed quæ iam dico tunc non allegaui,nec occurrerunt mihi,quod doleo:hi qui habent hoc conſilium, addant præſentia,vt conſiliū ornetur,quia obtinui.Et quòd eis poſſit reſiſti,admittit Imp.in d.l.prohibitum.quam in d.meo cōſilio allegaui.In hoc genus hominum,in has ſordes nebulonū accenſere poteſtis hos quos vulgus nominat procuratores minores,vt adhuc ſunt in Cōſiſtoriis, nominātúrq; vulgò † Latores,ſiue ad prouincialia iudicia,ſiue in Cōſiſtoriis, 5 quorū officiū eſt excoriare debitores, fulminare proceſſus, bāna,tonitru: hi aliquando accipiunt à debitorib.pecunias, vt eis parcāt,ſunt ambidextri, pugnāt vtriſq; manibus,& ludificant creditorem: hi omnes ſunt inſcribendi in iſtam pœnam quadrupli,vt nos putamus. Quid autē hodie cū taxata ſunt ſalaria executoribus,nuntiis publicis? Nam ſtatuta Cōſiſtoriorum huiuſmodi ſalaria taxant. Quid ſi talis nuntius excedat ſalarium ei taxatū, an etiā condemnetur in quadruplum?quod videtur,cū ſtatutum ſit ſcripta lex. Ioan.Fab.putat eſſe ſatis æquū quòd etiā hodie coerceatur temeritas iſtorum nuntiorū pœna quadrupli: ſed putat de rigore durum eſſe,cum pœnæ extra caſum non ſint extendendæ, vul.l. interpretatione.ff.de pœn. Vnde putat Ioan. Fab.eos extra ordinem puniri:quod idem tenuit Ioan.de Platea, vt eum allegat Iaſ.Cæterùm Iaſon tenet contrariū,putans poſſe extendi pœnā quadrupli etiam ad caſum ſtatuti,cùm non poſſit dari diuerſa ratio,vtpote quòd idem ſit crimen nuntii excedentis legem,& excedētis ſtatutū. Ego iſtam diſcordiā puto cōcordari poſſe, quia aut pœna excedenti nuntio eſt in ſtatuto expreſſa,& tunc vera eſſet aſſertio Io. Fab.quia ceſſabit pœna quadrupli,per regulam Generi.de reg.iur.lib.vj. Generi per ſpeciem derogatur.Aut nō eſt ſpecialis pœna appoſita in ſtatuto,& tūc fit vera opinio Iaſonis, quòd habebit locū pœna quadrupli. Quinto coll.† pœnā furti nec manifeſti,& ſerui 6 corrupti,& porrò l.Aquiliæ,& legatorū piorū nō ſolutorū, eſſe pœnā dupli vbiq;,ſed differēter notabili differētia, quia pœna ineſt furto nec manifeſto,& ſeruo corrupto,à primo initio,ab ipſa origine,& ſic eſſentialiter:ſed pœna dupli ex

Cōſiliū inc... pit,Per pr... uidos quo... dam, &c.

l.Aquilia,& legatorũ &c.venit ex accidenti, venit ex poſt facto,quia ratione primæ & eſſentialis obligationis tantũ venit ſimplũ,id eſt,æſtimatio rei:ſed ſi damnificans inficietur, negauerit damnum,conuictus condemnabitur in aliud ſimplum,& ſic in duplũ.Paria dices de legatis pijs, quia tãtummodo res ipſa eſt præſtãda,hoc eſt ſimplum.Sed ſi negauerit hæres legatum,vel ſi morã fecerit,ex hoc accidenti,& ex poſt facto,& aduentitiè,veniet aliud ſimplum,& ſic duplum. Hæc ſunt notatu digna,quia aliqua pulchra ex eis eliciũtur.Nam actio hæreditaria ſerui corrupti dabitur hæredi contra corruptorem ad pœnam dupli mox ab initio.ita eſt tex.in l.hęc actio.ff.de ſeru.corrup.Vnde hæres eius cuius ſeruus corruptus eſt,ex ratione primę obligationis petet duplum à corruptore.Sed in l.Aquilia,in dãno iniuria dato, hæres tantummodo experietur in ſimplum contra dãnificantẽ.tex.eſt in l. item veniunt.§.cùm prædixerimus.ff.de petit.hæred.vbi dicitur,actionem l.Aquilię,ad damnũ iniuria datum venire in petitionem hæreditatis,id eſt,competere hæredi ſine ratione incrementi,id eſt,dupli,quod creſcere poterat propter inficiationem.Nam hæres damnificati,cùm contra damnificantem experietur tanquam hæres,non petet niſi damnũ.id eſt, ſimplum:& ſi damnificans inficietur,& fuerit conuictus,nihilominus condẽnabitur tantũ in ſimplum.Hęres nõ poteſt petere incrementũ dupli propter inficiationem,quod tamen poterat petere hæres in actione ſerui corrupti: poterat mox petere duplũ,iſte non niſi ſimplũ,aduerſarius neget vel non. Quæ eſt ratio differentiæ iſtius?Gl.ponit rationẽ ſubtilẽ & pulchrã in d.l.hæc actio.quia actio ſerui corrupti ab initio, ex natura primæ obligationis cõpetit:ſed incrementũ dupli in l.Aquilia,nõ ab ipſa origine,nõ à ſubſtãtia obligationis, ſed ex accidenti venit,ex poſt facto,aduentitiè,quodam euentu.Ecce illa eſt ratio glo.quæ ſumitur ex iſta differentia.Sed per hoc non ſatiatur mens,adhuc deſideratur ratio,quare ex primordio veniat duplum,& non accidenti.Iſtam rationem dixi in Intell.meis,fol.54.in verſ.Cur actio hæreditaria. Et eſt ſubtilis & pulchra inueſtigatio:nam poſtquàm defunctus eſt qui habuit ſeruũ corruptũ,tũc ſcimus quòd omnes actiones actiuæ & paſsiuæ quæ inueniuntur in hęreditate,competunt hæredi:ſed iſta actio ſerui corrupti inuenitur cũ pœna

dupli

dupli in hæreditate, meritò eam hæres exercebit contra corruptorem. Sed non ſic eſt in damno l. Aquiliæ. Si is qui damnificatus eſt moritur antequã perſequatur damnũ, tunc hæres defuncti, in ea hæreditate nihil aliud inueniet quàm actionem damni in ſimplum, quia reus necdum fuerat inficiatus, & ita necdum creuit incremẽtum dupli, quapropter meritò hæres defuncti non proſequetur niſi damnum hæreditarium, tanquam hæres, nec proſequetur pœnã dupli, quia nõ eſt inuenta in hæreditate. Hoc dicitur ex accidẽti. Vnde ſi hæres defuncti petat damnum ſarciri ab aduerſario, aduerſarius neget damnum, & cõuincatur probationibus, hæres iam nõ poteſt petere duplum, quia nõ eſt hæreditarium: aduerſarius dicet, Ego inficiatus ſum hoc damnum tibi qui nõ paſſus es damnũ, nõ ſum inficiatus defuncto, qui damnum paſſus eſt. Iſta ſubtilia eliciuntur ex hac differentia, vnde nõ credite Imperatorẽ fuiſſe otioſum in hoc §. Ex iſta differentia etiã alia vtilitas oritur, vt hic per Ioãnem de Plat. prout eum ellegat Iaſon. Nam ſi contra malefactorem vel hominem criminoſum procederetur inquirendo vel accuſando, & is daret fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, is fideiuſſor tantum tenebitur occaſione primæ obligationis: nã ſi iſte reus, iſte malefactor in pœnã contumaciæ incideret, vel propter negationẽ ſuam puniretur tanquam mendax, in huiuſmodi acceſſoriis non teneretur fideiuſſor, quia iſta veniunt ex accidenti, non ſunt pœna criminis, ſed pœna cõtumaciæ, pœna negationis &c. habetis de hoc pulchrũ text. in l. j. ff. de in lit. iur. vbi dicit Iureconſult. rem aliquam non eſſe pluris, ſcilicet in ſua ſubſtantia, licet creſcere poſsit per iuramentum. & alium tex. habetis in l. fideiuſſores magiſtratuũ. ff. de fideiuſ. vbi dicit tex. fideiuſſores magiſtratuum conueniri poſſe in pœnam vel in mulctã, ſcilicet quòd iſta ex accidenti veniunt. Et conſulunt Doct. hic Iaſon poteſt alios, cũ in talibus negotiis ſumũtur fideiuſſores, quòd non ſolùm fideiubeant pro iudicato ſoluendo, ſed quòd aſſumãtur ad omnem caſum qui in iudicio contingere poſsit. Coll. ſexto ex tex. & in gl. in verbo, Duplicantur, cùm dicitur duplicari damnũ in l. Aquilia: verũ eſt, accedẽtibus legitimis probationibus, nec ſufficeret iuramẽtum. Vnde ſi actor peteret damnũ ab aduerſario, aduerſarius deferat actori iuramentũ, ſi poſsit iurare ſe feciſſe damnum,

& actor iuret, iam non cōdemnabitur in duplū aduerſarius: ſed in ſimplum, ac ſi cōfeſſus eſſet, quia detulit iuramentum
7 actori. Ex quo notant Doct. hic quòd † iuramentum nō eſt legitima probatio: ſed contrarium tenuit gl. in l. in cōtractibus. C. de non numer. pecun. Et Doct. hic diſceptant, qualis probatio ſit iuramentum. Certè vos habetis textum in l. fi. §. licentia. C. de iure delıberan. vbi inter legitimos modos probandi etiam anumeratur iuramentum. Bal. putat, ſi nō ſit legitima probatio, tamē ſit vera. Et hoc ego teneo, quia per iuramentum res ſit liquida, rectè ſicut per ſententiam. l. ij. ff. de iureiurand. Tandē ex tex. noſtro, ibi, dum dicitur: Iuſſa magiſtratuum noſtrorum cōueniantur: coll. ex Ioan. Fab. quòd
8 † nuntii non poſſunt citare aliquem niſi iuſſu iudicis, & ſi ſa ciūt, tenētur pœna falſi criminaliter, vel ciuiliter tenētur parti ad intereſſe. l. qui nomine. ff. de fal. quod ipſum tenēt Bart. Bald. & Doct. in l. fi. C. de exhibēd. reis. vbi prohibetur exhiberi aliquem reum, niſi iuſſu & authoritate iudicis. Quòd autem diximus, per nuntium neminem debere citari, niſi iuſſu magiſtratus fallit, ſi à principio dum nuntii vel apparitores ad officia aſſumuntur, dum eis committitur generaliter, ita quòd ad eorum officiū pertinet citare hos vel alios. Et ſic eſt in ciuitate noſtra, & in aliis ciuitatibus Imperii: quia apparitores habēt apud nos poteſtatē citandi debitores ad inſtantiam creditorum ſine iuſſu magiſtratus. Ita etiam in cōſiſtoriis fieri poſſunt citationes, & ſigillari ſine iuſſu Officialis. Vnde rectè dicit hic Ioan. Fab. quòd conſuetudine aliud ſeruatur. In magnis tamen & ſolennibus cauſis ſolēt decerni citationes. & ita procedit dicta l. fi. C. de exhiben. reis. Hoc voluit etiam Innocent. in c. petitio. de iureiurand. licet hoc Bar. non placuerit in d. l. fi. & dicit Bart. in l. j. C. de iur. domi. impetr. non debere concedi hanc poteſtatem apparitoribus, vt quouſque debitores citent pro ſtomacho, niſi debitorum nomina vniuerſaliter coram iudice exprimantur, vt, citato hunc vel illum &c. hic mihi iterum occurrūt Latores noſtri, qui faciunt in conſiſtorio Cōſtantienſi confici multas citationum literas, centum & amplius, dimiſſo ſpatio vbi citandus nominari debet, & ita ſigillāt totum faſcem citationum, quas citationes per riſum nominant maniculas, quia cū domum veniunt, prout quiſque creditor petit inquietare debitorem

torem,mox lator inſcribit in lacunam nomẽ debitoris.Tã-
dem veniamus†ad practicam,& præſertim in actione,quod 9
met.cauſ.vt rectè formetur libellus,aliqua ſunt præmittẽda.
Et primo præmitto,† quinque genera metus inueniri,quod 10
vt ſciamus neceſſe eſt.Sic enim cognoſcimus quando actio,
quod metus cauſa,competat.Primus eſt metus minarũ,ſecũ
dus metus eſt facti,tertius eſt potentiæ,quartus reuerentiæ,
quintus perfidiæ. Primus metus minarum non eſt tanti vt
propter eum competat actio,quod metus cauſa, quia minæ
non incutiunt terrorem.l.metum.iij.ff.eo.quod met.cauſ.l.
metum.C.eo.niſi tria cõcurrant,tum quòd perſona quæ mi
natur poſsit ad effectũ minas ducere,tum quòd perſona quę
minatur cõſueuerit ad effectum perducere, tum etiam ſi ſint
minæ atrociores.In iſtis tribus caſibus metus minarum ope
ratur aliquid.glo.in d.l.metum.C.eo. Secundũ genus metus
dicitur metus facti,quando prę uerſatur periculũ ſalutis, vel
cruciatus corporis,vt ſunt verbera, carceres,armata manus,
& ſi quæ ſint atrocioris facti: is dicitur metus cadẽs in con-
ſtantẽ virũ,de quo habetis in l.interpoſitas.C.de tranſact.&
in l.metum.ij.ff.eo.Et in hoc genere metus præcipuè datur
actio,quod met.l.ſi per impreſſionẽ.C.quod met.cauſ.cum
multis ſimil.Tertius eſt metus,& dicitur potẽtiæ,quando 15
qui metum incutit eſt potens in Repub.vel ſuperior aliquis
dominus terræ,Comes vel Baro,erga ſubditos, magiſtratus
rerum pub.Iſtæ perſonæ & ſimiles dicuntur incutere metum
ex potentia eorum,quia ſola rogatio,ſolus iuſſus quantũuis
ciuilis,poteſt incutere hunc metũ.Vnde ſi Comes roget ſub-
ditum vt vendat ſibi hortum, iſta rogatio facit metum, & ſi
ſubditus vendit,dicitur metu vendidiſſe, quia vulgò dicitur:
Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubẽdi. gloſ.in Cle.j.in
verbo,Exhortamur.de teſtib.Bar.in l.j.ff.quod iuſſu.Sic ſol
uens iuſſu magiſtratus id quod nõ debuit, metu ſoluiſſe di-
citur.Dyn.in l.liber homo.ff.de acquir.rer.do.Bald.in titu.
de pact.Conſtant.in verb.actiones.in vſibus feud. Noui Ba-
ronem, non vnum, qui cùm ſubditus diues haberet filiã nu-
bilem,dominus rogauit eum vt collocaret filiam nuptui ſuo
equiti,ſuo famulo:& pater eiuſdem filiæ propter hoc ſolum
mutauit domicilium,& in ciuitate mortuus eſt.Hoc eſt con
ſuetum dominis tẽporalibus. Iſti metus poſſunt reſcindi of-

ficio iudicis,licet nō cōpetat actio,quod metus cauſa. Quartus eſt metus reuerentiæ. In hoc genere ſunt libertus erga patronum,filius erga patrem, vxor erga maritum,clericus erga ſuum epiſcopum,illi ſolent eſſe in metu reuerentiæ. Si pater,vel patronus,epiſcopus vel maritus cum eis aliquid agāt, aut vt cōtrahant vel non contrahant, aut vt vendant vel non vendant, alienent vel non alienent, donent vel non donent, conſentiant vel non conſentiāt, & quicquid eius farinæ eſt, propter metū reuerentiæ omnia illa reſcinduntur officio iudicis,nec datur vlla actio propter hos actus qui fiūt propter reuerentiā eorum quibus debetur honor.ita habetis tex.in l. j.§.quæ onerandæ.ff.quar.rer.act.nō da.quia quoties oneratur libertas in talibus ſubiectis perſonis,per eos quibus debetur reuerētia,iſta non valent,ſed reſcinduntur per d.§.quæ onerandæ.& fa.l.fi.C.quod met,cau. In quo tamē ſumas regulam pulchram,quòd in actionibus explicandis per filiū libertum, clericum,vxorem,ſola præſentia eorū quibus debetur reuerentia nihil faceret,non ſufficeret ad reſcindēdos illos actus,niſi verba interueniāt vel minæ. Eſt pulchra doctrina Bart.in d.§.quæ onerādæ.ad fi. Et poſſunt iſta duo genera metus,potentiæ & reuerentiæ, rectè accommodari ad primum genus,ſcilicet minarū. Et hoc eſt multū vtile pro vxorib.contra maritos:quia cùm maritus aliquid ſeuerius dicat ad vxorem, Vxor cur nō conſentires? vel ſimilia,mox incutitur in vxorem metus reuerentiæ,vt ſi etiam poſteà cōſentiat alienationi vel aliis rebus,nihil agat,omnia reſcindūtur officio iudicis. Quintus eſt metus perfidiæ,vt cū aliquis permouetur ab alio,quia timet eius perfidiā:vt ſi cliens rogatus ab aduocato vt vendat ei aliquē fundum, vel donet aliquid,ideo quòd timet ne aduocatus perfidè cū eo agat: quod nō eſt inſolitū quibuſdā aduocatis Sic ſi ęger rogatus à medico vt donet ei fundū,hortū,vel aliquid aliud,inter medendum,quia timet perfidiā eius,per l.medicus.ff. de var.& extraor. cog.vbi medicus curabat oculos cuiuſdā Titii,& quāto plus medebatur,tāto periculū maius imminebat. At medicus perſuaſit ægroto,vt daret ei fundū in ſuburbanis, vellet videre pro medela meliori:hoc protinus facit ęger cōcuſſus metu perfidię. Dicitur ibidem facinus hoc reſcindi,& medicū puniri. Hoc quintū genus metus ego addidi vltra Doct.quod eſt quotidianum.

dianum.Hoc etiam clamauit Hadrianus Imperator,cũ iam vita defungeretur:O,inquit,manus medicorum perdidit me. Et dicitur apud ſapiẽtes,Miſer eſt,quicunq; ſub medico eſt. Nunc ad propoſitũ.Solum ſecũdum genus metus,qui in cõſtantem virũ cadit,qui cũ timet ad verbera.cruciatus corporis,carceres &c.parit actionẽ,quod metus cauſa.Cętera quę per metum fiunt,reſcinduntur officio iudicis.Secundo præmitto,actionem,† quod met.cauſa,cõpetere dupliciter.Vno 11
modo imperſonaliter,videlicet cùm plures metum fecerunt, plures me adegerũt,cõto rſerunt metu vt tradam eis equum, libros,vaſa argentea,vel alia id genus,hos plures ſi nõ cognoſco qui ſint,vt ſolet fieri in tumultibus,iam actio,quod metus cauſ.imperſonaliter ꝓponitur,ſicut poſteà videbitis formã, & cõpetit cõtra quencũq; qui lucrũ ſenſit ex iſto metu. tex.eſt in l.ſi cum exceptione.§.in hac.vbi ſunt pulcherrima verba.ff.quod met.cau.& ibi gl.eleg.in verbo,per ignorãtiã. quia cũ iſta de nocte aliquãdo cõtingant,ꝓbabilis eſt ignorantia authorũ,id eſt,eorũ qui metum incutiunt. Alio modo cõpetit hæc actio contra certam perſonam,quãdo certus eſt ille qui mihi metum incuſsit. Tertio præmitto,quòd† iſta 12
actio,quod metus cauſa,datur primo anno in quadruplum: deinde poſt primũ annũ in ſimplum.l.ſi per vim vel metum. C.eod.tit.Quadruplatur autẽ res metu extorta,& eius æſtimatio, ita ꝙ ſimplũ includatur quadruplo d.l.ſi cum exceptione.§.ſi quis.verſ.quadruplatur.ff.eod.Quarto præmittite,quòd in actione,quod met.cauſa.ſecundum opinionem gl.noſtræ dantur duæ ſentẽtiæ diffinitiuæ, vna ad rem metu extortam reſtituendam, & ſi reſtituatur, res eſt expedita : ſin vero intra terminum nõ reſtituatur, tunc datur ſententia ad quadruplum,ſimplo incluſo. & poteſt etiam concurrere iuramentũ in litem à perſona actoris. Et iſta ſunt in arbitrio iudicis,propterea dicitur actio arbitraria, vt pulchrè audiemus in §. præterea. infrà eodem. Et quamuis hæc opinio gloſ.quam Accurſ.tenet vbique,hic & in d.§.in hac.vbi ampliſsimè toleretur , tamen ad hoc demiſſum eſt communi opinione Doct. quòd vna tantũ ſententia feratur cum ſubordinatione.Sic enim dicet Iudex:Condemno te,vt reſtituas rem metu extortam actori , & intra dies octo,intra quindenam reſtituas,& niſi feceris, condemno te ad quadruplum.

Hæc

Hæc ſententia eſt recepta vſu, quæ mihi multum probatur. Et non dicitur ſub conditione, propriè loquendo, ſed cū ſub ordinatione, cum ſubalternatione, ſicut ſolet in l. non ab re. C. vnde vi. in l. conductores. C. locat. vbi iudex cōdemnat vt inuaſor vel conductor fundi, reſtituat rem intra tēpus, & niſi fecerit, perſoluat actori, & reſtituat rē cum æſtimatione. Iſtę ſententiæ recipiuntur communi vſu apud iudices delegatos, cum dant literas executorias: vt, niſi pareas ſententiæ intra quindenam, ſubijcio te excōmunicationi, & ſi ſteteris in excommunicatione per menſem, procedam cōtra te aggrauando proceſſus &c. Hæc ego addo vltra Doct. ne quis dubitet de iſta communi doctrina quam retulimus. Sic ergo formabitur libellus in actione, quod metus cauſa, cùm contra cer-
13 tam perſonam agitur: † Domine Iudex, ago contra Titium, qui me vi & metu compulit, metu inquam in conſtantem virum cadente, vt ei vendam vineam meam pro viginti, quam non fueram venditurus pro centum: & prę ſenti anno Titius me ita coëgit: vnde offerēdo ei iſta viginti quæ coactus ſum accipere, peto eum condēnari & compelli, vt reſtituat mihi vineam cum omnibus fructibus quos percepit, vel quos ego percipere potuiſſem: & ſi expediat, peto mihi deferri iuramētum in litem: quòd ſi intra tempus per vos ſtatuendum mihi non reſtituat, peto eum cōdemnari in quadruplum. Ecce in hoc libello habetis propemodum omnia quæ per Doct. hic traduntur prolixè, nempe quid ad hanc actionē requiratur. Alia forma cùm imperſonaliter experimur hac actione: Domine iud. venēre quidā ad me cū iter facerē, & compulerunt me vt traderem eis equum meū, & hoc in tali campo vel loco (vel ſi noctu factū eſt, ſcribatur tempus) & quāuis eos nō cognoſcam, tamen Titius hic prę ſens, fuerat eis coniunctus, & ſenſit lucrū ex iſto equo: vnde peto &c. quamuis ipſe fortaſſe me non compulerit, tamen lucrū ſenſit. & hoc exemplum habetis in d. l. ſi cùm exceptione. §. in hac. in verb. per ignorantiam. Cætera procedunt ſicut in alia forma. Pro complemento noueritis, quòd iſta quę tractamus de triplo & quadruplo doctrinæ cauſa diximus. Nā in foro conſcientiæ nō poſſent extorqueri iſtæ pœnæ, quantumcunq; aliquis ſit fur manifeſtus, quantumcunq; metum incuſſerit, tamē ſatisfecit re reſtituta. Iſta eſt elegans deciſio Bar. in l. poſt deciſionem. C. de fur.

fur.qui allegat gl.in c.fraternitas.xij.q.ij.Et hoc idem tenuit Hermanoctius in ſua inſigni repetitiõe, in §.Cato nu.cviij. quapropter non morabimur deinceps iſtas pœnas, rem inuidioſam.Apud Latinos homines † quadruplatores dicebãtur qui fecerunt eis confiſcari & aſsignari pœnas quadrupli & pœnas tripli,per quod ſæpenumero nequiſsimi iſti homines euerterunt fortunas innocentum, male deferendo & cõcutiendo.Item & ex iſtis pœnis quadrupli efficiebãtur diuites,cùm deferrent aliquãdo criminoſos. De iſtis pulchra ſcribunt Sext.Pomp & Aſcon. Ped. Ego nouo vocabulo in nouiſsimo conſilio meo nominaui eos quadruplatores,qui lucra ex ludis ſumunt. Iſta addidi vobis pro corolla. Expediti de pœnalibus,accipiamus. 14

§. Actionum.

1 ☞ Actiones bonæ fidei & ſtricti iuris.
2 Subſtantiale contractuum.
3 Actiones bonæ fidei & ſtricti iuris quibus differant.
4 Actio præſcriptis verbis de æſtimato quæ.Et num.20.
5 Actio directa & contraria.
6 Depoſiti actio bonæ fidei,directa & contraria.
7 Pignoratitia actio bonæ fidei,directa & contraria.
8 Neg.geſt,actio bonæ fidei,directa & contraria.
9 Tutelæ actio bonæ fidei,directa & contraria.
10 Protutelæ actio quæ.
11 Actiones ſemper directæ.
12 Empti actio directa.
13 Venditi actio directa.
14 Locati & conducti actiones directæ.
15 Pro ſocio actio directa.
16 Fam.erciſc.Comm.diuid actiones directæ.
17 Duplicia iudicia.
18 Finium regund actio ſtricti iuris & directa.
19 Finium regund.actio quare ſit ſtricti iuris.
21 Actio ex teſtamento, an bonæ fidei.
22 Mora abuſiua.
23 Intereſſe propter moram peti poteſt.
24 Actio præſcriptis verbis quadruplex.
25 Do vt des.
26 Do vt facias.
27 Facio vt facias.
28 Facio vt des.
29 Actio in factum quadruplex.
30 Interdicta pro pacto olim propoſita.

Contract

31 Contractus præſcriptis verbis innominati.
32 Actio in factum nullatenus coerceri poteſt, an & quando bonæ fidei vel ſtricti iuris.
33 Condictio certi generalis ſtricti iuris quando competat.
34 Actio præſcriptis verbis ex interdicto precarii, an bonæ fidei vel ſtricti iuris.
35 Petitio hæreditatis bonæ fidei.
36 Petitio hæreditatis eſt actio realis.
37 Petitio hæreditatis quibus & contra quos competat.
38 Poſsidere pro poſſeſſore, pro hærede, qui dicantur.
39 Petitio hæred. ſequitur naturam actionum in hæred. inuentarum.
40 Subrogatum ſapit naturam eius cui ſubrogatur.
41 Actionum hæreditariarum natura attendenda.
42 Contractus omnes bonam fidem habent.
43 Contractus bonæ fidei & ſtricti iuris quibus differant.
44 Dolus duplex.
45 Dolus dans cauſam contractui, ipſo iure nullum reddit.
46 Intereſſe quomodo in bonæ fidei & ſtricti iuris contractu veniat.
47 Fructus in contractu bonæ fidei etiam poſt ſententiã peti poſſunt.
48 Ruta quæ.
49 Cæſa quæ.
50 Debitor conditionalis cautionem præſtare tenetur.
51 Contractus iuris gentium, omnes ſunt bonæ fidei.
52 Ex bona fide agier. clauſula Galli Aquilii.
53 Bonæ fidei & ſtricti iuris practica.
54 Pretium in emptione quomodo ſoluendum.
55 Venditor rem venditam tradere debet, & dominum facere, vel vſu capiendi conditione tribuere.
56 Empti & venditi libell. & practica.
57 Locati & conducti libell. & practica.
58 Vir bonus.
59 Conductor ad quid locatori teneatur.
60 Locare vel conducere operas.
61 Locare vel conducere opus.
62 Pignoratitia & hypothecaria in tribus differunt, ac quid vtiles, & quãdiu durent.
63 Iuri offerendi an præſcribatur.
64 Antiquius ius potius eſt.
65 Voluntati non præſcribitur.
66 Præſcriptio in quibus verbis locum habeat.
67 Libellus pignoratitiæ directæ.
68 Libellus pignoratitiæ contrariæ.
69 Hæres hæredis, hæres eſt.
70 Titulus poſſeſsionis regulariter non oſtendendus.
71 Petitio hæred. non datur contra titulo poſsidentem.
72 Pro hærede, an ſit poſsidendi titulus.
73 Dolo poſsidere deſinens, pro poſſeſſore habetur.
74 Titulus malus non releuat.
75 Debitores hæreditarii an poſsint conueniri petitione hæreditatis.

Hæredi

76 Hæreditariæ res dupliciter petuntur.
77 Hæreditas ius vniuerſale, intellectuale.
78 Fructus quomodo in petitione hæreditatis veniant.
79 Legitima quomodo hodie relinquatur & petatur.
80 Libellus petitionis hæred. ex teſtamento.

ISTE §. latè patet, & habet tres partes: prima
diuidit, ſecunda enumerat, tertia dubitationem
reſoluit. Dicite in ſumma: † Actiones hic enu 1
meratæ, ſunt bonæ fidei: quibus adiungitur hæ
reditatis petitio, de qua olim dubitabatur. Et
iſta eſt quinta diuiſio principalis tituli noſtri, ſumpta circa
ſubſtantiã rei, quia † ſubſtantiale eſt contractibus, quòd aut 2
ſint bonæ fidei, aut ſtricti iuris. Sed mox in fronte obiicitur
nodus: videtur enim quòd Imper. ineptè diuidat actiones in
bonæ fidei & ſtricti iuris, qa omnis bona diuiſio debet ſumi
à ſpeciebus inter ſe directè oppoſitis: vt cũ dicimus, animalium
aliud eſt album, aliud nigrum. Sic ſuprà de his qui ſunt
ſui vel alie. iur. Itẽ cùm dicitur, omnes actiones eſſe aut reales
aut perſonales. At hîc nõ ſeruatur natura diuiſionis, quia
non opponuntur bonę fidei & ſtricti iuris, nihil habent oppoſitum,
ſunt duo diuerſa. Verius dixiſſet Imperator, omnes
actiones aut ſunt bonæ fidei, aut malæ fidei. Sed hoc dicere
nõ poterat, quia nullus eſt cõtractus malæ fidei, omnes verſantur
in bona fide, vt poſteà pulchrè declarabimus. Vnde
poterat Imperator ſic diuiſiſſe: Actionum quaſdam eſſe largioris
iuris, quaſdam ſtricti iuris: hæc fuiſſet diuiſio ab arte
ſumpta. Eſt pulchra diſputatiọ cõuiualis. Dura eſt hîc euaſio
pro Imperatore, qui fortaſſe ſatis potauerat. Ioannes Fab. &
Ioannes de Plat. inculcant quædã verba obſcura. habent tamen
bonam reſolutionem bene intellecta: quia cùm Imperator
hunc librum præcipuè iuuenibus ſcripſerit, noluit ita
conſiderari naturam verborum tantum, quantum effectum
ipſum: non curauit quibuſcunque verbis diuideret, ſed quem
effectum diuiſio haberet: non curauit quibus verbis vteretur,
ſed quis eſſet effectus. Nam in effectu † iſtæ duæ ſpe- 3
cies opponuntur, bonæ fidei & ſtricti iuris, licet verba non
opponantur. Nihil aliud enim eſt dicere actiones bonæ fidei,
quàm actiones largioris iuris. In actionibus enim bonæ
fidei factum ipſum exuberat, latè patet, & craſsius veſti-

tum

tum eſt:ſed in ſtricti iuris, facta ſunt nuda, fragilia & frigida, niſi exprimãtur. Ergo actio bonæ fidei redditur ex bona fide pinguis, opulenta, potens: actio ſtricti iuris non ita, ſed remanet ſordida, ſicut eſt expreſſa, nihil additur, nihil demitur, ſtat ſicut truncus ſterilis. Itaq; ſi effectum conſideremus in vtriſque ſpeciebus, iam rectè opponuntur: ſin verba, tunc ſtat obiectio malæ diuiſionis. Recedamus ergo à verbis, & ſequamur effectum. Singula verba declarare ſuperuacuũ eſt,
4 quia ſcimus quæ ſint actiones empti, venditi &c. Sed † actio præſcriptis verbis pro æſtimato eſt declaranda: quia ſi trado tibi equum, & conuenit inter nos quòd iſtum equum mihi reddas, aut reddas decem pro equo, & ſic æſtimamus equum ad decem, hoc condicto, ſi vendideris equũ pluris quàm pro decem, quòd iſtud plus ſit tuum: ita verba præſcripſimus nos contrahentes, ita condiximus, rem totam poſuimus ad eius æſtimationem. Hic exuberat bona fides, vt ſuo loco declarabitur. Et ita dicitur actio pręſcriptis verbis pro æſtimato, de qua actiõe habetis l. j. ff. de æſtimat. action. & in l. ſi gratuitã. §. j. ff. de præſcriptis verbis. Coll. ex text. noſtro. actiones hic enumeratas eſſe bonæ fidei: ſed potiùs nominat Imperator actiones quàm contractus, quia propius tendunt ad iudicia actiones quàm cõtractus, nihilominus dicimus, & ſolemus dicere, contractus bonæ fidei. Et hæ actiones quæ ſunt bonę fidei, ſunt decem & ſeptem numero, cõnumerata actione dotis, de qua habebimus in §. ſeq. Iſtę decem & ſeptem actiones, & nõ aliæ, in toto iure ciuili nominãtur bonæ fidei, ita quòd ſumatur argumentũ vulgatum: Hæc actio non connumeratur per Imperat. ergo non eſt bonæ fidei. quod argumentum
5 nobis ſæpe occurret. Et coll. circa hoc, quòd † nõ ſolum iſtæ actiones prout ſunt directæ, ſed etiã prout ſunt contrariæ, hic intelliguntur. Sunt autẽ actiones hic enumeratæ omnes directæ, exceptis ſex, quæ ſunt in directæ & cõtrariæ, vt mandati, cõmodati, depoſiti, pig. act. tutelæ, & neg. geſt. Mandati actio eſt directa, prout alium principaliter obligat mandati: & eſt contraria, prout ille alter cõtra principaliter obligantem agere poteſt. vt Mandaui Titio vt mihi patrocinetur in Conſiſtorio, ſi hoc non expleuerit fideliter, habeo actionem mandati cõtra eum. Cæterũ ſi ipſe fecerit ſumptus in itinere, pro his ſumptibus, habet contrariam actionem contra me,

vt ali

vt aliquãdo declaraui in ſuperioribus lectionibus:& vtraq;
eſt bonę fidei,quod eſt not.dignũ.Sic in † actione depoſiti:ſi 6
depoſui apud te iumentũ meũ,ſi dolo verſaris, habeo actio-
nem depoſiti cõtra te.Tu viciſsim ſi aluiſti iumentũ meum,
habes actionem contrariã cõtra me,quæ vtraq; eſt bonæ fi-
dei.Sed hîc dubitatur,quid de actione depoſiti in quatuor ca
ſibus,quos habuimus in §.ſequẽs.in verſ.item cõmodati.ſu-
prà eo.an in eiſdem quattuor caſibus,puta tumultu,incẽdio,
ruina,naufragio,etiam ſit bonæ fidei?Glo.hic mouet & reci
tat quoſdam qui putabãt eam eſſe ſtricti iuris,in eiſdẽ qua-
tuor caſibus,ideò quia eſt pœnalis,ad pœnam dupli,quaſi bo
næ fidei actiones non agnoſcerẽt pœnam.Sed nihil eſt.Gl.te
net,& benè,eam actionem etiam in his caſibus,nedum regu
lariter,eſſe bonæ fidei:hoc enim eſt fauorabile, atque ita ex-
tendendum,quia fauores extenduntur.l.cùm quidam.ff.de li
beris & poſthumis.Porrò in † pignoratitia actione,vtraque 7
eſt bonæ fidei.Directa,quæ datur debitori pignorãti,qui po
teſt redimere pignus ſoluto debito,ad quod habet actionem
directam.E diuerſo creditor ſi fecit expenſas in pignore &
ſumptus,hos conſequetur actione cõtraria.ſuprà qui.mod.
re contrah.oblig.§.j.iuncta l.tutor.§.contrariam.ff.de pig. 8
act.Idem ſentiendũ in † actione neg.geſt.quia ſi tu mea ab-
ſentis negotia geſsiſti,mihi domino rerũ cõpetit actio dire
cta contra te ſi negligenter geſsiſti,quæ dicitur directa.E di
uerſo ſi tu ſumptus feciſti gerendo negotia,habebis cõtra me
contrariam actionẽ,vtranque bonæ fidei.Pari iure vtimur
in † actione tutelæ:quia ſi tutor damnificat pupillũ, tenebi- 9
tur actione tutelæ directa.E diuerſo ſi tutor paſſus eſt ſum-
ptus iſtos,conſequetur contra pupillũ actione contraria.C.
de contra.iud.tut.per totum.Quid autem in † actione pro- 10
tutelæ?Actio protutelæ dicitur,quãdo aliquis gerit tutelam
pupilli tanquã tutor,& in veritate nõ eſt tutor,cõtra quẽ da
tur actio protutelę(materialiter accipiẽdo Protutelę,dictio
compoſita)an iſta actio protutelæ etiã ſit bonæ fidei?Doct.
hîc diſceptant.Sed ex ſententia Iaſonis quem ſequor, etiã di
cetur bonę fidei,& multo maximè,ne is qui nõ eſt tutor,me
lioris conditionis ſit quàm tutor.& ita intelligitur tit.de eo
qui pro tut.per diſcurſum.Ecce ſic habetis iſtas ſex actiones
declaratas,ſiue ſint directæ,ſiue cõtrariæ.Aliæ † actiones vn 11

mus.Secundo notate,quòd hi qui inferũt metũ alteri,tenentur ad quadruplũ:quod qualiter fiat in fine dicemus. Tertio
2 coll.contra † calumniatores,cõtra delatores, qui pecuniam accipiunt vt innocentẽ deferant,accuſent,prodant magiſtratui,'qui percelluntur meritò pœna quadrupli,tanquã homines abominabiles,cõtra quos inſurgit Imp.in l.ij.& iij.C.de delat.libr.x.De huiuſmodi calumniatoribus multa diximus in §.tripli.in limitationibus poſt gl.magnã,quæ hic volo habere repetita.Et non ſolùm hi qui accipiunt pecuniam vt calumniam ſtruant innocẽtibus,hac arceantur pœna,ſed etiam alij qui pecuniã accipiũt ne calumnientur. Et ſi dicas,Nonne honeſta res eſt dare pecuniã ne patiatur innocẽs calũniã? Dicite,verum eſſe,honeſtè hoc dari, ſed turpiter accipi:ipſe enim vltro debebat continere manus,cohibere mentẽ, conſilium,animũ,vt abſtineret ab huiuſmodi calumnijs,quapropter meritò in quadruplum condẽnatur.Nam qui accipit pecuniam ne peccet,ne conſtupret filiã meam,ne mihi dãnum faciat,is eſt omnium verbero maximus.l.iuris gentiũ.§.ſi ob maleficiũ.ff.de pactis.Vnde gratis debemus benefacere,non propter pecuniam.Quarto coll.ex text.noſtro,in quo text.
3 noſter eſt not.& propterea dignus vt legatur,quòd † conditio ex l.id eſt,actio perſonalis ex l.datur contra executores magiſtratuum,qui plus debito,plus iuſto exigunt à litigantibus, concutiunt miſeros.Et iſti executores differũt ab executorib.in §.tripli.quia ibi executores non peccant accipientes ſportulas iuxta modum quantitatis debitæ,ſicut ibidẽ audiuiſtis:ſed actor peccat,actor delinquit ibidẽ, qui dolo vel temeritate plus petit quàm ei debeatur,vt ſportulę auctiores fiant.Contra huiuſmodi viatores vel miniſtros magiſtratuũ iura ſæpe inſurgunt,in l.prohibitum.C.de iur.fiſ.lib. x.in l.
4 deuotum.& ibi Ange.C.de meta.libr.xij. † (Metati dicuntur milites in caſtris,quia caſtrametantur,ſicut dicitur in ſacris literis:Caſtrametati ſunt filij Iſrael &c.) & in alijs locis.Ad hunc caſum pertinẽt qui concutiunt miſeros vt extorqueãt ab eis pecuniam,dicunt ſe velle capere pignora & vendere ad inſtantiam,ad iuſſum magiſtratuũ, cùm tamen magiſtratus non iuſſerit:minantur ſe velle vendere bona & publicare ac ſi præſes iuſsiſſet,& tamen carent mandato.Huiuſmodi viatorib.poteſt reſiſti manu armata,propria authoritate,de quo

habetis pulchram gl.cum multis cōcord.in d.l.deuotum. Et per hoc defendi ſuperioribus dieb. quēdam qui accuſabatur criminaliter,eo quòd reſtitit apparitori,executori eum capere volenti. Sed quæ iam dico tunc non allegaui,nec occurrerunt mihi,quod doleo:hi quí habent hoc conſilium, addant præſentia,vt conſiliū ornetur,quia obtinui. Et quòd eis poſſit reſiſti,admittit Imp.in d.l.prohibitum.quam in d.meo cōſilio allegaui. In hoc genus hominum,in has ſordes nebulonū accenſere poteſtis hos quos vulgus nominat procuratores minores,vt adhuc ſunt in Cōſiſtoriis, nominātúrq; vulgò † Latores,ſiue ad prouincialia iudicia,ſiue in Cōſiſtoriis, 5 quorū officiū eſt excoriare debitores, fulminare proceſſus, bāna,tonitru: hi aliquando accipiunt à debitorib.pecunias, vt eis parcāt,ſunt ambidextri, pugnāt vtriſq; manibus,& ludificant creditorem: hi omnes ſunt inſcribendi in iſtam pœnam quadrupli,vt nos putamus. Quid autē hodie cū taxata ſunt ſalaria executoribus,nuntiis publicis? Nam ſtatuta Cōſiſtoriorum huiuſmodi ſalaria taxant. Quid ſi talis nuntius excedat ſalarium ei taxatū, an etiā condemnetur in quadruplum? quod videtur,cū ſtatutum ſit ſcripta lex. Ioan.Fab.putat eſſe ſatis æquū quòd etiā hodie coerceatur temeritas iſtorum nuntiorū pœna quadrupli: ſed putat de rigore durum eſſe,cum pœnæ extra caſum non ſint extendendæ, vul.l. interpretatione.ff.de pœn. Vnde putat Ioan. Fab.eos extra ordinem puniri:quod idem tenuit Ioan.de Platea, vt eum allegat Iaſ.Cæterùm Iaſon tenet contrariū,putans poſſe extendi pœnā quadrupli etiam ad caſum ſtatuti,cùm non poſsit dari diuerſa ratio,vtpote quòd idem ſit crimen nuntii excedentis legem,& excedētis ſtatutū. Ego iſtam diſcordiā puto cōcordari poſſe, quia aut pœna excedenti nuntio eſt in ſtatuto expreſſa,& tunc vera eſſet aſſertio Io. Fab.quia ceſſabit pœna quadrupli,per regulam Generi.de reg.iur.lib.vj. Generi per ſpeciem derogatur.Aut nō eſt ſpecialis pœna appoſita in ſtatuto,& tūc ſit vera opinio Iaſonis, quòd habebit locū pœna quadrupli. Quinto coll.† pœnā furti nec manifeſti,& ſerui 6 corrupti,& porrò l.Aquiliæ,& legatorū piorū nō ſolutorū, eſſe pœnā dupli vbiq;,ſed differēter notabili differētia, quia pœna ineſt furto nec manifeſto,& ſeruo corrupto,à primo initio,ab ipſa origine,& ſic eſſentialiter:ſed pœna dupli ex

Cōſiliū inc... pit,Per pr... uidos quo... dam, &c.

l.Aquilia,& legatorũ &c.venit ex accidenti, venit ex poſt facto,quia ratione primæ & eſſentialis obligationis tantũ venit ſimplũ,id eſt,æſtimatio rei:ſed ſi damnificans inficietur, negauerit damnum,conuictus condemnabitur in aliud ſimplum,& ſic in duplũ.Paria dices de legatis pijs, quia tãtummodo res ipſa eſt præſtãda,hoc eſt ſimplum.Sed ſi negauerit hæres legatum,vel ſi morã fecerit,ex hoc accidenti,& ex poſt facto,& aduentitiè,veniet aliud ſimplum,& ſic duplum. Hæc ſunt notatu digna,quia aliqua pulchra ex eis eliciũtur.Nam actio hæreditaria ſerui corrupti dabitur hæredi contra corruptorem ad pœnam dupli mox ab initio.ita eſt tex.in l.hęc actio.ff.de ſeru.corrup.Vnde hæres eius cuius ſeruus corruptus eſt,ex ratione primę obligationis petet duplum à corruptore.Sed in l.Aquilia,in dãno iniuria dato, hæres tantummodo experietur in ſimplum contra dãnificantẽ.tex.eſt in l. item veniunt.§.cùm prædixerimus.ff.de petit.hæred.vbi dicitur,actionem l.Aquilię,ad damnũ iniuria datum venire in petitionem hæreditatis,id eſt,competere hæredi ſine ratione incrementi,id eſt,dupli,quod creſcere poterat propter inficiationem.Nam hæres damnificati,cùm contra damnificantem experietur tanquam hæres,non petet niſi damnũ.id eſt, ſimplum:& ſi damnificans inficietur,& fuerit conuictus,nihilominus condẽnabitur tantũ in ſimplum.Hęres nõ poteſt petere incrementũ dupli propter inficiationem,quod tamen poterat petere hæres in actione ſerui corrupti: poterat mox petere duplũ,iſte non niſi ſimplũ,aduerſarius neget vel non. Quæ eſt ratio differentiæ iſtius?Gl.ponit rationẽ ſubtilẽ & pulchrã in d.l.hæc actio.quia actio ſerui corrupti ab initio, ex natura primæ obligationis cõpetit:ſed incrementũ dupli in l.Aquilia,nõ ab ipſa origine,nõ à ſubſtãtia obligationis, ſed ex accidenti venit,ex poſt facto,aduentitiè,quodam euentu.Ecce illa eſt ratio glo.quæ ſumitur ex iſta differentia.Sed per hoc non ſatiatur mens,adhuc deſideratur ratio,quare ex primordio veniat duplum,& non accidenti.Iſtam rationem dixi in Intell.meis,fol.54.in verſ.Cur actio hæreditaria. Et eſt ſubtilis & pulchra inueſtigatio:nam poſtquàm defunctus eſt qui habuit ſeruũ corruptũ,tũc ſcimus quòd omnes actiones actiuæ & paſſiuæ quæ inueniuntur in hęreditate,competunt hæredi:ſed iſta actio ſerui corrupti inuenitur cũ pœna

dupli

dupli in hæreditate, meritò eam hæres exercebit contra corruptorem. Sed non ſic eſt in damno l. Aquiliæ. Si is qui damnificatus eſt moritur antequã perſequatur damnũ, tunc hæres defuncti, in ea hæreditate nihil aliud inueniet quàm actionem damni in ſimplum, quia reus necdum fuerat inficiatus, & ita necdum creuit incremẽtum dupli, quapropter meritò hæres defuncti non proſequetur niſi damnum hæreditarium, tanquam hæres, nec proſequetur pœnã dupli, quia nõ eſt inuenta in hæreditate. Hoc dicitur ex accidẽti. Vnde ſi hæres defuncti petat damnum ſarciri ab aduerſario, aduerſarius neget damnum, & cõuincatur probationibus, hæres iam nõ poteſt petere duplum, quia nõ eſt hæreditarium: aduerſarius dicet, Ego inficiatus ſum hoc damnum tibi qui nõ paſſus es damnũ, nõ ſum inficiatus defuncto, qui damnum paſſus eſt. Iſta ſubtilia eliciuntur ex hac differentia, vnde nõ credite Imperatorẽ fuiſſe otioſum in hoc §. Ex iſta differentia etiã alia vtilitas oritur, vt hìc per Ioãnem de Plat. prout eum ellegat Iaſon. Nam ſi contra malefactorem vel hominem criminoſum procederetur inquirendo vel accuſando, & is daret fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, is fideiuſſor tantum tenebitur occaſione primæ obligationis: nã ſi iſte reus, iſte malefactor in pœnã contumaciæ incideret, vel propter negationẽ ſuam puniretur tanquam mendax, in huiuſmodi acceſſoriis non teneretur fideiuſſor, quia iſta veniunt ex accidenti, non ſunt pœna criminis, ſed pœna cõtumaciæ, pœna negationis &c. habetis de hoc pulchrũ text. in l. j. ff. de in lit. iur. vbi dicit Iureconſult. rem aliquam non eſſe pluris, ſcilicet in ſua ſubſtantia, licet creſcere poſsit per iuramentum. & alium tex. habetis in l. fideiuſſores magiſtratuũ. ff. de fideiuſ. vbi dicit tex. fideiuſſores magiſtratuum conueniri poſſe in pœnam vel in mulctã, ſcilicet quòd iſta ex accidenti veniunt. Et conſulunt Doct. hic Iaſon poteſt alios, cũ in talibus negotiis ſumũtur fideiuſſores, quòd non ſolùm fideiubeant pro iudicato ſoluendo, ſed quòd aſſumãtur ad omnem caſum qui in iudicio contingere poſsit. Coll. ſexto ex tex. & in gl. in verbo, Duplicantur, cùm dicitur duplicari damnũ in l. Aquilia: verũ eſt, accedẽtibus legitimis probationibus, nec ſufficeret iuramẽtum. Vnde ſi actor peteret damnũ ab aduerſario, aduerſarius deferat actori iuramentũ, ſi poſsit iurare ſe feciſſe damnum,

& actor iuret, iam non cõdemnabitur in duplũ aduerſarius: ſed in ſimplum, ac ſi cõfeſſus eſſet, quia detulit iuramentum
7 actori. Ex quo notant Doct. hic quòd † iuramentum nõ eſt legitima probatio: ſed contrarium tenuit gl. in l. in cõtractibus. C. de non numer. pecun. Et Doct. hîc diſceptant, qualis probatio ſit iuramentum. Certè vos habetis textum in l. fi. §. licentia. C. de iure deliberan. vbi inter legitimos modos probandi etiam anumeratur iuramentum. Bal. putat, ſi nõ ſit legitima probatio, tamẽ ſit vera. Et hoc ego teneo, quia per iuramentum res ſit liquida, rectè ſicut per ſententiam. l. ij. ff. de iureiurand. Tandẽ ex tex. noſtro, ibi, dum dicitur: Iuſſa magiſtratuum noſtrorum cõueniantur: coll. ex Ioan. Fab. quòd
8 † nuntii non poſſunt citare aliquem niſi iuſſu iudicis, & ſi ſa ciũt, tenẽtur pœna falſi criminaliter, vel ciuiliter tenẽtur parti ad intereſſe. l. qui nomine. ff. de fal. quod ipſum tenẽt Bart. Bald. & Doct. in l. fi. C. de exhibẽd. reis. vbi prohibetur exhiberi aliquem reum, niſi iuſſu & authoritate iudicis. Quòd autem diximus, per nuntium neminem debere citari, niſi iuſſu magiſtratus fallit, ſi à principio dum nuntii vel apparitores ad officia aſſumuntur, dum eis committitur generaliter, ita quòd ad eorum officiũ pertinet citare hos vel alios. Et ſic eſt in ciuitate noſtra, & in aliis ciuitatibus Imperii: quia apparitores habẽt apud nos poteſtatẽ citandi debitores ad inſtantiam creditorum ſine iuſſu magiſtratus. Ita etiam in cõſiſtoriis fieri poſſunt citationes, & ſigillari ſine iuſſu Officialis. Vnde rectè dicit hîc Ioan. Fab. quòd conſuetudine aliud ſeruatur. In magnis tamen & ſolennibus cauſis ſolẽt decerni citationes. & ita procedit dicta l. fi. C. de exhiben. reis. Hoc voluit etiam Innocent. in c. petitio. de iureiurand. licet hoc Bar. non placuerit in d. l. fi. & dicit Bart. in l. j. C. de iur. domi. impetr. non debere concedi hanc poteſtatem apparitoribus, vt quouſque debitores citent pro ſtomacho, niſi debitorum nomina vniuerſaliter coram iudice exprimantur, vt, citato hunc vel illum &c. hic mihi iterum occurrũt Latores noſtri, qui faciunt in conſiſtorio Cõſtantienſi confici multas citationum literas, centum & amplius, dimiſſo ſpatio vbi citandus nominari debet, & ita ſigillãt totum faſcem citationum, quas citationes per riſum nominant maniculas, quia cũ domum veniunt, prout quiſque creditor petit inquietare debitorem

torem, mox lator inſcribit in lacunam nomẽ debitoris. Tãdem veniamus † ad practicam, & præſertim in actione, quod 9 met.cauſ. vt rectè formetur libellus, aliqua ſunt præmittẽda. Et primo præmitto, † quinque genera metus inueniri, quod 10 vt ſciamus neceſſe eſt. Sic enim cognoſcimus quando actio, quod metus cauſa, competat. Primus eſt metus minarũ, ſecũdus metus eſt facti, tertius eſt potentiæ, quartus reuerentiæ, quintus perfidiæ. Primus metus minarum non eſt tanti vt propter eum competat actio, quod metus cauſa, quia minæ non incutiunt terrorem. l.metum.iij.ff.eo.quod met.cauſ.l.metum.C.eo.niſi tria cõcurrant, tum quòd perſona quæ minatur poſsit ad effectũ minas ducere, tum quòd perſona quę minatur cõſueuerit ad effectum perducere, tum etiam ſi ſint minæ atrociores. In iſtis tribus caſibus metus minarum operatur aliquid. glo.in d.l.metum.C.eo. Secundũ genus metus dicitur metus facti, quando pręuerſatur periculũ ſalutis, vel cruciatus corporis, vt ſunt verbera, carceres, armata manus, & ſi quæ ſint atrocioris facti: is dicitur metus cadẽs in conſtantẽ virũ, de quo habetis in l.interpoſitas.C.de tranſact.& in l.metum.ij.ff.eo. Et in hoc genere metus præcipuè datur actio, quod met.l.ſi per impreſſionẽ.C.quod met.cauſ.cum multis ſimil. Tertius eſt metus, & dicitur potẽtiæ, quando 15 qui metum incutit eſt potens in Repub. vel ſuperior aliquis dominus terræ, Comes vel Baro, erga ſubditos, magiſtratus rerumpub. Iſtæ perſonæ & ſimiles dicuntur incutere metum ex potentia eorum, quia ſola rogatio, ſolus iuſſus quantũuis ciuilis, poteſt incutere hunc metũ. Vnde ſi Comes roget ſubditum vt vendat ſibi hortum, iſta rogatio facit metum, & ſi ſubditus vendit, dicitur metu vendidiſſe, quia vulgò dicitur: Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubẽdi. gloſ.in Cle.j.in verbo, Exhortamur.de teſtib. Bar.in l.j.ff.quod iuſſu. Sic ſoluens iuſſu magiſtratus id quod nõ debuit, metu ſoluiſſe dicitur. Dyn.in l.liber homo.ff.de acquir.rer.do. Bald.in titu. de pact. Conſtant.in verb.actiones.in vſibus feud. Noui Baronem, non vnum, qui cùm ſubditus diues haberet filiã nubilem, dominus rogauit eum vt collocaret filiam nuptui ſuo equiti, ſuo famulo: & pater eiuſdem filiæ propter hoc ſolum mutauit domicilium, & in ciuitate mortuus eſt. Hoc eſt conſuetum dominis tẽporalibus. Iſti metus poſſunt reſcindi of-

dianum. Hoc etiam clamauit Hadrianus Imperator, cũ iam vita defungeretur: O, inquit, manus medicorum perdidit me. Et dicitur apud ſapiẽtes, Miſer eſt, quicunq; ſub medico eſt. Nunc ad propoſitũ. Solum ſecũdum genus metus, qui in cõſtantem virũ cadit, qui cũ timet ad verbera. cruciatus corporis, carceres &c. parit actionẽ, quod metus cauſa. Cętera quę per metum fiunt, reſcinduntur officio iudicis. Secundo præmitto, actionem, † quod met. cauſa, cõpetere dupliciter. Vno 11
modo imperſonaliter, videlicet cùm plures metum fecerunt, plures me adegerũt, cõtorſerunt metu vt tradam eis equum, libros, vaſa argentea, vel alia id genus, hos plures ſi nõ cognoſco qui ſint, vt ſolet fieri in tumultibus, iam actio, quod metus cauſ. imperſonaliter ꝓponitur, ſicut poſteà videbitis formã, & cõpetit cõtra quencũq; qui lucrũ ſenſit ex iſto metu. tex. eſt in l. ſi cum exceptione. §. in hac. vbi ſunt pulcherrima verba. ff. quod met. cau. & ibi gl. eleg. in verbo, per ignorãtiã. quia cũ iſta de nocte aliquãdo cõtingant, ꝓbabilis eſt ignorantia authorũ, id eſt, eorũ qui metum incutiunt. Alio modo cõpetit hæc actio contra certam perſonam, quãdo certus eſt ille qui mihi metum incuſsit. Tertio præmitto, quòd † iſta 12
actio, quod metus cauſa, datur primo anno in quadruplum: deinde poſt primũ annũ in ſimplum. l. ſi per vim vel metum. C. eod. tit. Quadruplatur autẽ res metu extorta, & eius æſtimatio, ita ꝙ ſimplũ includatur quadruplo d. l. ſi cum exceptione. §. ſi quis. verſ. quadruplatur. ff. eod. Quarto præmittite, quòd in actione, quod met. cauſa. ſecundum opinionem gl. noſtræ dantur duæ ſentẽtiæ diffinitiuæ, vna ad rem metu extortam reſtituendam, & ſi reſtituatur, res eſt expedita: ſin vero intra terminum nõ reſtituatur, tunc datur ſententia ad quadruplum, ſimplo incluſo. & poteſt etiam concurrere iuramentũ in litem à perſona actoris. Et iſta ſunt in arbitrio iudicis, proptereà dicitur actio arbitraria, vt pulchrè audiemus in §. præterea. infrà eodem. Et quamuis hæc opinio gloſ. quam Accurſ. tenet vbique, hic & in d. §. in hac. vbi ampliſsimè toleretur, tamen ad hoc demiſſum eſt communi opinione Doct. quòd vna tantũ ſententia feratur cum ſubordinatione. Sic enim dicet Iudex: Condemno te, vt reſtituas rem metu extortam actori, & intra dies octo, intra quindenam reſtituas, & niſi feceris, condemno te ad quadruplum.

Hæc

Hæc ſententia eſt recepta vſu, quæ mihi multum probatur. Et non dicitur ſub conditione, propriè loquendo, ſed cū ſub ordinatione, cum ſubalternatione, ſicut ſolet in l. non ab re. C. vnde vi. in l. conductores. C. locat. vbi iudex cōdemnat vt inuaſor vel conductor fundi, reſtituat rem intra tēpus, & niſi fecerit, perſoluat actori, & reſtituat rē cum æſtimatione. Iſtę ſententiæ recipiuntur communi vſu apud iudices delegatos, cum dant literas executorias: vt, niſi pareas ſententiæ intra quindenam, ſubijcio te excōmunicationi, & ſi ſteteris in excommunicatione per menſem, procedam cōtra te aggrauan do proceſſus &c. Hæc ego addo vltra Doct. ne quis dubitet de iſta communi doctrina quam retulimus. Sic ergo formabitur libellus in actione, quod metus cauſa, cùm contra cer-
13 tam perſonam agitur: † Domine Iudex, ago contra Titium, qui me vi & metu compulit, metu inquam in conſtantem vi rum cadente, vt ei vendam vineam meam pro viginti, quam non fueram venditurus pro centum: & pręſenti anno Titius me ita coëgit: vnde offerēdo ei iſta viginti quæ coactus ſum accipere, peto eum condēnari & compelli, vt reſtituat mihi vineam cum omnibus fructibus quos percepit, vel quos ego percipere potuiſſem: & ſi expediat, peto mihi deferri iuramētum in litem: quòd ſi intra tempus per vos ſtatuendum mihi non reſtituat, peto eum cōdemnari in quadruplum. Ecce in hoc libello habetis propemodum omnia quæ per Doct. hic traduntur prolixè, nempe quid ad hanc actionē requiratur. Alia forma cùm imperſonaliter experimur hac actione: Domine iud. venēre quidā ad me cū iter facerē, & compulerunt me vt traderem eis equum meū, & hoc in tali campo vel loco (vel ſi noctu factū eſt, ſcribatur tempus) & quāuis eos nō cognoſcam, tamen Titius hic pręſens, fuerat eis coniunctus, & ſenſit lucrū ex iſto equo: vnde peto &c. quamuis ipſe fortaſſe me non compulerit, tamen lucrū ſenſit. & hoc exemplum habetis in d. l. ſi cùm exceptione. §. in hac in verb. per ignorantiam. Cætera procedunt ſicut in alia forma. Pro complemento noueritis, quòd iſta quę tractamus de triplo & quadruplo doctrinæ cauſa diximus. Nā in foro conſcientiæ nō poſſent extorqueri iſtæ pœnæ, quantumcunq; aliquis ſit fur manifeſtus, quantumcunq; metum incuſſerit, tamē ſatisfecit re reſtituta. Iſta eſt elegans deciſio Bar. in l. poſt deciſionem. C. de fur.

fur.qui allegat gl.in c.fraternitas.xij.q.ij.Et hoc idem tenuit Hermanoctius in ſua inſigni repetitiōe, in §.Cato nu.cviij. quapropter non morabimur deinceps iſtas pœnas, rem inuidioſam.Apud Latinos homines † quadruplatores dicebātur qui fecerunt eis confiſcari & aſsignari pœnas quadrupli & pœnas tripli,per quod ſæpenumero nequiſsimi iſti homines euerterunt fortunas innocentum, male deferendo & cōcutiendo.Item & ex iſtis pœnis quadrupli efficiebātur diuites,cùm deferrent aliquādo criminoſos. De iſtis pulchra ſcribunt Sext.Pomp & Aſcon. Ped. Ego nouo vocabulo in nouiſsimo conſilio meo nominaui eos quadruplatores,qui lucra ex ludis ſumunt. Iſta addidi vobis pro corolla. Expediti de pœnalibus,accipiamus. 14

§. Actionum.

1 Actiones bonæ fidei & ſtricti iuris.
2 Subſtantiale contractuum.
3 Actiones bonæ fidei & ſtricti iuris quibus differant.
4 Actio præſcriptis verbis de æſtimato quæ. Et num.20.
5 Actio directa & contraria.
6 Depoſiti actio bonæ fidei,directa & contraria.
7 Pignoratitia actio bonæ fidei,directa & contraria.
8 Neg.geſt,actio bonæ fidei.directa & contraria.
9 Tutelæ actio bonæ fidei,directa & contraria.
10 Protutelæ actio quæ.
11 Actiones ſemper directæ.
12 Empti actio directa.
13 Venditi actio directa.
14 Locati & conducti actiones directæ.
15 Pro ſocio actio directa.
16 Fam.erciſc.Comm.diuid actiones directæ.
17 Duplicia iudicia.
18 Finium regund actio ſtricti iuris & directa.
19 Finium regund.actio quare ſit ſtricti iuris.
21 Actio ex teſtamento, an bonæ fidei.
22 Mora abuſiua.
23 Intereſſe propter moram peti poteſt.
24 Actio præſcriptis verbis quadruplex.
25 Do vt des.
26 Do vt facias.
27 Facio vt facias.
28 Facio vt des.
29 Actio in factum quadruplex.
30 Interdicta pro pacto olim propoſita.

31 Contractus præſcriptis verbis innominati.
32 Actio in factum nullatenus coerceri poteſt, an & quando bonæ fidei vel ſtricti iuris.
33 Condictio certi generalis ſtricti iuris quando competat.
34 Actio præſcriptis verbis ex interdicto precarii, an bonæ fidei vel ſtricti iuris.
35 Petitio hæreditatis bonæ fidei.
36 Petitio hæreditatis eſt actio realis.
37 Petitio hæreditatis quibus & contra quos competat.
38 Poſsidere pro poſſeſſore, pro hærede, qui dicantur.
39 Petitio hæred. ſequitur naturam actionum in hæred. inuentarum.
40 Subrogatum ſapit naturam eius cui ſubrogatur.
41 Actionum hæreditariarum natura attendenda.
42 Contractus omnes bonam fidem habent.
43 Contractus bonæ fidei & ſtricti iuris quibus differant.
44 Dolus duplex.
45 Dolus dans cauſam contractui, ipſo iure nullum reddit.
46 Intereſſe quomodo in bonæ fidei & ſtricti iuris contractu veniat.
47 Fructus in contractu bonæ fidei etiam poſt ſententiã peti poſſunt.
48 Ruta quæ.
49 Cæſa quæ.
50 Debitor conditionalis cautionem præſtare tenetur.
51 Contractus iuris gentium, omnes ſunt bonæ fidei.
52 Ex bona fide agier. clauſula Galli Aquilii.
53 Bonæ fidei & ſtricti iuris practica.
54 Pretium in emptione quomodo ſoluendum.
55 Venditor rem venditam tradere debet, & dominum facere, vel vſu capiendi conditione tribuere.
56 Empti & venditi libell. & practica.
57 Locati & conducti libell. & practica.
58 Vir bonus.
59 Conductor ad quid locatori teneatur.
60 Locare vel conducere operas.
61 Locare vel conducere opus.
62 Pignoratitia & hypothecaria in tribus differunt, ac quid vtiles, & quãdiu durent.
63 Iuri offerendi an præſcribatur.
64 Antiquius ius potius eſt.
65 Voluntati non præſcribitur.
66 Præſcriptio in quibus verbis locum habeat.
67 Libellus pignoratitiæ directæ.
68 Libellus pignoratitiæ contrariæ.
69 Hæres hæredis, hæres eſt.
70 Titulus poſſeſsionis regulariter non oſtendendus.
71 Petitio hæred. non datur contra titulo poſsidentem.
72 Pro hærede, an ſit poſsidendi titulus.
73 Dolo poſsidere deſinens, pro poſſeſſore habetur.
74 Titulus malus non releuat.
75 Debitores hæreditarii an poſsint conueniri petitione hæreditatis.

76 Hæreditariæ res dupliciter petuntur.
77 Hæreditas ius vniuerſale, intellectuale.
78 Fructus quomodo in petitione hæreditatis veniant.
79 Legitima quomodo hodie relinquatur & petatur.
80 Libellus petitionis hæred. ex teſtamento.

ISTE §. latè patet, & habet tres partes: prima diuidit, ſecunda enumerat, tertia dubitationem reſoluit. Dicite in ſumma: † Actiones hic enu- 1 meratæ, ſunt bonæ fidei: quibus adiungitur hæreditatis petitio, de qua olim dubitabatur. Et iſta eſt quinta diuiſio principalis tituli noſtri, ſumpta circa ſubſtantiā rei, quia † ſubſtantiale eſt contractibus, quòd aut 2 ſint bonæ fidei, aut ſtricti iuris. Sed mox in fronte obiicitur nodus: videtur enim quòd Imper. ineptè diuidat actiones in bonæ fidei & ſtricti iuris, qa omnis bona diuiſio debet ſumi à ſpeciebus inter ſe directè oppoſitis: vt cū dicimus, animalium aliud eſt album, aliud nigrum. Sic ſuprà de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Itē cùm dicitur, omnes actiones eſſe aut reales aut perſonales. At hîc nō ſeruatur natura diuiſionis, quia non opponuntur bonę fidei & ſtricti iuris, nihil habent oppoſitum, ſunt duo diuerſa. Verius dixiſſet Imperator, omnes actiones aut ſunt bonæ fidei, aut malæ fidei. Sed hoc dicere nō poterat, quia nullus eſt cōtractus malæ fidei, omnes verſantur in bona fide, vt poſteà pulchrè declarabimus. Vnde poterat Imperator ſic diuiſiſſe: Actionum quaſdam eſſe largioris iuris, quaſdam ſtricti iuris: hæc fuiſſet diuiſio abarte ſumpta. Eſt pulchra diſputatio cōuiualis. Dura eſt hîc euaſio pro Imperatore, qui fortaſſe ſatis potauerat. Ioannes Fab. & Ioannes de Plat. inculcant quædā verba obſcura. habent tamen bonam reſolutionem bene intellecta: quia cùm Imperator hunc librum præcipuè iuuenibus ſcripſerit, noluit ita conſiderari naturam verborum tantum, quantum effectum ipſum: non curauit quibuſcunque verbis diuideret, ſed quem effectum diuiſio haberet: non curauit quibus verbis vteretur, ſed quis eſſet effectus. Nam in effectu † iſtæ duæ ſpe- 3 cies opponuntur, bonæ fidei & ſtricti iuris, licet verba non opponantur. Nihil aliud enim eſt dicere actiones bonæ fidei, quàm actiones largioris iuris. In actionibus enim bonæ fidei factum ipſum exuberat, latè patet, & craſsius veſtitum

tum eſt:ſed in ſtricti iuris, facta ſunt nuda, fragilia & frigida, niſi exprimãtur. Ergo actio bonæ fidei redditur ex bona fide pinguis, opulenta, potens: actio ſtricti iuris non ita, ſed remanet ſordida, ſicut eſt expreſſa, nihil additur, nihil demitur, ſtat ſicut truncus ſterilis. Itaq; ſi effectum conſideremus in vtriſque ſpeciebus, iam rectè opponuntur: ſin verba, tunc ſtat obiectio malæ diuiſionis. Recedamus ergo à verbis, & ſequamur effectum. Singula verba declarare ſuperuacuũ eſt,
4 quia ſcimus quæ ſint actiones empti, venditi &c. Sed † actio præſcriptis verbis pro æſtimato eſt declaranda: quia ſi trado tibi equum, & conuenit inter nos quòd iſtum equum mihi reddas, aut reddas decem pro equo, & ſic æſtimamus equum ad decem, hoc condicto, ſi vendideris equũ pluris quàm pro decem, quòd iſtud plus ſit tuum: ita verba præſcripſimus nos contrahentes, ita condiximus, rem totam poſuimus ad eius æſtimationem. Hîc exuberat bona fides, vt ſuo loco declarabitur. Et ita dicitur actio prę ſcriptis verbis pro æſtimato, de qua actiõe habetis l. j. ff. de æſtimat. action. & in l. ſi gratuitã. §. j. ff. de præſcriptis verbis. Coll. ex text. noſtro. actiones hic enumeratas eſſe bonæ fidei: ſed potiùs nominat Imperator actiones quàm contractus, quia propius tendunt ad iudicia actiones quàm cõtractus, nihilominus dicimus, & ſolemus dicere, contractus bonæ fidei. Et hæ actiones quæ ſunt bonę fidei, ſunt decem & ſeptem numero, cõnumerata actione dotis, de qua habebimus in §. ſeq. Iſtę decem & ſeptem actiones, & nõ aliæ, in toto iure ciuili nominãtur bonæ fidei, ita quòd ſumatur argumentũ vulgatum: Hæc actio non connumeratur per Imperat. ergo non eſt bonæ fidei. quod argumentum
5 nobis ſæpe occurret. Et coll. circa hoc, quòd † nõ ſolum iſtæ actiones prout ſunt directæ, ſed etiã prout ſunt contrariæ, hic intelliguntur. Sunt autẽ actiones hîc enumeratæ omnes directæ, exceptis ſex, quæ ſunt in directæ & cõtrariæ, vt mandati, cõmodati, depoſiti, pig. act. tutelæ, & neg. geſt. Mandati actio eſt directa, prout alium principaliter obligat mandati: & eſt contraria, prout ille alter cõtra principaliter obligantem agere poteſt· vt Mandaui Titio vt mihi patrocinetur in Conſiſtorio, ſi hoc non expleuerit fideliter, habeo actionem mandati cõtra eum. Cæterũ ſi ipſe fecerit ſumptus in itinere, pro his ſumptibus, habet contrariam actionem contra me,

vt ali

vt aliquãdo declaraui in ſuperioribus lectionibus:& vtraq; eſt bonę fidei,quod eſt not.dignũ.Sic in † actione depoſiti:ſi 6
depoſui apud te iumentũ meũ,ſi dolo verſaris, habeo actionem depoſiti cõtra te.Tu viciſsim ſi aluiſti iumentũ meum, habes actionem contrariã cõtra me,quæ vtraq; eſt bonæ fidei.Sed hic dubitatur,quid de actione depoſiti in quatuor caſibus,quos habuimus in §.ſequẽs.in verſ.item cõmodati.ſuprà eo.an in eiſdem quatuor caſibus,puta tumultu,incẽdio, ruina,naufragio,etiam ſit bonæ fidei?Glo.hic mouet & recitat quoſdam qui putabãt eam eſſe ſtricti iuris,in eiſdẽ quatuor caſibus,ideò quia eſt pœnalis,ad pœnam dupli,quaſi bonæ fidei actiones non agnoſcerẽt pœnam.Sed nihil eſt.Gl.tenet,& benè,eam actionem etiam in his caſibus,nedum regulariter,eſſe bonæ fidei:hoc enim eſt fauorabile, atque ita extendendum,quia fauores extenduntur.l.cùm quidam.ff.de liberis & poſthumis.Porrò in † pignoratitia actione,vtraque 7
eſt bonæ fidei.Directa,quæ datur debitori pignorãti,qui poteſt redimere pignus ſoluto debito,ad quod habet actionem directam.E diuerſo creditor ſi fecit expenſas in pignore & ſumptus,hos conſequetur actione cõtraria.ſuprà qui.mod. re contrah.oblig.§.j.iuncta l.tutor.§.contrariam.ff.de pig. 8
act.Idem ſentiendũ in † actione neg.geſt.quia ſi tu mea abſentis negotia geſsiſti,mihi domino rerũ cõpetit actio directa contra te ſi negligenter geſsiſti,quæ dicitur directa.E diuerſo ſi tu ſumptus feciſti gerendo negotia,habebis cõtra me contrariam actionẽ,vtranque bonæ fidei.Pari iure vtimur in † actione tutelæ:quia ſi tutor damnificat pupillũ, tenebi- 9
tur actione tutelæ directa.E diuerſo ſi tutor paſſus eſt ſumptus iſtos,conſequetur contra pupillũ actione contraria.C. de contra.iud.tut.per totum.Quid autem in † actione pro- 10
tutelæ?Actio protutelæ dicitur,quãdo aliquis gerit tutelam pupilli tanquã tutor,& in veritate nõ eſt tutor,cõtra quẽ datur actio protutelę(materialiter accipiẽdo Protutelę,dictio compoſita)an iſta actio protutelæ etiã ſit bonæ fidei?Doct. hic diſceptant.Sed ex ſententia Iaſonis quem ſequor, etiã dicetur bonę fidei,& multo maximè,ne is qui nõ eſt tutor,melioris conditionis ſit quàm tutor.& ita intelligitur tit.de eo qui pro tut.per diſcurſum.Ecce ſic habetis iſtas ſex actiones declaratas,ſiue ſint directæ,ſiue cõtrariæ.Aliæ † actiones vn 11

decim hîc enumeratæ, ſunt omnes directæ ex omni parte, &
12 nulla eſt cõtraria: nam † emptio ſemper eſt directa, ẽ regio-
13 ne † venditio ſemper eſt directa, quia vterq; obligat alterum principaliter, emptor venditorẽ vt tradat, vẽditor emptorẽ vt ſoluat. Itaque cauete dicatis vel ſentiatis emptionem eſſe directã, venditionem contrariã: vtraque eſt directa. l. ex em-
14 pto. ff. de act. empt. cũ vulg. Sic † locati & conducti, ambæ actiones ſunt directæ, ex ratione quam proximè diximus, ne
15 cogar ſẽper repetere. Sic † actio pro ſocio, etiã ſi ſint quinq;, pauciores vel plures ſocii, in omnib. his actio pro ſocio ſemper eſt directa, quia quilibet alterũ principaliter obligat. habetis text. infrà de pœ. tem. litig. §. ex quibuſdam. ad fin. §. Sic
16 † fam. ercĩſ. cõm. diuid. ſemper eſt directa actio in vtriſq; litigãtibus, quia neuter alterũ minus principaliter obligat: pro-
17 pterea dicuntur † duplicia iudicia, quia quilibet eſt actor & reus, vt diximus in §. quædã. ſuprà eo. & fa. l. in trib. ff. de iud. Et eſt notãdũ, ꝙ iſtæ duæ actiones ſunt bonæ fidei. Quo lo-
18 co dubitatur, q̃d de actione † fi. reg. an etiã ſit bonæ fidei? gl. hoc mouet, & putabãt quidã eſſe bonæ fidei, propter ſimilitudinẽ quã iſta tria iudicia mutuò habẽt, quia ſẽper ſimul currũt. Sed nõ eſt ita. Gl. decidit cõtrariũ, nẽpe quòd fin. reg. nõ ſit bonæ fidei, per rationẽ quam ſupra diximus, quia nõ enumeratur inter bonæ fid. actiões per Imperatorẽ. Quo loco notate modũ probandi negatiuam, quæ regulariter dicitur improbabilis: quia cùm dubitatur an aliquis ſit inſertus, & reſpõdemus eum nõ eſſe inſertũ, quæ eſt negatiua, hoc probatur per inſpectionem libri. Vt, ſi dicas te ſtudentem vniuerſitatis, ego nego, hæc negatiua probatur per inſpectionẽ matriculæ. Et eſt facilis modus probandi negatiuã, cùm dicitur, hæc actio nõ eſt bonæ fidei, quia nõ cõnumeratur per Impe-
19 ratorem. Quæ autẽ eſt † ratio quòd duo priora iudicia ſunt bonæ fidei, & non tertiũ? Gl. hîc ponit, quia in duobus prioribus iudiciis nõ adiudicatur mihi quicquã quod priùs meũ fuit, ſed per adiudicationẽ fit meũ. At in fi. reg. ſæpe aufertur mihi terra mea ex agro meo, & datur alteri, quod videtur duriuſculum eſſe, & non prorſus conſonare cũ bona fide, licet ita fieri neceſſe ſit propter ſedandas lites. Vel aliter: In duobus prioribus iudiciis eſt quoddam ius fraternitatis, quia co hæredes in cõmunione ſunt quaſi fratres. Sic in comm. diui.

rectè

rectè contracta eſt ſocietas iure quodã fraternitatis.l. verũ. ff.pro ſoc.Itaq; nõ eſt mirũ ſi actio pro ſocio eſt bonæ fidei, quòd etiam iſta duo iudicia ſint bonę fidei.Et iſta eſt verior ratio:& ſic duo iudicia priora excludũt hunc miſerũ ſocium ſi.reg.ſeparant eũ à ſocietate.Coll.etiam ex tex.quòd † actio 20 præſcriptis verbis de ęſtimato eſt bonę fidei.Declaraui dum caſum fingerem,ſed perfunctoriè:& quia eſt materia quotidiana,pulchra & vtilis,vnde latiùs eam tractabimus.Et dicitur actio præſcriptis verbis de æſtimato,cũ inter duos cõuenit,verbis præſcribitur,præfinitur quòd res altera detur vni ab alio certo pretio æſtimata,ita quòd iſte alter aut rem reddat quam accepit,aut æſtimationem rei quæ taxata eſt:vt in exemplo:Cõmodaſti à me equum,ego dico,frater cõmodabo tibi eum,ſed iſtũ equũ æſtimo pro viginti florenis.Certè tu iam cogeris reddere equũ,aut ſoluere æſtimationem,hoc enim iubet bonafides,& periculũ equi eſt tuũ.ita habetis tex. in l.j.§.j.ff.de æſti.actio.Sed cõtra hanc deciſionẽ vrgẽter opponitur de l.ſi gratuitã.§.j.ff.de pręſcrip.verb.vbi diſtinguitur:Aut ego offero tibi hunc equũ & æſtimo certo pretio ad hoc vt poſsit vẽdi,& tũc periculum eſt meum:Aut tu rogaſti vt dem tibi equũ quẽ certo pretio æſtimo,& periculũ eſt tuũ. Ibi tex.loquitur de margaritis alteri datis vt vẽdantur.Gl.ſoluit ſatis frigidè in d.§.j.in l.j.de æſtim.act.Ioan.glo.dicebat quòd altera lex determinaret alterã.Bar.in d.l.j.§.j.per verba obſcuriſsima,id quod Iaſ.hic cõqueritur,& cũ quadã inuoluta diſtinctione iſtum nodũ non tã reſoluit,quàm inuoluit. Vos diſtinguite ex ſentẽtia Bar.obſcurè loquentis circa illa præſcripta verba rei ęſtimatæ,quem Bar.Iaſon hic declarat. Quia aut alicui datur res aliqua quę ęſtimatur ꝓpter ſeipſã, id eſt,vt ſciatur quãti valeat ſi fortaſſe periret,vt poſſet ſolui certa æſtimatio,& tũc periculũ eſt accipientis rem.ſi iſta res pereat apud accipiẽtẽ,ipſe tenebitur ad æſtimationẽ factam, quia ita inter partes præſcriptũ eſt. Sic procedit l.j.§.j.ff.de ęſtima.act.& hoc eſt valde quotidianũ in ciuili hominũ conuentu,quòd cum alicui datur res aliqua,vt prouidi viri æſtiment rẽ,quo caueãtur futuræ lites,& ſciatur valor rei:& iſta actio præſcri.verbis eſt bonæ fidei,vt quæ fit de re ęſtimata. Aliquãdo datur res aliqua alteri ad vẽdendũ,vt iſte alter vendat,& tũc res æſtimatur nõ propter ſeipſam,ſed ideò ęſtima

tur,vt poſsit alter ſcire quomodo debeat res vēdi cōmodiùs. Hoc loco diſtinguitur,quia aut iſte qui rem vendendā dat, expoſuit eam venalem,& rogat alterū vt vendat,& tunc periculum interitus,ſi res ante venditionem intereat,pertinet ad dantem,qui dederat rem iſtam vendendā:ſin verò rogatu accipientis detur hæc res ei ad vendendū,tunc periculum interitus eſt accipiētis.ita procedit dicta l.ſi gratuitā.§.ſi margaritas.ff.de præſcript.verb.In primo caſu,ſi alter pluris vēdat quā res fuit æſtimata,illud plus pertinet ad eum:quod rectè docuit gl.hic,& eſt æquū,quia ſi periculū ad eum pertineret, rectè & lucrū pertinebit.In ſecūdo caſu,iſte alter qui accipit rem vendendā,nihil lucrabitur,quia æſtimatio rei nō fuit facta propter rem ipſam præcisè,ſed vt cōmodius poſſet vēdi, Et hoc loco gl.nō benè diſtinxit cùm dicit,Aut in priore caſu fuit æſtimatio in pecunia certa,aut in poſteriore caſu non fuit certa:hoc nihil eſt,quia in vtriſq; ll.tex. loquitur de certa æſtimatione.Hic pulchrū eſſet videre de nōnullis aliјs dubijs circa æſtimationē,ſed īfirmitas ſolita vetuit ne fatigarer in libris,alio loco dicentur,fortaſſe in §.fuerat. proximo, ſi Dominus dederit ampliores vires.Hic quæri poteſt, † quid
21 de actione ex teſtamēto,an ſit bonæ fidei?videlicet cùm legatarius vel fideicōmiſſarius ex teſtamento agunt,& experiuntur circa eorū relicta,vel alij qui ius prętendūt ex teſtamēto. Poſſet videri eſſe bonæ fidei,propter magnū fauorē quem habent teſtamenta.c.cùm dilecti.de donat.cum vulg.l.in teſtamentis.de reg.iur.Doct.hic ſatis variāt & diſceptant. Vos dicetis ex opinione recepta,actionem ex teſtamēto eſſe ſtricti iuris,poſtquā non eſt enumerata inter actiones bonæ fidei: & ita voluit gl.in l.in minorū.ad fi.C.in quib.cauſ.in integ. reſt.nō eſt neceſſ.& videtur ibidem eſſe tex.quia legata & fideicōmiſſa ibi ſeparātur per copulatiuā ab alijs actionibus: & natura copulatiuæ eſt coniungere inter diuerſa.ita Bar.in rub.ff.de iur.& fact.ign.& voluit hoc i o.de Imo.in l.ſi quis bonorū.ff.de leg.j.quod & Iaſon hic ſequitur.Et quāuis ſit ſtricti iuris,habet tamen ſimilitudinē cum actionibus bonę fidei in duobus,tum quia currūt vſuræ à tēpore moræ,ſicut
22 in minorib.quæ dicitur † mora abuſiua.ita Doc.in d.l.in minorum.C.in quib.cauſ.Et cū nominamus aliquādo vſuras, nolite moueri,quia propter doctrinas & exēpla iuris, neceſſe eſt

ſe eſt aliquando mētionem vſurarū fieri: parciſsimè tamen per me fiet, cū omnes vſuræ ſint prohibitæ, Habet ergo hoc actio ex teſtamēto, quòd † à tēpore moræ poteſt peti interesſe, quod eſt de natura actionū bonæ fidei. fac. l. qui ſolitū. §. etiā. ff. de leg. ij. tū etiā quòd in actione ex teſtamēto ſi res debita reddatur deterior, & nō reddatur perfectè, tūc habebitur pro nō reddita, ita quòd poteſt denuò peti tota, quouſq; perfectè omnia ſoluātur. Et hoc eſt magnū & præcipuum in actionibus bonæ fidei, per no. tex. in l. iij. §. ſi reddita. ff. commo. vbi dicitur: Si cōmodauero tibi lancem aliquā, vel equū, aut aliam rem, tu reddis mihi eam deteriorē, dicitur non reddita, & poteſt commodans agere ad rem ipſam, licet eam habeat. quouſq; omnia perfectè ſoluātur. Hoc etiā ſeruatur in actione ex teſtamēto. Bar. in l. huiuſmodi. §. ædes. ff. de leg. j. Præterea ex ordine coll. quòd actio præſcriptis verbis ex permutatione eſt bonæ fidei re ab altero ſecuta, quia tunc ex pacto agitur vt & ipſe cōtractum perficiat. l. ex placito. C. de rer. permut. Et dicitur actio præſcriptis verbis, quia † quatuor ſunt genera actionum præſcriptis verbis, ſcilicet, † Do vt des. Do tibi librū, vt tu des lancem: & hoc permutationem ſapit, quo loco actio præſcriptis verbis eſt bonæ fidei, vt iam diximus. Secundū genus eſt, † Do vt facias. Do tibi decem, vt tu adſtes fratri meo in iudicio: iſta actio præſcriptis verbis eſt ſtricti iuris, & nō bonę fidei. Tertiū genus eſt, † Facio vt facias. Scribo tibi librum, vt tū facias mihi veſtem: quę etiam dicitur præſcriptis verbis, & nō eſt bonæ fidei, ſed ſtricti iuris. Quartū genus eſt, † Facio vt des: facio tibi ſepulchrum, vt des hæredibus meis decē. Ex hoc genere nō datur actio præſcriptis verbis, ſed actio doli, quia dolus eſt euidens, cū pro te ierim Romā, & tu pecuniā condictam non ſoluas. Hoc genus prodeſt medicis & aduocatis. qui cùm operam iuris, operam ciuilem fideliter adhibuerint, eis ſæpenumero pecunia condicta vel negatur vel differtur. Et iſtud quartum genus etiā non eſt bonæ fidei. ita habetis hic gl. mag. eleganter iſta tractantē. Quid autē de actionib. in factū, an ſint bonę fidei vel ſtricti iuris? In quo nouiſſe cōueniet, † quatuor eſſe genera actionis in factū, de quib. habetis gl. hic magiſtrā & infrà de interd. §. fin. quæ videre poteſtis. Cùm ergo quæritur, an actio in factū ſit bonæ fidei vel ſtricti iuris, diſtinguite qua-

23 (line 3) · 24 · 25 · 26 · 27 · 28 · 29

tuor genera actionis in factũ. Eſt enim actio in factũ quę ho
30 die cõpetit in locũ interdictorum. † Olim enim interdicta prætoris cum certis ſolẽnitatib. proponebantur,& agebatur ex formulis, quæ ſolẽnitates hodie receſſerũt ab aula. Hodie interdicta non proponuntur ſolenniter verbis exquiſitis, ſed in locũ interdictorũ proponitur ſimpliciter actio in factũ, quę actio in factũ accõmodata eſt interdictis.& ſic intelligitis infrà de interd.§.fi.vbi ſunt aliqua verba obſcura. Nã hodie ſufficit in edicto ope.no.nunt.in interdicto, quòd vi aut clàm,& ſic in alijs interdictis, dicere, Tu nõ rectè ædificaſti, ædificaſti in dãnum meũ, tu hanc machinã erexiſti me ignorãte.& ita de cæteris. Iſta eſt propemodũ actio in factum accõmodata interdictis. Secũdo, actio in factũ ea eſt quę datur in locũ l.Aquil. Nã ſi aliquis mihi damnũ fecerit in ſeruo vel iumẽto meo,& fecit per indirectum, ita quòd nõ poteſt dici directo mihi damnum feciſſe, quo caſu non datur actio l.Aquiliæ, nec directa nec vtilis, ſed in locũ eius & in ſubſidium datur actio in factum: vt in eo qui ſeruum meum ligatũ, miſericordiæ cauſa liberauit,& ſeruus aufugit, hic non habet locum actio l.Aquiliæ, ſed agitur contra damnificantem actione generali, Quia tu hoc feciſti, per quod factum incidi in damnum, vnde peto &c. Paria dices ſi quis equum, bouem ligatum in ſtabulo liberaret, ſi quis aperiret caueam vt auiculæ auolarent, cum alijs ſimilib. text. habetis ſuprà de l. Aquil.§.fin. Iſta actio in factum reſpicit cauſam legis Aquiliæ. Tertio datur actio in factum in contractibus præſcriptis verbis, ſcilicet, Do vt des, facio vt des: do vt facias, facio vt
31 facias. Iſti dicuntur † contractus innominati, quia non habent proprium nomẽ in iure noſtro, ſed communi nomine veniunt, ſcilicet quia ita præſcriptum eſt, præfinitum eſt, conditum eſt, conuentum eſt: quod eſt medium concludendi nimium generale. Vnde etiam in his contractibus competit actio in factum,& ita competit, quod vtraq; vnũ ſint. Cùm nomino actionẽ præſcrip.verb. iam nominaui actionem in factum. Cùm nomino actionẽ in factũ, in iſtis quatuor contractibus, intelligo præſcrip.verb. Et hoc eſt vobis notandum ad ea quæ dicam. text. habetis in l.ſi tibi areæ.§.fi. & in l.ſi tibi polienda. poſt princip.ff. de præſcript.verb. vbi vtrobiq; in tex. dicit Iuriſconſultus competere actionem in

factum,id eſt,præſcriptis verbis. Iſta ergo actio in factũ extra contractus præſcriptis verbis,non datur.Quarto dicitur actio in factum ſubſidiaria,quæ cõpetit generaliter vbicunq; nomen proprium actionis, vel nomen proprium cõtractus deficit, quando dubitatur qua actione te debeã conuenire,& tamen æquum eſt quòd contra te agam : hoc loco competit & datur actio in factum ſubſidiaria.Exemplũ:Cùm tibi trado molendinum meum , & conuenit mihi tecum quòd facias nouas rotas,hic non poſſum te cõuenire vlla actione nominata,ſed actione in factum.Is qui noſtra priuilegia violat,& volumus agere ad pœnam,nulla magis accõmodabitur actio quàm in factum.habetis pulchrum exẽplum in l.dedi.j.§.fi. ff.de cond.cauſ.dat.vbi debebat aliquis tertius ex teſtamẽto accipere emolumentum,hæres impediuit,tenetur actione in factum alteri cuius emolumentum impeditum eſt. Quidam voluit pauperibus bona ſua relinquere,cognati ſuaſerũt infirmo ne hoc faceret, quid ſibi cũ pauperibus? relinqueret cognatis ſuis:& ita fecit: pauperes habent actionem in factum contra iſtos ſuaſores,per quos ipſi ſenſerunt damnũ,quę eſt generalis & ſubſidiaria actio in factum. Et dicit Ang.in d.§. fi.ſe ita pro pauperibus obtinuiſſe:quod eſt mẽte tenendum, quia ſepe occurrit.Hæc † actio in factũ eſt ita generalis & eſfuſa,vt nõ poſsit aliquo catholico coërceri, aliquibus cõmunibus regulis,rectè ſicut nec mora, quæ negat certis finibus conſtringi,vt eſt elegans text.in l.mora.poſt prin.ff.de vſur. 32
Iſta quatuor genera actionis in factũ notate,quę habetis infrà de interd.d.§.fin.per gl.& etiam in aliis locis, ſed non ita perfectè & clarè ſicut hic, diximus.Iſta omnia genera actionis in factum ſunt ſtricti iuris, & nõ bonæ fidei,iuxta ſentẽtiam gl.hic : licet aliqui opinati ſint quòd actio in factũ quæ datur in locum præſcrip.verbis,ſit in partem bonæ fidei,ſcilicet in præſcriptis verbis ex æſtimato,& in pręſcrip.verbis ex permutatione:iſtæ enim duæ actiones cùm hic enumerẽtur inter bonæ fidei, & actio in factũ in locum ipſarũ cõpetat, igitur &c.quod tamẽ improbat gl.& dat exemplũ vel inſtantiã de actione certi cõdictionis.Nam † certi condictio gene- 33
ralis cõpetit vbicũq; certũ petitur, etiam ſi ſit cõtractus bonę fidei in quo petatur certũ aliquid,nã datur certi cõdictio. l. certi cõdictio.ff.ſi cer.pet.& tamẽ certi cõdictio ſemper eſt

ſtricti iuris,licet detur aliquando in locum cõtractus bonæ fidei. Eſt ſanè bonum ſimile, ſed mihi nõ placuit aſſertio gl. vnde tenui, licet ſub dubio, fortè quòd actio in factũ in his duobus locis ſit bonæ fidei:& mouebar,quia ſubrogatũ ſapit naturã ſubrogãtis.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut. Cùm poſteà reuoluerem Iaſonẽ, vidi quòd & ipſe improbat glo.de quo mihi blandiebar,& allegat Doct.communiter ita tenentes. Ratio eſt non ea quam dixi,ſed melior,quia cùm vtraq; vnũ ſint, vt dixi ſuprà in tertio genere,actio in factũ, id eſt,præſcrip.verb.rectè vtrobiq; debet eſſe idem ius,quod omnes nouimus. Et ſic habetis actionem in factũ quæ datur in preſcriptis verbis,ex æſtimato & ex permutatione,eſſe bonæ fidei,cùm cæteræ actiones in factũ ſint ſtricti iuris. Et ſi dicas,tamẽ non enumeratur inter bonæ fidei:negamus,quia imò enumeratur per æquiualens,id eſt,per eas actiones quæ
34 æquiualent huic actioni in factum. Quid autem de † actione præſcriptis verbis quę datur ex interdicto precarii? Nam cõcedo tibi codicem precario, hoc conuento vt mihi eum reddas quocunq; die repetam. Iſte eſt cõtractus præſcriptis verbis, trado vt tradas, quæ naſcitur ex interdicto precarii, an iſta ſit bonæ fidei? quòd videtur,per text.in l.ij.§.hoc interdict.ff.de precar.vbi dicitur,quòd hæc actio ex bona fide cõpetit. Tu dices cõtrà quòd imò ſit ſtricti iuris,quia nõ enumeratur inter actiones bonæ fidei,vt hìc per gl. Et nõ obſtat quod dicitur actionem ex bona fide competere, quia intelligendum eſt,ex naturali æquitate, in qua primum locum habet bona fides,cõpetere. Et longè aliud eſt dicere,contractũ ex bona fide iniri,& cõtractum eſſe bonæ fidei, ſicut poſteà ſuo ordine dicetur. Conſequenter coll.ex text.noſtro,quòd
35 † petitio hæreditatis eſt actio bonæ fidei:& in hoc erat apud antiquos vehementer dubitandum, vt hìc dicit text.ſed obtinuit vt indueret veſtẽ bonæ fidei hęc inſignis actio. Quę poterat eſſe ratio, ſi liceat ſubtiliſare, quòd ita fuit dubitãdum? Ioann.Fab.ſicut eum allegat Iaſon,putat eam eſſe rationem,
36 quia † petitio hæreditatis eſt actio realis.tex. habetis in l.ſed & ſi lege.§.petitio.ff.de petit.hæred.& in l.ſin autem.§.ſed & is.ff.de rei vẽd.vbi vtrobiq; dicitur petitionẽ hæreditatis eſſe actionẽ in rem. Sed nõ inuenimus in toto iure Ciuili, vt hìc dicit Iaſ.quòd aliqua actio realis ſit bonæ fidei, vnde meritò
de

de iſta dubitabatur. Verū quia petitio hę reditatis habet multum perſonalitatis, multū de perſonalibus præſtationibus, vt ſic quodammodo miſta à quibuſdā nominetur. l. hæreditatis. & ibi Bar. C. de petit. hæredit. vnde dignata eſt hæc petitio hæreditatis veſte bonæ fidei, propter perſonalitates. † quibus autem competat, vel contra quos, petitio hæreditatis? Certum eſt hæredi cōpetere, id eſt, qui ſe prætendit hæredem, ſiue ſit hæres de iure Ciuili, ſiue de iure prætorio, nempe bonorum poſſeſſor, ſiue ſit fideicōmiſſarius, id eſt, cui ex fideicōmiſſo vniuerſali reſtituta eſt hæreditas, hi omnes poſſunt petere hæreditatem; licet diuerſo iure. Et competit hæc petitio contra eos qui poſsident hæreditatē pro poſſeſſore, vel pro hæred. l. regulariter. cum l. ſeq. l. qui interrogatus. ff. de petit. hæred. Tunc autem dicitur † aliquis pro poſſeſſore poſsidere, quando interrogatus per actorē, Cur poſsides hæreditatem? reſpondet quia poſsideo, & nullam aliam dat cauſam detinēdi, quā quòd ſit poſſeſſor. At is dicitur pro hærede poſsidere, qui ſe aſſerit vel contendit in totum eſſe hæredem, vel in aliquam partē. Et ideo introductus eſt tit. de interr. act. quòd principio interrogatur reus per actorem, an prætendat ſe hæredem in totum vel in partē: & hoc eſt propterea neceſſariū, quia ſi reus aliquo titulo poſsideret, quia emiſſet totam hęreditatem vel partem aliquā, vel emiſſet aliquam rem hæreditariam, puta equū, domū, vel ſimilia, quia contra talē non competeret petitio hæreditatis: hoc eſt quod dicitur vulgò, hanc petitionem non dari contra titulo poſsidentem. l. hæreditatis. vbi eſt text. C. de petit. hæredit. ſed eo caſu dabitur rei vendicatio. Is qui vult proſequi hæreditatē, vel res hæreditarias, cogetur vti actione reali, rem vendicare, & non actione vniuerſali, ſcilicet petitione hæreditatis: & ratio eſt, cùm iſte qui titulo poſsidet, prætendit titulū & poſſeſſionē, alioqui contra reū qui pro poſſeſſore poſsideret, cōpetit vniuerſale iudicium ſi tota hæreditas petatur: imò etiam ſi vna tantūmodo res hæreditaria petatur, dabitur hæreditatis petitio. d. l. regulariter. cū l. ſeq. Vnde ſi prætendo me hæredem eſſe Titii, & tu poſsides vnicū tantum fundū quaſi hę res vel poſſeſſor, vel vnā tantū lācem, aut aliam minimam rem, dabitur mihi hæreditatis petitio, quod eſt ſatis mirabile, quæ non daretur ſi titulo poſsideres. Iſta ſunt notanda ad ea

quæ in ſequẽtibus in practica docebimus, quia graui & tu-gido vẽtre incedit noſter §. Quòd autem diximus petitionẽ hæreditatis eſſe bonæ fidei, fallit, vt iam diximus, ſi ageretur contra titulo poſsidentẽ, quia tunc degenerabit in actionem realẽ, in rei vendicationẽ, & erit ſtricti iuris. Secundo fall. in bonorum poſſeſſoria hæreditate, hoc eſt, cùm aliquis ex iure prætorio petit ſe immitti in bonorum poſſeſsionẽ, ſicut hîc ex ſtatuto fit, quia ea petitio erit ſtricti iuris, licet habeat omnia ſimilia cũ petitione hæreditatis ciuili. l. ij. ff. de poſſe. hæred. petit. Tertio fallit in fideicõmiſſaria hæreditatis petitione, cũ alicui per fideicommiſſum vniuerſale reſtituta eſt hæreditas, is perſequitur res hæreditarias per fideicommiſſariam petitionem, quæ eſt etiam ſtricti iuris, quod pauci dicerent, cùm per omnia habeat ſimilitudinẽ, vt iam ſuprà dixi, cum petitione hæreditatis. l. ij. ff. de fideicommiſ. petit. hære.
39 Quarto fall. in not. caſu, ſi in † hæreditate inueniretur actio ſtricti iuris, nẽpe actio mutui, quia tũc hæres qui ꝓſequitur res hæreditarias petitione hæreditatis, cùm petit ex perſona defuncti hoc mutuũ hęreditariũ, iſta iam petitio degenerabit
40 in actionem ſtricti iuris, quia † ſubrogatũ ſapit naturã eius cui ſubrogatur, vt dixi in d. l. ſi eũ. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis caut. Nã actio mutui quæ includitur in hæreditate eſt ſtricti iuris, quod omnes nouimus. Cũ hæres agit petitione hæreditatis ad illud mutuũ, iſta petitio ſubrogatur in locũ mutui, vnde ſapiet naturã mutui. facit l. j. §. ſi quis ſub cõditione. ff. vt l. no. caue. vbi ſtipulatio ſubrogata in locũ conditionis ſapiet conditionẽ. & ita elegãter & pulchrè hîc Ioannes Faber, quem Iaſon allegat. Et illud eſt perpetuò notandũ, quia ſcitis quòd in magnis hęreditatibus, præſertim mercatorũ, & diuitum, inueniũtur iura actiuè & paſsiuè, id eſt, credita & debi-
41 ta. † Attẽdenda eſt natura taliũ actionũ hæreditariarũ, quia ſi ſint ſtricti iuris, petitio hæreditatis erit ſtricti iuris. Hoc nemo diceret in orbe, niſi lectis authoribus. Sin verò actiões hæreditariæ ſint bonæ fidei, ſeruabit & petitio hæreditatis naturam bonæ fidei. Sed contra hanc notabilem doctrinam opponitur vrgenter de l. item veniunt. §. cùm prædixerimus. ff. de petitione hæreditat. vbi actiones hæreditariæ perdunt naturã earum in petitione hæreditatis. Cùm hæres petitione hæreditatis agit, agit ad actionẽ hæreditariam, tunc actio hæredi

hę reditaria naturam amittit,& ſequetur naturam petitionis hæreditatis,vt eſt exemplũ in l.Aquil.quod ſuprà in alijs lectionibus diximus.Nã licet actio l. Aquiliæ detur ad duplũ contra inficiantẽ,vt ſæpe ſuprà audiuimus,tamẽ in petitione hæreditatis dabitur tantũ ad ſimplum. Sed dices non obſtare,quia quod dicitur perdi naturam actionis hæreditariæ per petitionẽ hęreditatis,hoc verum eſt quo ad naturam aduẽtitiam accidentalem,ſicut eſt in l.Aquilia:natura actionis non eſt ad duplum,ſed tantũmodo ad damnũ:ſed ſi reus inficietur,iam aduẽtitiè creſcit pœna dupli:& iſta dicitur accidentalis natura actionis,quæ tollitur per petitionem hęreditatis.Rationẽ ſuprà diximus.Cæterùm quo ad naturam primordialẽ,eſſentialẽ & originariã,quæ ineſt ab initio actioni hęreditarię,ſicut eſt ſtrictũ ius in mutuo,quia cælũ priùs caderet quàm mutuum deſineret eſſe ſtricti iuris,iſta natura magis eſt infixa actioni hæreditariæ,& cõnexa,& concreta, vt ita loquar,quæ non tollitur petitione hæreditatis,imò actio hæreditaria eo loco mutat naturam petitionis hæreditatis:& hoc declaraui ſuprà in lectionibus de actione ſerui corrupti,quæ ab initio & eſſentialiter competit ad duplum: vnde iſta pœna dupli non tolleretur,non mutaretur petitione hæreditatis.Hactenus plura explicuimus enumerando actiones bonæ fidei,at hoc eſſet planè ſuperuacaneũ,niſi doceremus differẽtias inter actiones bonę fidei & ſtricti iuris. 42

Et mox prima fronte obijcitur:† videtur enim quòd omnis contractus ſit bonę fidei,per l.bonam fidẽ.C.de act.vbi dicit tex.bonam fidẽ ſeruari in cõtractib.ęquum eſt.& ſa.l.j.ff.de pact.vbi nihil magis cõuenit homini quã bona fides. & d.l. ij.§.hoc interdictũ.ff.de precar. vbi naturalis habet æquitas quòd ex bona fide contrahatur,Quid ergo facimus tot feſta inter cõtractus bonæ fidei & ſtricti iuris,cũ nullus ſit cõtractus ſtricti iuris in mundo,qui poſsit eſſe firmus ſine bona fide?Hunc modũ pulchrũ & conuiualem tribus verbis explicat Bal.in c.vni de plus petit.qui dicit,quo ad mentem & intentionẽ,omnes cõtractus eſſe bonæ fidei,omnes cõtractus habere bonam fidẽ,ſed nõ quo ad titulũ actionis. Iſta verba ſunt obſcura.Voluit Bal.quòd quo ad ipſam ſubſtantiã conuentionis inter partes,debeat in omni contractu de mundo ſeruari bona fides:ſed quo ad effectus extrĩſecos,qui relucẽt

in actio

in actionibus,eſſe differentiã, quia laxiores,&,vt ita dicam,
effreniores ſunt effectus in actionib.bonæ fidei poti⁹ quàm
in actionibus ſtricti iuris,rectè ſicut in equo ſuæ laxitati re
licto,& è regione in equo bene frenato,&,vt ita dixerim,re-
pagulato.Sunt ergo cõplures differentiæ inter vtraq; genera
43 contractuũ.† Prima differentia eſt, quia in cõtractib.bonæ
fidei,ſi dolus det cauſam contractui,tunc contractus eſt ipſo
iure nullus,vt tenet cõmunis opinio cõtra Pet.et alios vltra-
montanos,& eſt pro hoc text.in l.& elegãter.poſt prin.circa
mediũ.ff.de dolo malo.ibi.Nullam eſſe venditionẽ, ſi in hoc
vt venderet circunſcriptus eſt. Et vt intelligatis quantum ad
44 præſentia ſatis eſt,† duplex eſt dolus,vel dolus dupliciter ve-
nit in contractu.Aliquando dat cauſam contractui, vt cùm
aliquis decipitur verbis,vt vendat rem quã non erat venditu-
rus:vt ſi dicatur,equus tuus eſt macilentus, habet vitia laten-
tia,quæ tu ignoras,vendas hanc beſtiã ne alias perdat: & ſic
decipitur quòd vendat equũ quem alioqui nõ erat venditu-
rus,tunc dicitur dolus dare cauſam cõtractui. Et exemplifi-
camus in hac materia potiſsimũ in emptiõe, ſed per hoc de-
45 bent intelligi etiam alij cõtractus bonæ fidei. Itaq; ſi † dolus
dat cauſam cõtractui,cõtractus ipſo iure nullus eſt, habetur
pro infecto.Alius dicitur dolus qui incidit in cõtractũ, hoc
eſt,cũ aliquis eſt rem venditurus, & exponit eam venalẽ, ta-
men emptor decipit verbis vel facto vt eo minoris ei vẽdatur
res:vel ipſe venditor,cũ iam vendidit,rem deteriorẽ facit: ſi
vendit vineã excidit vites,ſi vendit hortũ excidit arbores ante
quam tradat:vel aliquando adornat mancipia venalia, infu-
cando ſeruũ veterem vt appareat iuuenis, laudando ſeruum
de artificio,dicit fortè eſſe medicũ vel pictorem cùm non ſit.
Iſti & alij doli dicũtur incidere in cõtractib. non quòd dent
cauſam contractui,ſed in re quæ iam venalis proponebatur,
intercurrũt huiuſmodi doli quotidie. Hic dolus in cõtractu
bonæ fidei purgatur,emendatur,reponitur per ipſum cõtra-
ctum.Contractus quidẽ valet, nõ eſt ipſo iure nullus,ſed il-
lud in quo fuit dolus adhibitus per ipſum contractũ ſarci-
tur: vt, ſi vendidi mancipiũ quod cõmendaui de artificio vel
de alia re,& ſic pluris vendidi, emptor poteſt agere ex cõtra-
ctu empti contra venditorẽ,vt tanto plus in pretio reſtituat,
quantum erat defectus in ſeruo artificij.habetis tex.in d.l.&

eleganter

eleganter.§.non ſolum,in fi.§.& l.Iulianus.§.j.cum §.ſeq.ff. de act.empt.Iſta ſeruātur in contractu bonæ fidei, ꝙ dolus dans cauſam,annullat contractū:dolus incidens non annullat,ſed ſarciatur per contractū.Secus eſt in in contractu ſtricti iuris,quia ſiue dolus det cauſam cōtractui, ſiue incidat in contractū,contractus ſemper manet,nō annullatur, nec vitium purgatur per contractū,ſed cōpetet actio de dolo contra partem doloſam,vel datur exceptio doli cōtra eam.Is qui dolum paſſus eſt vt venderet,quod non erat venditurus aget actione doli,vt cōtractus reſcindatur. Vel ſi quis promiſit alteri per dolū cum contra eum ex promiſsione agitur,ipſe poteſt excipere de dolo.l.dolo.C.de inutil.ſtip.vbi eſt text. iſta docens,& hæc eſt recepta & cōmunis opinio Bar.& Doct.in d.l.& elegāter.in d.l.dolo.C.de inutil,ſtip.l.ſi quis cū aliter. ff.de verb.obli. Verū eſt,Petr.de bell.pert.doctor ſubtilis, & ſubtiles vltramontani Galli,tenent contrariū,videlicet quòd etiā in contractu bonæ fidei,dolus, ſiue det cauſam, contractui,ſiue incidat,nō annullet,per l.ſi dolo.C.de reſcind.vend. vbi eſt fortis text.pro Petro,quia ibi dicitur,ſi venditor dolo deceptus eſt vt venderet,poteſt contractū reſcindere per prę-ſidem:ſed hoc quod nondū eſt,nō poteſt reſcindi:ſi ibi cōtractus nullus eſſet,fruſtra reſcinderetur. Sed ad hoc reſpōdent Doct.noſtri,quòd ſicut iſte cōtractus de facto,id eſt,nulliter proceſsit,ita hoc factū reſcinditur, id eſt, declaratur eſſe reſciſſum:quæ eſt ſatis frigida ſolutio, ſed manendum eſt cum communi opinione poſtquā modicū refert,Bar.multū prolixè recitat & confutat rationē Gallorū in d.l.& eleganter.& eſſet pulchra diſputatio circularis, vel etiam repetibilis.Hæc eſt prima differentia,quòd potentius ſiſtitur cōtra dolum in contractu bonæ fidei,quàm ſtricti iuris.Hic quæras,quid ſi aliquis cōtractus ſit bonæ fidei & ſtricti iuris,vt quia in cōtractu vēditionis interponitur ſtipulatio,ſicut hodie frequēter fit per Notarios,quomodo iudicabitur iſte cōtractus, vt ſciatur quomodo circa dolum verſari debeamus? Dicite eleganter & notabiliter,quòd iſte contractus iudicabitur bonæ fidei,& ſtrictum ius in ſtipulatione hoc loco nihil operabitur,ſed ſequetur naturam principalis contractus, ita Baldus in d.l.dolo.C.de inutil.ſtipul. Quid autē ſi dolo tertij incidat deceptio,vt quia proxeneta, vel alius mediator, quia interuenit

teruenit inter contrahentes,facit dolum decipiendo emptorem cùm laudat rem venalem,vel decipiendo venditorē cùm rem nimis attenuat,ſicut ſolent facere iſti nebulones, an etiā diſtinguatur circa dolum,an det cauſam contractui vel incidat? Certè nō,contractus tenebit,& in ſua ſtatione manebit, niſi altera pars vel venditor vel emptor in dolo participet, quod quotidie fit.Nā ſi dolus tertij accidat, vt diximus, is tenebitur de dolo,contra eum agetur, ſi partes cōtrahentes nō ſint in dolo d.l.& elegāter.circa princ.& eſt text.in.l.ij. in fi. ff.de proxen.Multa hic inculcat Iaſon quid ſi dolus cōmittatur in teſtamento,quid ſi committatur in matrimonio,& ſimilia,quæ tanquam impertinentia tranſeunda putaui,cùm
46 ſatis ſimus grauati alioqui per materiam noſtram. Secunda differentia eſt,quia † in cōtractu bonę fidei veniunt vſurę & fructus à tempore moræ:quamprimum alter cōtrahentium moratur facere id quod debet,mox tenebitur ad fructus & ad vſuras,vel hodie ad intereſſe,& ad omnes acceſsiones quę rei debitæ accedunt,ſiue ſint penſiones,ſiue vecturæ, ſiue pœnæ in iuriſditionib.& quicquid omnino commodi accedit rei, hoc à tempore moræ prę ſtabitur:quę eſt ingens vtilitas.Sed in contractibus ſtricti iuris non ita:quia ſi alter cōtrahentium moretur ſolutionem,vel nō faciat quod debet, iam nec fructus nec vſuræ veniūt,nec poſſent peti per iudicē vel eius officio tanquam acceſſoria,niſi demum iudicio cœpto & lite conteſtata.Nam poſt litem conteſtatā veniunt fructus & vſuræ in contractibus ſtricti iuris:& hoc eſt verū cùm petimus id quod nobis debetur,& nunquam fuit noſtrum.Sed ſi peteremus etiā in cōtractu ſtricti iuris,vel ex maleficio, id quod aliquādo noſtrū fuit,& petamus hoc reſtitui,hoc caſu etiam veniunt fructus & vſuræ ex mora. hæc habentur in l.videamus.ij §.ſi actionem.& §.in fauiana. verſ.& ideo. in l.mora. §.in bonæ fidei,ff.de vſur.Tunc autem dicimur petere reſtitui quod aliquādo noſtrū erat,cùm res aliquæ nobis vi ablatæ ſunt,vel cùm per metum vel dolum aliqua perdidimus,vel cùm in fraudem creditorum alienata ſunt,& in ſimilibus caſibus.d.l.videamus.ij,§.in cæteris.& hic per glo.magnam.Et dicit hic glo.notabile verbum,quòd memori mente tenendū
47 eſt,videlicet quòd † in contractibus bonæ fidei.ſi in iudicio nō petiſſemus fructus,omiſiſſemus per imperitiam fortè & negli

negligentiam, poſſunt etiam poſt ſententiam, poſt rem iudicatā fructus peti iure actionis: quæ ſententia gl. ſi eſſet vera, eſſet notatu dignißima: ſed Angel. & Alex. in l. ſi marito. §. fi. ff. ſolut. matr. reprobant eam. dicentes eam cōmuniter nō teneri: & contrarium docuit Bald. in l. j. C. de vſur. & fruct. legatorū. Et certè Matthesilanus vir doctus, hanc commendabilem gl. tenet in ſuis ſingularibus, in notab. c1 . & ego eandem gl. veram puto, & pro ea conſulerem: quia ſi bona fides exigit vt mox à tēpore moræ cum principali cōtractu peti poßint, nihil video intereſſe, cur non etiā principaliter peti poßint. Bene credo vſuras principaliter peti non poſſe poſt ſententiam, per tex. in l. iiij. C. depoſi. ſed hoc nemo dixerit de fructibus. Præterea in contractibus bonæ fidei ea veniunt officio iudicis quæ ei viſa ſunt æqua & bona, vt audiemus in §. in bonæ fidei. infrà eod. At hoc iuſtū & æquum eſt, & ad bonam fidem maximè pertinet, ne ex mora alter lucretur fructus: & fortaſſe hoc gl. permouit. Tertia differentia ſecundū glo. hîc, quia in contractib. bonæ fidei veniūt ea quæ neq; dicta neq; cogitata ſunt. allegat. l. fundi. §. ſi ruta cæſa. ff. de act. emp. Sed in contractibus ſtricti iuris non veniunt quæ nec dicta nec cogitata ſunt, ſed veniunt tantùm ea quæ expreſſa ſunt per partes, vel quæ veriſimiliter exprimi poterant: vnde dicitūr ſtrictum ius, quia in ſeſe conſtringitur, & non effunditur. l. quicquid adſtringendæ. ff. de verb, oblig. Aduertite, quia glo. hic dormitat allegādo: allegat enim tex. in §. ſi ruta. qui text. manifeſtè exemplū in cōtrariū ponit, etiā ſecūdū Doct. hic. Nam ibi dicitur, quòd ruta cæſa non contineantur domo vendita, niſi ſint nominatim dicta: cuius contrarium glo. hic dixerat. Sunt autē † ruta & cæſa quæ eruuntur, vt dicit Iureconſultus, vt ſunt cæmenta, arena, quæ in domo inueniūtur. 48
Itē † cæſa ſunt arbores exciſæ in horto domus, vel carbones facti in domo. Et Iureconſultus in l. granaria. eo. tit. plenius 49
docet quæ ſint ruta & cæſa. Nā ea quæ in domo ſunt affixa, ſtipitémve miſerunt in terrā, & quæ perpetuò deſtinata ſunt ædibus, iſta non dicuntur ruta vel cæſa, quia pertinent ad ædes. Item tegulæ quæ depoſitæ ſunt à tecto vt reponantur, non ſunt ruta & cæſa, ſed pertinent ad domos: niſi eſſent tegulæ nouiter importatæ & emptæ, iſtæ habentur inter ruta & cæſa, & non pertinerent ad domum venditam, quod l. C.

Scæuola in l.in rutis.ff.de verb.ſig.apertiùs docet, dicens, ea quæ terra nõ continentur nec ſunt affixa, venire appellatione rutorum & cæſorum.Et in ſumma, opus inteſtinũ in ædibus inter ruta & cæſa habetur,ſicut ſunt ſcamna,ſedes,plutei,fiſtulæ,labra fuſoria,iſta& ſimilia habentur inter ruta & cæſa,& vendita domo non continentur, nõ veniunt ex conſequentia,per acceſsionem : ſed ſi quæ affixa ſint, vel ita ſunt ſita vt perpetuò ſint ædium,iſta cõtinentur,& ſunt acceſsiones domus etiã ſi nec dicta nec cogitata ſint,veriſimilitet tamen cogitari poterant.Nam ruta dicuntur à ruendo & eruẽdo,eſt nouum ſupinũ,latinè potius quàm grammaticè.Cic. in fin.lib.Top.pulchrè abutitur rutis & cæſis.Dicit enim ad Trebatium, cui inſcripſit lib.Topic. ſe feciſſe quod ſolent venditores liberales,qui receptis rutis & cæſis,tamen aliqua dimittunt emptori cauſa ornandæ domus: ſic & ipſe fecerit, cùm ſcripſerit in ea quæ debebat,& quæ pollicitus erat,tamẽ vltra hoc aliqua adiecit fauore Trebatij,cauſa ornandi libri. Pulcherrima ſimilitudo.hæc & alia Budæus in d.§.ſi ruta. Ad propoſitum ergo.Iſte §.peſſimè allegatur per gloſ.& dicunt hic Ioan.Fab. & Ioan.de Platea. fortè etiam gl.malè ponere hanc differentiã,ſcilicet quæ nec dicta nec cogitata ſunt &c. Nam & in contractu ſtricti iuris venire ea quæ non ſunt dicta vel cogitata,dummodo tamen veriſimiliter cogitari poterant.Nam ſi domus alicui promitteretur per ſtipulationẽ, tunc ruta & cæſa nõ continerentur, rectè ſicut in contractibus bonæ fidei, ſed affixa & opera inteſtina : quod credo, verum eſſe. Vnde ſi promitteretur equus per ſtipulationẽ,iam veniret ſella tẽporaria,veniret capiſtrum,rectè ſicut in contractu bonæ fidei.Item ſi promitteretur equus ornatus ornamentis equeſtribus, diceret promiſſor, hunc equũ tibi promitto vel vendo(vt non ſit differentia hic) iam omnia ornamenta veniũt quæ habet equus,nec poſſet venditor aut promiſſor quicquam eorũ recipere.eſt bonus textus in l.ædiles. ij.in princ.& in ij.& iij.reſponſo.ff.de ædil.edict.fac.Bar.in l.eum qui.§.non ſolum.ff.de furt.& in l.ſi vt certo.§.vſqueadeò.ff commod.vbi cui cõmodata eſt equa ad vſum,tenetur non ſolum cuſtodire equam,ſed pullum equę.Hæc eſt mens Doct.quòd in cõtractu ſtricti iuris, & in bonæ fidei cõtractu,hoc loco nõ ſit differentia. Tu autem ſalua gloſſam, vt

bona

bona ſit differentia,& aduerte. Nam in tractatu bonæ fidei veniunt ea quæ nec dicta nec cogitata ſunt, vt gl.bené & eleganter dixit,licet malam l.allegauerit: ſed in contractu ſtricti iuris non veniunt ea quę nec dicta nec cogitata ſunt,niſi veriſimiliter potuerint cogitari,ſicut in exemplis ſuprà poſitis:habetur enim pro expreſſo,quod veriſimiliter expreſſum fuiſſet ſi de eo cogitaretur:quæ eſt regula aurea, & inter omnes doctrinas laudata,quàm amplè recitat Claud.de Siſel.in l.mulier.§.Braſidas.ff.ad Trebel.& dicit Fran. Cur.in quodã conſil.quòd ea doctrina procedat in omnibus diſpoſitionibus totius mũdi,videlicet,quãuis aliqua non ſint ad ſpeciem expreſſa,ſi tamẽ veriſimiliter expreſſa fuiſſent,ſi de eis fuiſſet cogitatũ,tũc habẽtur pro expreſsis, vt in exemplis ſuprà allegatis:& multa egregia exempla habetis in iure: quæ doctrina ſæpe mihi fecit laudẽ in cõſiliis meis.Hoc loco verum eſt, non eſſe differentiam in cõtractu bonæ fidei & ſtricti iuris, ſi ea nõ ſint dicta,quæ veriſimiliter dici poterãt. Sed in caſu noſtro res aliter habet: ex verbis gl.malè recitatis per Doct. habes pulcherrimũ dictum, quòd in cõtractibus bonæ fidei veniunt ea quæ ſimpliciter nec dicta nec cogitata ſunt,quod non venit in contractibus ſtricti iuris,niſi per regulã & doctrinã quam diximus.Nõne in cõtractu emptionis,vel alio, partes nihil dixerũt vel cogitauerũt etiam de vſuris à tempore moræ,quæ tamen vſuræ veniunt?Item ſi vinũ venditur vt ad certam diem recipiatur,deportetur,ſi emptor vina ad eam diem non deportauerit, non receperit,venditor poteſt ea effundere in terram, hoc non fuit nec dictũ nec cogitatũ.l.j.ad fi.ff.de peric.& cõm.rei vend. Item ſi venditor vendit fundũ, domum,& habet inſtrumenta, literas cõtractuũ, quas poteſt ſeruare,vt poſteà dicetur,quia ſua intereſt,is vẽditor cogitur oſtendere in iudicio emptori iſtas literas,& exhibere, & pati quòd deſcribantur: hoc nec dictũ nec cogitatum fuit in iſto cõtractu.l.Titius.ij.in fi.ff. de act.empt.& multa habetis ſimilia per diſcurſum.C.de ædil.act.& per diſcurſũ.ff.de act. empt.cũ ſimilib. Vera eſt ergo differẽtia cum iſta mica ſalis quam diximus. Quarta differentia,quia † in actionibus bonæ fidei,ſi debitũ adhuc eſt futurũ,ſi debet in diẽ aliquid ſolui,tũc emptor vel alius in cõtractu bonæ fidei cogitur præſtare cautionem de ſoluendo rem ſua die,etiam ſi ſit ei labo- 50

rioſum fideiuſſorē quęrere.ita debetis intelligere l.in omnibus.ff.de iudi.circa quam l.adhuc dubium eſt,pēdet ſub iudice lis,quomodo intelligatur.Sed Doct.ſatis in hoc concordant quod iam dixi,quòd debitor cogitur præſtare fideiuſſorem in cōtractu bonæ fidei,etiam ſi ſit ei laborioſum.Sed in contractu ſtricti iuris debitor in diem debet quidem cauere per fideiuſſorem,ſecundū intellectū alterius opinionis. Tu adde,ſi ei hoc non ſit laborioſum:quæ concordia eſt etiā recepta:& ſic plus vrgetur debitor in cōtractu bonæ fidei,propter bonā fidem,quàm in cōtractu ſtricti iuris propter ſtrictum ius.fa.not.gl.in l.ij.in verb.nec cogitur.ff.ſol.matr.& ibi Bar.& doct.Quinto differunt,quia in cōtractu bonæ fidei nō ſufficit rem reſtituere,niſi nō deteriorata reſtituatur, vel niſi pretium deteriorationis ſimul reddatur,quod eſt magnum indiciū bonæ fidei.habetis text.in l.iij.§.ſi reddita. ſuprà cōmod.Sed in cōtractu ſtricti iuris,ſufficit rem eſſe reſtitutā,etiā ſi ſit deterior facta.Poteſt tamen pars læſa pretiū deteriorationis iudicialiter cōſequi,vt hîc per Iaſonē. Sexto differūt, quia in bonæ fidei iudicijs iuratur in litē.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.In ſtricti iuris cōtractibus regulariter non iuratur in litē niſi ex magna cōtumacia: & vt in ſumma habeas,officiū iudicis eſt exuberātius,pinguius,& magis extēditur in cōtractu bonæ fidei,quā in cōtractu ſtricti iuris. Sicut eſt nudus ad veſtitū,ita cōtractus ſtricti iuris ad bonæ fidei.Ego addo tibi pro corolla,vt ex rutis & cæſis aliquid ti

51 bi relinquam,quòd † omnes cōtractus iuris gentiū,ſunt bonæ fidei,ideò,quia Romæ fuerat templū Fidei,in quo cōtrahere ſolebāt partes:& dicebātur ex bona fide cōtrahere,tanti fuerat vniuſcuiuſq; fides.ita eleganter Diony.Halicarnaſſ.li

52 bro ij.rerū Romanarū.Hinc oritur † clauſula Galli Aquilij: Ex bona fide agier,id eſt,agi.de qua clauſula Cic.diffusè diſputat in iij Off.Sed cōtractus ſtricti iuris ſunt īuēti per ius ciuile,cū videretur ſæpe bona fides periclitari,rectè ſicut fideicōmiſſum fuerat aliquādo liberū & commiſſum bonæ fidei,ſed poſtquàm laborauit bona fides,hæredes non ſemper eam explicauerūt,iniectū eſt frenū,obligatio,ipſi fideicōmiſſo.Hæc adiecimus tāquam corollam in iſta graui & diffuſa

53 materia.Nūc deinceps videbimus † practicam,quomodo in iſtis actionibus formētur libelli.Et primo in contractu emptionis

ptionis & venditionis,in quo ſunt aliqua cōſideranda.Nam primo † emptor tenetur præciſè ſoluere pretiū in pecunia nu- 54 merata,nec liberaretur ſoluēdo intereſſe:ſi diceret ſe ſoluturū intereſſe,non audiretur.Bar.in l.j.contra gl.ibi.ff.de act. empt.Debere autē pretium eſſe in pecunia numerata,ſaltem quo ad conuentionem,pluſquam notū eſt. ſuprà de cōtrah. empt.§.item pretiū.Debet autem ita ſolui pretium vt detur, non vt tradatur:hoc eſt,emptor tenebitur pretiū facere accipientis,id eſt,transferre dominium.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.empt.& ſi emptor vult agere ad rem tradendā,neceſſe eſt quòd ſoluat pretiū.d.§.offerri.aliàs ſi ageret ad rem tradendam,pretio nō ſoluto,tūc poſſet ei opponi exceptio quæ datur ante litis ingreſſum:quod tamen cautè eſt intelligendū, quia venditor opponet dicens, Non tradam tibi rē, quia nō ſoluiſti pretium,vnde habebo rem loco pignoris. (ita debet formari exceptio)ita eleganter Paul.de Caſtr. in d.§.offerri. Nam ſi exciperet ſe nō teneri tradere,ſe non eſſe obligatū ad tradendum,fortè iſta exceptio non cōpeteret,quia cōtractus emptionis perficitur ex cōſenſu.Cùm certa eſt merx, id eſt, res quæ venditur,certū eſt pretiū,& adeſt cōſenſus,iam quo ad eſſentialia contractus eſt perfectus,ideò dicitur obligatio ex conſenſu:ſed effectualiter non eſt perfectus,quo ad effectum,niſi res tradatur,& pretiū ſoluatur.Hoc eſt ſubtile,& propterea dixi,venditor excipiet ſe velle rem tenere loco pignoris,ex Pau.de Caſtr.Si tamen emptor ageret ad rem tradendam pretio non ſoluto,& per partē aduerſam nihil opponeretur,proceſſus teneret,nō eſſet nullus.ita Baldus in l.j.C. ne lic.tert.prouo.per glo.in l.ſi ſoror.C.de collat.Bald.in l. ſi traditio.in iij.quæſt.C.de act.empt.Hoc quoque non eſt prætereundum,quòd ſi iudex videat vel cognouerit emptorem agere ad rem tradendam pretio non ſoluto,poteſt ex ſuo officio etiam non petitus mentionem facere in ſententia pretij non ſoluti.Ita enim dicet: Condemnamus venditorem ad rem tradendam emptori,emptore pretium ſoluente:& non aliter,nec alio modo.facit l.ſi pater.& ibi Bald.C. de act.empt.& pro iſta ſentētia multum facit quod in ſimili docuit Bartol.in l.eum qui.ij.§.qui ita.ff.de verborum obli. vbi iudex poteſt debitorem in diem condemnare vt ſoluat creditorē,ſed non aliter nec alio modo,niſi adueniente die.

& per hoc limitatur l.iiij.§.hoc autem iudiciũ.ff.de dã.infecto.vbi dicitur iudicem nõ poſſe interponere officiũ,niſi petatur à parte:fallit enim ſi obligatio iam nata eſſet:ſed poſſet ſuſpendi per exceptionem, quia iudex rectè ſupplebit circa eam exceptionẽ,poſtquàm obligatio nata fuit.Et hæc de emptore.

55 † Venditor autẽ tenetur tradere rem venditã,ita quòd faciat emptorẽ dominũ,ſi ſaltẽ venditor ſit dominus:vel tradendo tribuat ei vſucapiendi conditionem,ſi fortè venditor nõ eſſet dominus,vt diximus ſuprà de publiciana.& eſt tex. in l.ex empto.ff.de act.emp.in prin.& in l.clauibus.ff.de contrah.emp.Nã non eſt nouũ quòd aliquando res aliena vẽditur,tenebit enim contractus.l.rẽ alienam.ff.de cõtrah.empt. verùm venditor tenebitur de euict.An autẽ vẽditor præcisè tradere cogatur,vel etiam manu militari,captis pignoribus, vel ſimili coactione,grãdis fuit conflictus olim inter gloſſatores,vt habes gl.mag.in d.l.j.ff.de act.emp.Verùm hoc hodie obtinuit,quod per gl.docetur,ſuprà de empt.§.pretium: quòd ſi vẽditor habet facultatẽ rei tradẽdæ præcisè, cogẽdus eſt tradere ſi emptor velit,& ſi offerret ſe intereſſe ſoluturũ, non audiretur,quia eſt cõtractus bonę fid.in quo debet quã maximè agnoſci bona fides.Sin verò nõ poſſet tradere,tunc audiretur offerẽdo intereſſe,ſcilicet quòd hoc ipſum exigat bona fides:& iſta eſt cõmunis opinio,& ſic eſt intelligẽda d. l.ſi traditio.C.de act.emp.Et hæc locum habẽt cũ ſpecies vel corpus venditur.Cæterùm ſi fieret vẽditio generis,eorũ quę conſiſtũt in genere:vt,ſi decem libræ auri vel argenti in maſſa vẽderentur,vel ſi aliqua res in genere incerto venderetur: vt, vendo tibi equum, vendo hominem, vendo tibi lancem, iſta omnia ſunt in genere incerto ſine determinatione aliqua,tũc ſemper venditor cogitur emptorẽ facere dominum eius rei quàm tradit:id eſt,cogitur ita tradere,vel potiùs dare,vt res àb emptore non auferatur,alioqui non dicetur ſatiſfeciſſe contractui.fa.elegans l.ſi à ſubſtituto.§.fin.l.cùm incertus.de leg.j.ita habet communis opinio totius orbis.Tu autem vide Intell.meos circa princip.in quatuor acceptionib.generum,ibi multò aliter doceo.Verum eſt,quidam Fabius Doctor Ingolſtadienſis perrexit mordere doctrinas meas,ſed nihil opponit legitimi cui non facilè reſpondeatur.

56 Libellum ergo hoc contractu ſic formabis: † Ago contra

Titium,

Titium, à quo emi equum viginti florenis, quod pretium ei ſolui, vel aliàs contentum feci: requiſitus vt tradat rem emptam, recuſauit, vnde peto &c. Et ſi interfuit tua habuiſſe in tempore equum, vel rem emptam, potes petere hoc intereſſe propter bonam fidem: vel ſi fuit res empta eius naturæ quòd peperit fructus, etiam iſti fructus petũtur per ea quæ dixi ſupra in differentijs bonæ fidei & ſtricti iuris. E diuerſo venditor aget contra emptorẽ, quòd quamuis ei vẽdiderit equum, vel vinum, vel fundum, & paratus fuerit & ſit etiam de præſenti tradere ei rem emptam, ipſe tamen neglexerit hactenus & negligat ſoluere pretium, vel non ſoluere totum pretiũ, vel non ſoluere id quod conuenerit inter partes ſoluẽdum loco pretij, & ſtet res vendita cum damno & iactura apud vẽditorem: vnde petat emptorem cogi vt ſatisfaciat contractui, & comminari emptori, quòd ſi res vendita intereà pereat, vel ſi ſit vinũ quod vẽditor effuſurus ſit, nihilominus velit habere pretium, cũ periculum ſit emptoris, ſimulátq; contractũ eſt. l. ratio. §. ſi per venditorem. ff. de act. empt. l. j. ff. de pericu. & commod. rei vend. Non ignoro hãc actionem empti & venditi ad varios reſpectus poſſe extendi & applicari, quia varia incidunt in iſtis contractibus, tamen ex formis ſuperioribus ſatis poteſt ſe quiſpiã expedire in alijs. Circa actionem commodati, mãdati, & depoſiti, ſatis diximus in ſuperiorib. vnde accipio nunc † locati & conducti actionem, quo ad formandũ libellũ. In iſto contractu varia ſunt cõſiderãda: quia aliquandò ad pretiũ rei locatæ agitur tempore locationis finito, & tunc narrabit locator qualiter fundũ vel domum pro decẽ annis locauerit, & præſtiterit ei habitãdi vel fruendi patientiam: verùm iſte cõductor quãuis iam tempus finitũ ſit, recuſet tamen relaxare rem conductã. Vel etiam poteſt narrari quòd conductor differat, cũctetur in pretio ſoluẽdo, vnde petat actor condẽnari &c. Quo loco aduertẽdũ eſt, quòd ſi conductor tẽpore cõductionis finito, nolit relaxare rẽ locatam & eã reſtituere, quòd tunc condemnabitur vt reſtituat rem, & nihilominus ſoluat æſtimationẽ, vt ſic puniatur cõtumacia: quod eſt no. dignũ. l. ædẽ. l. conductores. & ibi eſt tex. C. locati. am & hoc debetis nouiſſe, quòd merces, id eſt, pretium rei locatæ, annua penſio, debet eſſe in pecunia numerata. ſuprà de locat. Nam ſi penſio eſſet in alia ſpecie, tunc non 17

diceretur contractus locati & conducti, ſed contractus inno minatus. ita habetis gl. in l. j. §. ſi quis ſeruum. ff. de poſſ. vnde reſultaret cōtractus innominatus, facio vt facias, id eſt, loco tibi domum vel fundum, & tu ſolues mihi annuatim decem ſaccos frumēti: quo caſu daretur actio præſcriptis verbis, & non actio ex contractu locati. Si tamen ageretur locati, ita quòd hunc contractū nominares locati & cōducti, & ſic abu tereris verbis, & eſſet actio per verba impropria, nihilominus procederet libellus. gl. in l. & olei. C. loca. Magnus enim eſt fauor libelli, quo ad hoc quòd verba poſsint impropriari, dum tamen intelligatur intentio agētis, & dum nō ſit nimis remota impropriatio. Iaſ. in §. omnium. ſuprà eod. & Doc. in varijs locis. Interdum agitur in iſto cōtractu ad deteriorationē rei locatæ, quia qui deteriorem facit rem quā condu xit, tenetur locati. l. ij. ff. in quib. cau. pig. tac. contrah. Quapropter cauti ciues hîc & alibi, cùm locāt domus ſcholarib. adducūt vicinos, & ſingula circūſpiciunt, in qua cultura ſint, cùm ſit præſumptio contra ſcholares quòd abutātur re con ducta: quo loco libellum cōponere non eſt difficilè. Interdū datur actio locati, vt conductor rectè colat fundū, ſi fortè eſt negligens, & non ſuo quodq; opus tēpori deſtinat, vel negligat arbores, vel negligit adaquare, irrigare prata, vel negligit cultū vinearum: omnibus iſtis & ſimilibus modis poteſt locator agere actione noſtra. habetis tex. valde elegantē in l. ſi merces. §. cōductor. ff. locat. vbi expreſsè dicitur, cōductorem colonum teneri ſi intempeſtiuis temporibus, negligenter colat. Et hoc caſu etiam ſuperfluū eſſet formare libellos, cùm ex iſta declaratione ſatis pateat actio. Item aliquādo ſine cōdicta mercede locatur domus aliqua, vt cū dicitur: Fac habites in ædibus meis, ſuper pēſione benè concordabimus. Hoc loco ſi conductor tergiuerſatur, nolit ſoluere penſionem, dicēs eam non eſſe expreſſam, locator aget contra eum vt ſoluat penſionem, ſicut conſuetudo ſimilium domorū exi gat, & ſoluat tantùm quanti conducturus fuiſſet alibi. argu. in l. excepto. ibi, iuxta præteritā conſuetudinē. C. locat. & eſt argu. in l. in ſumma. §. in frumēto. ibi Bar. ff. de cōd. ind. Bar. in l. in rebus. §. item qui ſciens. ff. commod. Quid autē ſi loco tibi ædes, arbitrio tertij penſionem conſtituendam, & iſte tertius non velit conſtituere? Dic quòd locator accedet &

petet

petet arbitrium boni viri,id eſt,iudicis.Nam vbicunq; nomi
namus † virū bonū in iure noſtro, intelligimus iudicē.§.vir 58
bonus.ff.iud.ſol.& ita cōſuluit Sozin.conſil.XLIIII.in verſ.
quare magis.quod eſt not.dig.Et in hac materia quando res
aliqua locatur ſine mercede,videte Bar.& Bal.in l.cōtractus.
C.de fid.inſtr. Bal.in l.ex placito.C.de rer.permut.vbi dicit
Bal.ſi pedello dem librū meū vt vēdat ſine aliqua æſtimatio-
ne expreſſa,datur actio præſcrip.verb. Et tantū de locatore.
Circa † cōductorē qui ē regione habet actionē cōtra locato- 59
rem,etiam aliqua ſunt cōſiderāda. Item ſi locator impediuit
eum ne fruatur re cōducta.l.ex cōducto.in prin.ff.locat. vbi
eſt tex.elegās.facit l.ſi fundus.ff.eo.tit.vbi ſi fundū tibi loco,
& is fundus ante tēpora conductionis finita publicaretur per
fiſcum,quo caſu tu fundo frui nō poſſes,hic teneor ad inter-
eſſe.Item conductor experitur cōtra locatorē,vt rem condu
ctam reficiat, ſi fortè in tecto vel alijs rebus pateretur defe-
ctū. fa.l.ſed addes.§.ſi quis dolia.ff. loca.vbi ſi quis dolia vi-
tioſa locauerit alteri,& vinum effuſum ſit,effluxerit, tenebi-
tur ad totum intereſſe, quod etiā dicitur in dicta l.in rebus.
§.item qui ſciens ff.commod. Et ſi locauero tibi ſaltum pa-
ſcuū,id eſt,nemus,ſyluā in qua paſcantur pecora,& ibi creue
rint venenatę herbę per quas pecora ſint demortua,ſi hoc ſci
uit locator,tenebitur ad totū intereſſe:quod eſt nota dignū:
ſin verò ignorauit, tenebitur remittere penſionem. per d.l.
ſed addes.§.ſi quis.Et ſecundum hoc formare libellum nō eſt
difficilé.Alios reſpectus vel caſus dimittimus, cùm ſatis alio
qui hæc materia prolixa ſit. Vnum præterire non poſſum.
quod à nullo doctore fui tactū,de quo meritò miror. Nam
ſolent aliquando † locari operæ,& cōduci operæ:ſolet ali- 60
quando locari opus,& conduci opus,quæ duo malè miſcen-
tur vbiq; per gl.vbi aliquādo locare exponitur pro condu-
cere,non ſine magno errore,& eſt tamē res vtilis.Iſte dicitur
locare operas qui obligauit ſe ad laborandū, ad præſtandum
operas diurnas,ſicut quotidie videmus. At alius dicitur cōdu
cere operas, qui laborantē colligit,deputat,ſicut & in Euan-
gelio:Ite & vos in viniā meam.quo caſu poteſt dari actio ex
locato laboratori ſi ei differtur merces,vel ſi malè exhibetur,
vel ſi quid dāni ei immerēti accidat, cōquereretur cōtra domi-
nū,cōtra conductorē qui cōduxit eum,de eo quod eū grauat:

& ſic ſemper intelligite in toto iure noſtro, quòd vbiq; propriè loquitur, locatorem operarum paſsiuè, id eſt, laboratorem: & conductorē operarū actiuè pro eo qui laboratores
61 colligit. E diuerſo † locatur vel conducitur opus. Nam opus non dicitur niſi ſit perfectū: quādiu eſt in fieri, nō dicetur opus: ſicut cū aliquis facit nauem, ædificat ſepulturam, ædificat domū: & ita de aliis. Vnde magna eſt differētia inter opus & operas. Igitur qui locat opus, actiuè intelligitur, id eſt, cū dominus artificē deputat, redemptorē aliquem qui ei opus, domum, vel aliud faciat, iſte dicitur locaſſe opus. tex. habetis, quē, ſalua venia, non intellexit Accurſius in hoc verbo, in l. ij. §. ſi cōſeruatis. verſ. nam & ſi faber. ff. ad leg. Rhod. de iact. vbi locat opus, exponit Accur. id eſt, cōducit, multū improui denter. Sed conducere opus intelligitur paſsiuè, cùm aliquis deputatur, aliquis ſeſe obligat ad faciendū opus. Iſte cōduxit ſe ſcribere librū mihi, eſt etiā opus ſcribere librū. Et per iſtas pulchras differētias, quas ſatis colligitis ex Laurēt. Valla, facile formabitis libellos, vel opus cōducatur vel cōducātur operæ. Et per huiuſmodi reſolutionē iam facile intelligitis l. aduerſus. l. ſi hi qui. & l. ſi hi cōtra quos. C. locati. Hic poteſt cōuiualis dubitatio tractari, An ſi faber qui cōduxit opus faciēdū, frāgat malleū vel alia inſtrumēta dum ædificat, an habeat actionem ex conducto contra locatorem operis? pulchrū eſt in conuiuio iſta tractare. Dicite quòd nō: quod rarò dicerēt alii, quia locator operis ei in nihilum tenetur. d. l. ij. §. ſi conſeruatis. verſ. nam & ſi faber. vbi eſt text. ff. ad l. Rhod. de iact. gl. fi. in Auth. ſi teſtis. C. de teſti. Nūc ergo accipiamus actionem pignoratitiam, quæ datur debitori, vt ſoluto debito pignus repetat. Et iſta actio non naſcitur niſi ſoluto iam omni debito. l. ſi rē. §. omnis. ff. de pig. act. cū dicitur: Omnis pecunia exoluta eſſe debet vt naſcatur pig. actio, & ſi vnus nūmus deficeret in debito, nihil eſſe actū, quin creditor pignus vendere poſſet. l. quandiu. C. de diſtr. pig. quod eſt ſatis durum, ſed bona fides hoc exigit: vnde debitor poteſt quandocunque offerre debitum vt redimat pignus. d. §. omnis. Et quamuis pignoratitia actio & hypothecaria, de qua diximus in §. item Seruiana. ſuprà eo. altera ſumatur pro altera ſæpenumero,
62 tamē ſecundū Ang. Aret. inter ſe † in tribus differūt, in natiuitate, vtilitate, & vita. In natiuitate, quia hypothecaria naſcitur ſolo

tur ſolo cõſenſu,ſola conuentione,ex pacto.l.ſi tibi decẽ.§. de pignore.ff.de pact. Sed pig.actio nõ naſcitur niſi interuẽtu rei. Niſi res,id eſt,debitũ interueniat, nõ naſcitur pig.vt à prin.dixi,ſuprà de obligat.quæ re cõtrah.§.fi. Vnde cùm dico,fundus ſit tibi pignori, iam actio hypothecaria eſt tibi nata. Non ſic eſt de pig.in qua pignus alteri traditur. Vtilitate differunt,quia pig.directa datur debitori, contraria creditori,vt infrà videbimus. Sed hypoth. datur contra quencunque poſſeſſorem:quiſquis poſsidet rem immobilẽ quæ mihi pignori data eſt,contra eum poſſum rem perſequi.Itẽ actio pig.eſt perſonalis, quia datur mihi debitori & hæredi meo, contra creditorem & eius hæredẽ,cæteris paribus:ſed hypothec.eſt actio in rem,vt diximus in d.§.item Seruiana.Ange. allegat l.pignoris.C.de pig. In quo nouiſſe debes, quòd ſæpe abutimur vocabulo pignoris pro hypotheca, ne erretis,ſi fortè talia iura occurrant.Item pign.eſt bonæ fidei, vt hîc in textu,ſed hypoth.eſt ſtricti iuris,vt dicit Ange.qui allegat gl. noſtram.Ego non inueni in gl. Sed verũ eſt quod dicit Angel.per rationem vulgatam,quòd hypothecaria nõ numeretur inter bonæ fidei.Item vita differũt,quia act.pig. ſimulatque cõpetiit durat triginta annis, ſicut aliæ omnes perſonales.l.omnes.C.de præſcript.xxx.vel xl.annorum.Sed hypothec.variis fatis voluitur:aliquando durat decem annos, aliquando triginta,& aliquãdo quadraginta.de quo habetis gl. in l.j.C.ſi aduerſus credi.& Bart.in §.tertii.in procem.Digeſtorum.Et quia dixi debitorem poſſe offerre debitum quãdo velit,vt pignus redimat,hîc neceſſariò quæritur,† an huic iuri offerẽdi poſsit aliquo tempore præſcribi,ita quòd debitor non audiatur, ſi longo poſt tempore velit offerre debitum,& redimere pignus? an hoc ius offerendi mori poſsit,vel an ſit immortale?Docto diſceptant,& varii varia docuerunt, cùm tamen ſit res multum vtilis.Tu breuiter diſtingue tres caſus. aut ius offerendi datur ratione actionis iam competentis, aut hoc ius offerẽdi eſt quædam ſequela,quę habet ſe per modum defenſionis:aut ius offerendi eſt ſequela actionis cõpeti turæ,quia per ius offerendi naſcitur actio cõpetitura. In primo caſu ſi † ius offerẽdi concurrit cum actione iam cõpetẽti,tũc præſcribitur aliquãdo curriculo triginta annorũ, aliquãdo x l.annorum,vt habetis caſum in l.cùm notiſsimi.§. 63 64

ſed cùm illud.C.de præſcript.xxx.vel xl.annorum. vbi erat creditor qui in pignore habuit anteriora iura,ad hoc pignus poſsidebatur per poſteriorem creditorem: anterior creditor perſequitur pignus, habet enim actionem ſibi competẽtem, & offert debitum ſequenti creditori. Hoc poteſt,niſi tranſierit xxx.anni, præſertim in vita debitoris,quia tunc anterior creditor non poſſet offerre debitum ſequenti creditori,& auocare pignus ab eo.Et hoc caſu dicitur ius offerendi cõcurrere cum actione hypoth.iam competẽte,in quo caſu ſic formare libellum poteris : Domine Iudex, Titius debitor meus hypothecauit mihi fundum pro certo debito , iſtum fundum poſsidet iam Flaccus, qui dicit ſe etiã eſſe creditorem Titii, vnde ego obtuli Flacco ſuum debitum,& nunc coram iudice offero, ipſe autem recuſat reddere pignus & reſtituere,vnde peto eum condemnari &c.Hîc niſi xxx.anni tranſierint,iſte antiquior creditor rectè aget.Secundus caſus eſt,cũ ius offerendi competit ſub modo defenſionis.caſum habetis in l.Paulus.§.j.ff.quib.mod.pig.ſoluitur. Nam certũ eſt,quòd ſi ego ex iuſta cauſa & bona fide poſsideo fundũ , tu dicis eum tibi à debitore impignoratum , & agis contra me hypothecaria, ego ſi offero tibi debitum meum , ſi deffendo me per hoc ius offerendi quod dico,ego ſoluam tibi debitum,ecce iſte creditor cogitur accipere debitũ,& me non inquietare:quid enim ad eum attinet habere pignus , cùm ſoluitur in ipſo debito? Ecce hoc dicitur ius offerendi ſub modo defenſionis. Huic iuri offerẽdi nunquã præſcribitur in æternũ,quia iſtæ exceptiones ſunt perpetuæ. Quandocũq; in poteſtate actoris eſt agere,tunc conſequenter etiam erit in poteſtate rei excipere. ita eſt elegans tex.in l.purè.ad fi.ff.de dol.excep.In his duob. caſibus non eſt vlla cõtrouerſia inter doct.Tertius caſus eſt, quando ius offerẽdi facit naſci actionẽ competiturã,hoc eſt, cũ ipſe debitor poſt lõgã tẽpora offert debitũ vt pignus redimat,an debitor ſemper audiatur,vel an lõgiſsimo tẽpore cõtra ius offerẽdi præſcribatur.Finge debitorẽ tacuiſſe triginta vel quadraginta annos aut amplius,& debitũ non obtuliſſe, nec ipſũ nec hæredes ſuos:nũc lõgiſsimo tẽpore pòſt offert ſe ad ſoluendũ debitũ & ad redimẽdũ pignus, an audiatur,vel an creditor præſcripſerit cõtra cũ?Doc.vt dixi,vehemẽter variãt.Gl.in l.pignori. ff.de vſucap. aſſeueranter tenet ꝙ præſcriba

ſcribatur contra debitorē iuri offerēdi:& idem tenet gl.in d. l.cum notiſsimi.§.j.& in multis alijs locis,poſtquā recitaſſet opiniones.Bar.in d.l.pignori.tenet contra glo.cum Cyn. in d.l.cum notiſsimi. quòd imò nō præſcribatur iuri offerēdi contra debitorē: & mouetur ſatis bonis rationibus, quia ea quæ cōpetunt ſub modo meræ facultatis, iſta non tolluntur præſcriptione:ſicut eſt ire per viā publicā,nam quilibet poteſt ire,& ſi per centū annos nō iuiſſet,poſſet tamē vti via publica,quia ſtat in mera facultate ſua.l.viam publicā.ff.de via publ.Vnde † actibus voluntarijs nō præſcribitur. Et moue- 65
tur etiā alia ratione,nam † præſcriptio reſpicit tantùm iura 66
formalia,& iura iam formata quæ poſſunt negligi: ſed non reſpicit ius formandū,ius quod necdū formatū eſt,quia non entis nullæ ſunt qualitates,per iura vulg. Vnde qa iſta actio pig.antequā debitū offeratur nō eſt nata, nō eſt formata, nō eſt in eſſe producta,quid ergo pręſcriberet iſta præſcriptio? nā voluntati liberæ nō poteſt præſcribi,vt iam dixi. Et hanc opinionē multi tenuerunt, quòd iuri offerendi debitū non præſcribatur, etiā ſi debitor vel eius hæredes poſt ducentos annos offerrēt debitum:nam nullo iure pars aduerſa retinebit pignus tanquā rem alienā.Et hoc videtur etiā nobis probabile. Contrariū tenuit ipſemet Bart.ſibi diſsidens in l.j.ff. de cōdic.ex lege.vbi pulchrè & ſubtiliter loquitur:qui & aliter diſtinguit,videlicet quòd ſi aliqua cōpetant iure meræ facultatis,ex quib. tamen nullū nouū ius acquiritur, vt quòd quilibet in re ſua facultatē habeat diſponēdi ſicut velit.l.in re mandata.C.mand.Et huic facultati nunquam præſcribitur, quia eſſet ligare liberā voluntatē ſine iuſta cauſa.d.l.viam publicam.ff.de via publ.Cæterū ſi cōpetant aliqua ſub libera facultate vel per modū facultatis, ita quòd aliquid poſsit ſi libeat ei,attamē ex illa facultate & per eam facultatē enaſcitur nouū ius,acquiritur ius nouū,tunc ſicut iuri nouo præſcribitur lōgiſsimo tēpore,id eſt,triginta annis,ſic etiā facultati præſcribetur,quia iſta facultas eſt ius,habet ſe per modū iuris.Hoc eſt multū ſubtile,ſcilicet quòd ius per eam facultatē acquirit̃.Ego in practica vidi obſeruari contrariū cōtra hāc poſteriorē Bar.deciſionē.(Et ꝑ hoc videtur tex.eſſe in l.nec creditores.C.de pign.act.vbi dicit Imp. Nec creditores, nec qui his ſucceſſerūt, aduerſus debitores pignori quōdam res

nexas

nexas petentes reddita iure debiti quantitate, vel his non accipientibus, oblata & conſignata & depoſita, longi temporis præſcriptione muniri poſſunt &c.) quia villa quædã cũ iuriſditionib. fuerat obligata pignori ante centũ annos & circiter ducẽtos, interciderãt intereà literæ obligationis. inſtrumentũ obligationis, quod longo poſt tempore à caſu inuẽtum eſt, quod ego legi cùm ſequerer practicam: ſed nolui me intromittere. In ſumma, iſti nobiles qui erãt domini pignoris, obtinuerũt per ſententiã quòd liceret eis redimere pignora poſt tot curricula annorũ, & per iſtã redemptionẽ iſti nobiles facti ſunt diuites ex hodierno tẽpore, qui alioqui erant pauperes. Similẽ caſum habui his dieb. ab Argentina, vbi aliquæ villæ ante centũ annos fuerãt venditæ, cum pacto, quòd venditori ſemper liceret redimere (eſt etiã ius offerẽdi.) Iſta emptio ſtetit pluſquã centum annos, vt dixi, & fuerunt villæ bona & iuriditiones diſtractæ per multas manus. Nunc veniunt hæredes venditorũ homines potentes, & volunt redimere vi pacti bona vendita. Sed hoc iam non reſoluo: videte conſilium meũ in hac re, quod incipit, Ex facto proponitur quòd vetuſto tempore. Quia iuri offerendi præſcribi nõ poteſt, vt ibi ſatis & dixi & tenui. Diſpiciamus nunc circa libellos: & poſſunt varij occurrere caſus in pignoratitia. In dire-
67 cta pig. act. ſic formabis: † Domine Iudex, cũ mutuaſſet mihi Titius decem, ego ei impignoraui librũ meũ: nũc verò cùm intendo redimere pignus meũ, obtuli Titio ſortẽ decem iſta, ſicut & hodie corã vobis offero: cæterũ Titius recuſauit accipere ſortẽ & reſtituere pignus, vnde peto &c. Hæc eſt pignor. directa, quæ datur debitori contra creditorem. At aduertite, quia dixi librũ meũ, nam non poſſet res aliena pignorari, vt dixi in §. item Seruiana. per diſcurſum tit. C. ſi res alie. pig. da. ſit. & poſſet tamen res aliena vendi. l. rem alienã. ff. de cõtrah. empt. quod tibi fortè videtur mirabile. Sed ratio differentiæ eſt, quam ponit gl. in d. l. rem alienã. res aliena ideo vendi poteſt, quia emptori hoc loco nullũ ius accedit, venditor nullũ ius tribuit emptori, & tenetur de euict. ꝙ locũ habet in rebus proprijs & alienis. Sed qui pignorat rem, conſtituit creditori ius pignoris in re, quod nõ poteſt fieri ſine cõſenſu domini. Et quòd dixi in libello, quã pecuniã nunc offero in iudicio, ibi ſufficit realis oblatio, alioqui extra iudiciũ nõ ſufficeret

ceret

ceret realiter offerri, ſed opus eſſet deponere in ſacrā ædem, & obſignare, claudere. l. acceptā. C. de vſur. vbi tractatur hæc materia. l. obſignatione. C. de ſolut. facit l. nec creditores ibi, Vel his nō accipientib. oblata & cōſignata & depoſita &c. C. de pign. act. Tantam vim habet iudicialis oblatio, vt non ſit opus alia cōſignatione. Libellus verò in contraria pig. act. ſic habet: † Domine Iudex, cū mutuaſſem Titio viginti, ipſe dedit mihi in pignus equū, quem alui, foui expenſis & ſumptibus meis, qui excurrunt vſq; ad decē, vnde peto mihi reſtitui ea decem, cū paratus ſim ei reſtituere pignus ſoluto debito, petoq; eum cōdemnari &c. Sic ſi creditor accepit in pig. villā, id eſt, domū quam refecit, quam fulſit, vineam quam coluit, ſubſtituit alias vites: ſic in quacunq; alia re, quæ expenſis & ſumptibus eſt ſeruanda, quia pro illis expenſis & ſumptibus cōpetit pign. cōtraria, quæ etiā eſt bonæ fidei. Euenit aliquādo ꝙ pig. act. detur debitori propter id quod offerat debitū, quo loco ſic cōcipe libellū: Domine iudex, cùm Titius mihi mutuaſſet quinquaginta, & ego ei impignoraſſem vineā, vel redditū annuū, vel fundum aliquē, & is creditor tantū percepit de fructib. pignoris quanta eſt ſors, quantum eſt debitū, vnde cùm peterem quòd iſtos fructus perceptos cōputaret in ſortem recuſauit: vnde peto decerni & declarari, quòd creditor obligatus ſit quicquid fructus ex pignore ſuſcepit, in ſortem cōputare, & mihi reſtituere pignus &c. Hęc actio eſt pig. etiā bonæ fidei, & fundatur ex l. j. & ij. C. de pign. act. Porrò euenit quòd pig. act. detur debitori cōtra tertiū, & non contra creditorem, ad reſtituendū pignus, vt in caſu l. ſi cùm venderet. ff. de pig. act. vbi creditor vendiderat pignus creditori emptori Titio, hoc conuento, hoc pacto, quòd creditori liceret pignus redimere certo tempore conſtituto. Sic conſulitur debitori duplici via: vno modo quòd conueniat creditorem, non quòd reſtituat pignus, ſed quòd creditor demandet debitori actiones ſuas quas habet contra emptorē ex pacto. Hæc eſt vna via. Alia via, quòd vitato hoc circuitu, mox primo limine cōueniat emptorē actione in factū, ex pacto: quo caſu ſic cōcipitur libellus: Domine iudex, cum impignoraſſem fundum Titio, & eum debito tempore nō ſoluiſſem, ipſe vendidit Flacco hoc pignus, ſed cum pacto, quòd liceat mihi redimere oblato debito, ab emptore Flacco. Nunc ego obtuli

68

obtuli debitum emptori, qui recuſat mihi reſtituere pignus, dicens ſe nihil mecũ conueniſſe, & pacta nõ poſſe extendi in tertium. Verùm quia hoc pactũ factũ eſt in vtilitatem meam (Ecce iam producitur actio in factũ) vnde ex quadam æquitate quam mihi ius tribuit, peto iſtum emptorem cõdemnari quòd ſtet pacto. Et dicit gl. in d.l. ſi cum venderet. hoc eſſe ſpeciale, quòd pacta extendantur in tertium: tantũ poteſt bona fides in actione pignoratitia. Expediti de iſta pignoratitia, licet longè plura eſſent dicenda, ego tamen ſumma per veſtigia procedo, dimiſsis nunc quæ dici poterãt in actione neg. geſt. quæ habent longum tractatum: & dimiſsis quæ poſſent dici in actione tutelæ, quod eò facilius dimitto, cum multa in Iuriſprudentia ſuper titulis dicantur: dimiſsis etiã quæ tractare poſſemus in actione permutationis. Nam qui omnia ſequitur, nihil aſſequitur. Vnde accipio materiam petitionis hæreditatis, quæ pulchra eſt, quotidiana & ſubtilis. Et primũ noueritis antequàm ad formationẽ libellorum veniamus, quòd hæc actio competit hæredi, ſiue ſit hæres ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, dum ſit de iure ciuili hæres. Nam bonorũ poſſeſsio ei nõ competet, quæ datur beneficio prætoris & non iure ciuili. Sufficit autem eſſe aliquem hæredem ſiue immediatũ, ſiue per mediam perſonã. Vnde ſimile eſſent ſucceſſores in aliqua hæreditate, & ego vni ex illis ſuccederẽ, ſatis dicor eſſe hæres primi defuncti, etiã quẽ mille ſucceſſo-

Iuriſprudentiæ libri.

69 res ſequerẽtur, per doctrinã quæ per manus traditur: † Hæres hæredis mei, eſt mihi hæres. l. fi. ad fin. C. de hæred. inſtit. Vnde dicit glo. multum notabiliter in l. iij. ff. de petit. hæred. quòd ſi defunctus aliquis feciſſet teſtamẽtum, & inſtituiſſet Titium hæredem, ego autem ſum hæres Titij ab inteſtato, iam petendo hæreditatem poſſum dicere me hæredem ex teſtamento defuncti, & tamẽ non ſum ab eo inſtitutus nec cogitatus, ſed per mediam perſonã Titij qui inſtitutus fuit, & cui ego ſucceſsi ab inteſtato, ſum & dicor hæres ex teſtamẽto primi defuncti. E regione, ſi primus defunctus obijſſet nullo teſtamẽto facto, & Titius ei ſuccederet ab inteſtato, is Titius facto teſtamento me hæredem inſtituit, iam poſſum me dicere hæredẽ ab inteſtato primi defuncti, & tamen non ego, ſed Titius ſucceſſerat ab inteſtato, quod dicit gl. eſſe mirabile: & eſt diligenter notandũ, quòd hæres mediatus poteſt titulum

tulum vſurpare tanquã immediatus. Hinc ſumpta occaſione Bar. in d. l. fin. C. de hæred. inſtit. dicit, ſi ego ſim hæres patri ex parte, & poſteà ex alia parte ſim hæres fratrũ meorũ præmortuorũ, iam ſatis dicor vniuerſalis hæres patri per mediũ fratrũ quibus ſucceſſeram † An autem in petitione hæreditatis ſufficiat, ſi aliquis dicat ſe hæredem ſimpliciter, vel an ſit neceſſe quòd declaret ſe hæredem ex teſtamento vel ab inteſtato, declaret qualitatem ſuæ ſucceſsionis? Bart. putat ſufficere ſi dicatur ſimpliciter hæres. Contrariũ tenet probabilis opinio, per l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. & melius in §. illud. vbi eſt expreſſum, quòd interrogatus quomodo ſit hæres, debet reſpondere, ex teſtamẽto, vel ab inteſtato: & hoc ſeruat etiam Imperator in l. ij. in prin. ibi, Frater velut ex teſtamẽto ſucceſſerat. & ſic ſe habet conſuetudo. Ego talem caſum habui in camera Imperij, & diutino cõflictu tandem euici, quòd poſſeſſores cogebantur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis. Hoc enim eſt regulare & perpetuũ in petitione hæreditatis, quòd vel actor vel poſſeſſor interrogatus, & maximè & præcipuè poſſeſſor de qualitate poſſeſsionis, coguntur oſtendere titulum, quòd alias nõ eſt receptũ iure. Vnde qui eſt poſſeſſor alicuius rei, in iure noſtro non poteſt cõpelli ad oſtendendum titulum, niſi in petitione hæreditatis. l. cogi. C. de petit. hæred. Vnde in caſu noſtro opinio Bart. poteſt procedere, cùm aliquis petendo hæreditatem ſimpliciter dicit ſe hæredem defuncti, ſi non opponatur contra eum, quia proceſſus valebit. Cæterùm ſi vel iudex vel aduerſarius petãt certificari de qualitate poſſeſsionis, iam alia opinio procedet quam ſeruat conſuetudo, ſcilicet quòd interrogatus cogatur. per d. §. illud. Hoc quoq; nõ eſt prætereundum, quod etiam ſuprà à principio diximus, quòd † petitio hæreditatis non datur contra eum qui ex titulo poſsidet. Nam ſi aduerſarius emiſſet hæreditatem ab aliquo qui putabat ſe eſſe hæredem, tunc verus hæres non poteſt ab iſto emptore petere hæreditatem, quia habet titulum emptionis. Et idem ſi aliquis tertius donaret hæreditatem Titio, vel daret alij hæreditatem pro dote aliqua puellæ. Et in ſumma, quicunque titulus poſſeſſoris excludit hanc petitionem hæreditatis. d. l. hæreditatis. C. de petit. hæreditatis. Et ratio eſt viua, quia emptor habet titulum & poſſeſsionem & ſic duplex ius.

70 71

72 ius. At petitor hæreditatis habet tantum titulum † pro hærede, qui tamen non eſt verus titulus, ſed eſt quædam qualitas, quidam modus ſucceſsionis. Vnde errauerunt ſæpe Doctor. etiã contra quos ego ſcripſi, quòd allegabãt pro hærede tanquam titulum, quia ſi eſſet titulus, petitio hæreditatis rarò haberet locũ, quum frequenter aduerſarij poſsideãt pro hærede, id eſt, tanquã hæredes. Verum vno loco pro hærede habetur pro titulo, & ſic iſte Doctor defendi poterat ſi hoc ſciuiſſet. Nam ſi aliquis eſt ſine contradictione hæres, & vſucapit aliquas res in hæreditate inuentas, iſte rectè poteſt exhibere titulũ pro hærede, quòd poſsideat & vſucapiat tanquam hæres, & titulo hæreditario. ita habetis gl. not. in l. pro hærede. ff. de petit. hæred. Et ſic pro hærede in petitione hæreditatis potius eſt qualitas & modus, quàm titulus: at in vſucapione eſt titulus. Quòd autem diximus, eum qui titulo poſsidet nõ poſſet conueniri petitione hæreditatis, & dedi exemplum in emptore hæreditatis, notabiliter limitatur ſecundũ Bart. in l. iij. §. opus. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fa. vbi Bart. licet alibi variarit, tamen dictam doctrinam limitat. Quòd ſi aduerſarius (poſtquam eſt conuentus petitione hæreditatis) alienat hæreditatem, vendit eam, iam non plus tenebitur, quia non plus poſsidet, & emptor non tenebitur, quia habet titulum, vnde dabitur actio in factum contra alienantem, licet Bart.
73 aliter ſenſerit in alijs locis. Tu autem adde, quòd † is aduerſarius ſi hæreditatem dolo alienauit, quòd tunc nihilominus habebitur pro poſſeſſore, vt poſsit cõueniri petitione hæreditatis, licet in emptore ſit titulata poſſeſsio. Et hoc adiecit Iaſon hic, ſed nõ allegat text. Tu allega l. etiam. §. penult. vbi hoc eſt expreſſum. ff. de petitione hæreditatis. Nec hoc te lateat, quòd ſi aduerſarius conuenitur petitione hæreditatis, ſi procuraſſet ſibi titulum, id eſt, tantũ effeciſſet per verſutias, quòd aliquis tertius vendidiſſet hæreditatem ad hoc vt haberet titulum, & poſſet vitare petitionem hæreditatis, iſta procuratio eſſet de nihilo, quia ſentiret fraudem. At hoc conſueuerunt facere nequam Aduocati qui patrocinantur aduerſa-
74 riis, ſuadentes, tu procurabis tibi † titulum, vade, eme à quocunq; velis, dum emeris, & vitabis iudicium. Iſta procuratio, vt dixi, non valebit feſtucam. Ita Bart. in ſimili, in l. ſiue. §. ſi duobus. ff. de publician. & dixi etiam in §. ſed iſtæ. in materia publi

publicianæ. Relinquitur ergo certũ, quòd petitio hæreditatis datur cõtra eũ qui poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſſore. Pro hærede, id eſt, ſi contendat ſe eſſe hæredẽ qui cõuenitur. Pro poſſeſſore, id eſt, quia mala fide poſsidet: cũ interrogatus, quare poſsides hanc hæreditatem? ideò poſsideo, quia poſsideo. Nam hoc caſu fur, prædo, raptor, tyrãnus, poſſunt dici hæreditatem poſsidere, quia nullam cauſam ſuæ poſſeſſionis ſaltem probam poſſunt adducere. eſt tex. valde elegans in l. qui interrogatus. cum l. ſeq. ff. de petit. hæred. Præterea nec hoc ignorabis, quòd in petitione hæreditatis ius metimur ex perſona actoris, & inſpicimus, perpendimus, conſideramus, quod ius prætẽdat actor, an prætendat ſe in aſſem, id eſt, in totum hæredem eſſe, an verò in partẽ aliquam. Nã nõ attẽdimus quid poſsideat aduerſarius, an totam hæreditatẽ, an partẽ: quia ſi ſum in partem hæres, aduerſarius autẽ poſſideat totam hæreditatem, ego tantũ partem petam: ſi ſim in aſſem hæres, id eſt, in ſolidũ, aduerſarius autẽ poſsideat partem tantũmodo, ego totam hæreditatẽ poſſum ab eo petere. Iſte eſt text. multum notabilis in l. j. §. j. ff. ſi pars hære. pet. In hac materia non eſt negligenter tenendum, quòd † debitores hæreditarii non poſſunt conueniri petitione hæred. niſi ipſi 75
ſeſe contendãt eſſe hæredes. per l. ſi debitor. ff. de pet. hæred. quam l. dixit ibidem Bart. eſſe notandam in toto titulo, quia limitat & determinat totam materiam petitionis hæreditatis: & nemo in orbe ita diceret, niſi viſa iſta l. Ex quo habetis, quòd † debita hæreditaria, vel res hæreditariæ dupliciter petuntur, quod omnino ignorari non poteſt. Primo petuntur 76
ab eo qui contendit ſe eſſe hæredem, & tunc petitione hæreditatis peti debent, licet res ſingulares hæredit. petantur, per d. l. ſi debitor. Aliquando petuntur ab aduerſario res hæreditariæ ſingulares, quia eas poſsidet vel detinet, ſed nõ contendit ſe eſſe hæredem, & tunc non habet locum hæreditatis petitio, ſed rei vendicatio. ita intelligo l. licet minimam. ff. de pet. hæred. Cæterùm cùm petitur hæreditas tota vel quota, vel pars aliqua, tunc non eſt neceſſe ſpecificare res hæreditarias, ſed ſufficit petiiſſe hæreditatem in toto vel parte, quia hæreditas eſt ius vniuerſale, & quiddã vniuerſum, quod non niſi vniuerſaliter peti debet. Vnde ſi petatur hæreditas à Titio, ſi eam non totam poſsideat, & ita lis cõteſtetur, iudicium

firmetur:ſi poſteà pendente iudicio,etiam alias res hęreditarias poſsidere cœperit,etiã illæ continentur,licet poſt litem conteſt.quia ſemper manet idem nomen hæreditatis petitæ, & ita ius vniuerſale.Imò vt fortius dicã, hæreditas poteſt peti,etiam ſi nulla ſint corpora in hæreditate: aduerſarius poteſt cõueniri, qui cõtendit ſe hæredẽ,dato quòd nullã pror-
77 ſus rem hæreditariam poſsideat: quia † hæreditas habet iuris intellectũ,eſt ius vniuerſale quod ſtat in intellectu,etiã ſeparatis ſingularibus.ita eſt tex.in l.hæreditas.ff.de pet. hæred. & procedit iudiciũ etiam ſi aduerſarius pendente iudicio nullas res cœperit poſsidere.Sufficit enim pronũtiaſſe,hunc vel illum eſſe hæredẽ,quia in executione bene quęrẽtur res hæreditariæ.& hoc habui plus ſemel in practica,quia in hoc errant pleriq; aduocati,quòd in petitione hæred. ponẽdo & articulando ſpecificãt res hæreditarias in particulari,quod nõ
78 debere fieri iam intelligitis.† Fructus quoq; veniũt quoſcũque percepit poſſeſſor hæreditatis:ſed hoc habet longum tractatum,quem dimitto. Hoc tamen non eſt prætereundũ,ꝙ poſſeſſor tenebitur ad fructus hæreditatis quos nõ percepiſſem ego petitor:quia ſi peto hæreditatem,& multa bona immobilia ſunt in hæreditate,quæ ſi ego habuiſſem non poterã colere,tanquam Doctor,pro tot fructibus qui naſcerẽtur ex huiuſmodi fundis, tenebitur nihilominus poſſeſſor ad eoſdem fructus qui percipi poterant,licet ego petitor nõ percepiſſem.l.hæreditas.ff.eod.tit.Denique & hoc notandum eſt, quòd ſi aduerſarius poſſeſſor hæreditatis,vita defungeretur antequam ego petitor eum conuenirẽ iudicialiter, nihilominus hæres ipſius aduerſarii tenebitur mihi reſpondere,etiam ſi neſciat defunctũ authorem ſuum vllam hæreditatẽ poſſediſſe.text.eſt in l.Neratius.ff.eo.tit. Sed hîc occurrit notabilis & dubitabilis inueſtigatio,† an filius q eſt inſtitutus in le-
79 gitima,vel cui ex ſtatuto debetur legitima,centũ,quarta pars ſuę portionis,an iſte filius poſsit pro ſua legitima agere petitione hæreditatis? an ei cõpetat hæc petitio? Doct.multũ variãt,& videtur quòd non habeat petit.hæreditatis: & quarta vel tertia quæ habetur pro legitima, dicitur quota bonorũ: & nõ quota hęreditatis.habetis text.in l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffic.teſta. Eſt autẽ longa differentia inter partem hæreditatis, & inter partẽ bonorũ defuncti,quia pars hæreditatis

ditatis eſt pars iuris vniuerſalis,& cui relinquitur pars aliqua hæreditatis,iſte ſuſtinebit onera & grauamina hæreditaria pro ſua parte.l.ſi qs ſeruũ.§.fi.ff.de leg.ij. Sed cui relinquitur pars bonorũ,iſte accipiet partẽ ſingulari titulo, tanquã res ſingulares,& accipiet ſine onere,omne æs alienũ deducitur.§.fi.cum l.ſeq.de leg.ij.Cũ ergo filiusfam.in legitima nõ ſuſtineat aliquod onus,ſed ſine omni grauamine ſoluatur filio,videtur dici nõ poſſe quòd legitima ſit pars hæreditatis,in qua ſunt grauamina,ſed potiùs ſit pars bonorum, quæ vacaret grauaminibus:& ita tenuit hîc Ang.Are.& dicit eam opinionẽ ſic practicari,quòd filiofa.non competat petitio hæredit.pro ſua legitima:quam opinionẽ tenuit Sali.in l.ſcimus.C.de inof.teſta.Bar.videtur firmari in l.ex facto.ij. in ij.col.ff.de hæred.inſti.cum multis concord.hîc per Iaſonem,qui dicit eam opinionẽ eſſe veriorem.E diuerſo Cin.in l.ſi quis in ſuo.& in d.l.ſcimus.C.de inof.teſta.aſſeuerantér tenet filiofam.cõpetere petitionem hæreditatis,maximè hodie,vbi legitima debet relinqui iure inſtitutionis, id eſt,iure hæreditario:hoc enim voluit Imp.in Auth.vt cùm de appel. cog.§.aliud quoq; capitulũ. Non enim poteſt negari hæres qui inſtitutus eſt tanquam hæres.An non videtur hæc vobis ratio viua? Si ergo filius inſtituitur tãquam hæres etiã in legitima,quomodo poſſet nõ hæres dici? Si eſt hæres,cur non vtetur petitione hæreditatis? per locũ à coniugatis. Et hanc opinionem tenent Vltramõtani Galli poſt Cin.Et non obſtat,quòd ſine grauamine accipiet filius legitimã, quia hoc eſt ſpeciale,& dicit Bar.quòd ſit tertium genus hæredũ.Hanc opinionem tenet Bal.in d.l.ſi quis in ſuo.& in l.pater filiũ. circa xij.col.ff.de inoff.teſta.quam ego dico eſſe veriſsimã, & opinionem contrariam puto eſſe totam erroneam, & addo ſpecialem.tex.in d.l.Papinianus.§.quoniam verò.vbi dicit Iureconſultus,quartam legitimæ eſſe quartam portionis quæ concernit filium.At iſta portio quæ cõcernet filiũ erit hæreditaria,ergo quarta huius portionis erit hæreditaria. à toto ad partem.Si in toto ſic eſſet,ergo & in parte ſic erit.Et ita teneatis,nec credo opinionẽ cõtrariã eſſe in practica. Expediti nũc circa theoricã huius ſubtilis materię,formabimus libellos.Sic ergo in petitione hæreditatis formãda eſt actio: eſt pulcher libellus & notabilis:† Domine iudex,cũ Titius 80

fato fungeretur,inſtituit me hęredem tenore teſtamēti quod hic produco(ſi ſaltem vult producere)ſic ſum hęresin totum ex perſona defuncti,vel in partē (ſi fortaſſe fuerat in partem inſtitutus)nihilo minus Flaccus aduerſarius meus detinet vel occupat eādem hæreditatem totam vel partem iniuſtè & indebitè,vnde peto pronuntiari & decerni me eſſe hæredē Titij defuncti,& officio veſtro aduerſarium condēnari,cogi & compelli vt eandem hæreditatem cū fructibus per eum perceptis,vel qui percipi poterāt,mihi reſtituat & relaxet,veſtro officio in hoc humiliter implorato. Hæc eſt præcisè forma in petitione hæreditatis,cū agitur ex teſtamēto. Alia forma, cùm agitur ab inteſtato:Domine iudex,cùm Titius vita defungeretur,reliquit me cognatum,vel agnatū proximum,atque ita hæredem ab inteſtato, cùm nemo ex cognatione ſit propior qui me præcedat:nihilominus aduerſarius contendens ſe hęredem ab inteſtato,occupat & detinet hęreditatem iniuſtè & illicitè, cùm ego ſim fratris ſui filius,& ita gradu prior & potior quàm aduerſarius meus;vnde peto decerni & declarari,me eſſe hæredem,vel mihi hæreditatem deberi, aduerſariumq́; cogi & cōpelli &c.ſicut priùs. Alia forma eſt cū agitur cōtra debitores hęreditarios,qui cōtendunt ſe eſſe hæredes:Domine Iudex,cùm Titius fato defungeretur,reliquit me hæredem ex teſtamento,vel ab inteſtato,& quāuis Flaccus ſit debitor hæreditatis prædicti defuncti,ipſe tamen contendens ſe eſſe hæredē,negat mihi ſoluere pecuniā debitam: vnde peto me declarari hæredem,& condēnari,cogi & compelli aduerſariū,vt debitum hæreditariū mihi hæredi ſoluat, relaxet,& ne occupet. Et ita cum DEI laude finimus hunc §,

§. Fuerat.

1 Rei vxoriæ actio in ſtipulatu actionem mutat.
2 Subrogatum ſapit naturam eius cui ſubrogatur.
3 Paulus Citadinus Zaſij præceptor.
4 Stipulatio in dote conſtituenda interueniſſe fingitur.
5 Præſumptio iuris,& de iure,eſt ſuper qua lex ſtatuit.
6 Præſumptio & fictio in quibus fiant.
7 Actio ex ſtipulatu tam ſuper marito quàm vxore fingit.
8 Extraneus quis.
9 Pater quomodo filiæ dotem reſtituendam paciſcatur.

Muti

10 Muti matrimonium contrahentes priuilegia dotis habent.
11 Mulier non ſoluens dotem quomodo & quando in mora conſtituatur.
12 Dos quomodo priuilegiata,& quomodo per maritũ conſequatur.
13 Matrimonium putatiuum.
14 Donatio propter nuptias.
15 Dubitatio textu tollitur.
16 Bona paraphernalia.
17 Mulier cæteris creditoribus præfertur.
18 Ipſe pronomen præciſiuum.
19 Prælationis priuilegiũ vxori competens,contra quos extendatur.
20 Creditores triplices.
21 Chirographarii.
22 Diſtinguere non debemus vbi lex non diſtinguit.
23 Fiſcus & dos pares.
24 Similia ſimilis iuris ſunt.
25 Dos confeſſata.
26 Exceptio non numeratæ dotis quandiu duret.
27 Pactum ad tertium non extenditur.
28 Iuramentum non extenditur ad tertias perſonas, quibus non eſt iuratum.
29 Procurator mulieris dotem exacturus,an mulieris priuilegio gaudeat.
30 Pater mulieris quomodo in dote pro filia priuilegio gaudeat.
31 Pater filiam dotare tenetur.
32 Non entis non ſunt qualitates.
33 Ingratitudo debitum tollit.
34 Zaſius ſtatutorum Friburgenſium author.
35 Pater filiam Iudæam aut hæreticam dotare non tenetur,nec filium hæreticum alere.
36 Dos quomodo reſtituatur.
37 Dotis practica.
38 Libellus petendæ dotis.
39 Libellus dotis reſtituendæ.
40 Maritus priuilegium competentiæ habet.

DIVIDITE hunc §.in quatuor partes. Prima tractat de rei vxoriæ actione ſublata: ſecunda de actione ex ſtipulatu ſubrogata: tertia addit aliud priuilegium doti:& quarta iterum aliud. Dicite in ſumma:In exigenda dote† rei vxoriæ 1 actio in bonæ fidei actionem ex ſtipulatu ſubrogata eſt,accedentibus priuilegijs tacitæ hypothecæ & prælationis.Collige primo,quòd olim dabantur duæ actiones ad exigendas dotes:vna nominabatur rei vxoriæ actio,quæ habuit magnã vim,elegans ius,ſed varias diuiſiones.Alia autem erat ex ſti-

pulatu,ſi fortè ſtipulatio interceſsiſſet. Et inter duas actio nes inciderunt diuiſiones & differētiæ & communicationes, ita quòd multa ſuperuacanea introducebat antiquitas, quæ ſuperuacanea pulchrè ridet Cic.in oratione pro Cecinna:vn de Imperatori viſum eſt,quòd reſectis ſuperfluis,ipſa rei vxoriæ actio,in ex ſtipulatu actionem transfunderetur. Circa quod coll.quòd Imp.mouetur,vt ſublata rei vxorię actione, actio ex ſtipulatu tāquam plenior remaneat,& ſubrogetur. Hic dubitabit fortaſſe ſcholaris,quomodo dicetur ex ſtipulatu actio plenior,cùm ſit ſtricti iuris?Dicas,ex ſtipulatu actionem inſpecto præſenti ſtatu eſſe pleniorem, quia habet aliqua quæ nō habuit rei vxoriæ actio,& multa recepit à rei vxorię actione pro inſertienda eius plenitudine,vt ſtipulatio de ſe non fuit plenior,nunc autem veſtita per alias actiones, meritò plenior dicetur. Cur autem nominetur rei vxoriæ actio,& non rei maritalis actio, cùm maritus ſit dominus dotis?l.doce ancillam.C.de rei vend.Ioan.Fab.hic mouet & reſpondet à poſteriori,ſicut ſolent Legiſtæ,quia omnia iura nuptialia ab vxoribus nominentur,& quia dos eſt patrimonium filiæ,mulieris.l.iij.§.ſed vtrum.ff.de minor.Ego puto meritò nominari rem vxoriam,propterea quòd in gignēda prole,in ſuſtinenda & fouenda,mulier habet potiores labores.fa.l.j.ff.ſol.matr.Coll.ſecundo,quòd ſicut olim rei vxoriæ actio erat bonæ fidei,ita nunc ex ſtipulatu actio ſubrogata dicetur bonæ fidei:quod eſt mirabile,cùm ſtipulatio ſit ſtricti iuris,hic autem bonæ fidei,quia proſequitur Imp.val de eleg.l.vnicam.§.ſed etſi non ignoramus. C. de rei vxor. act.quæ l.vnica pulchrè in proceſſu examinabitur.Et ſic ha
2 betis hic tex.ad regulam vulgatam qua dicitur, † Subrogatum,id eſt,ſubordinatum,ſapit naturā eius cui ſubrogatur. Cùm vicarius ſubrogatur loco epiſcopi,eandem authoritatem habebit in ſubrogatis. Hanc regulam habetis in l.quod debitori.& ibi Din.ff.de donat.cauſ.mort.Cin.& Doct.in l. ſi creditori.ff.de leg.j.Doct.in d.l.vnica.Bart.in l.j.§.hæc actio.ff.ſi quis teſtam.lib.eſſ.iuſſ.fuerit.Has cōcordātes ideò do,quia ſæpe & quotidie occurrit hæc regula,vt in practica & cōſilijs nō ſemper vna incude laboretur.Et debetis nouiſſe,quòd quando aliquid ſubrogatur,ſubordinatur,ſuggeritur, tunc debet ſubrogari cū illis qualitatibus,cum iſto iure,
cum iſta

cum iſta conditione, qua fuit res cui ſubrogatur. habetis gl. & Bar. in l. j. C. de mancip. & colon. patr. lib. xij. vbi reprehendũtur iſti qui malos colonos, imperitos ruſticos adhibẽt colẽdis fundis, vt ita pereant vineæ, arbores, prata. Vnde colonus non debet ſubrogare aliũ, niſi ſit eiuſdẽ cõditionis & peritię. Glo. in d. l. j. inuehitur contra quendã Brandenſ. ſcriptorem, qui ſolebat per ſcholares ſcribere libros. Bart. ibidem reprehendit Doct. & Magiſtros qui legunt aliquando per ſubſtitutos ſcholares: & dicit Bald. in l. parabolani. C. de epiſ. & cler. tales Doct. nõ ſatisfacere ſtipendiis, & eſſe caſtigãdos, etiam ſi peritũ ſcholarem ſubrogẽt & ſubſtituãt. Meus † pręceptor 3
Paulus Citadinus vir inſignis ſubrogauit me in lectionẽ ordinariam dum eſſem ſcholaris, & legi pro eo tit. de con. inſt. Cæterũ erat magnus tumultus inter Doctores, maximè qui me oderũt, ſed nemo audebat manus iniicere. Et dicit Bald. in d. l. parabolani. quòd ſi iudices & aſſeſſores in caſu abſentiæ eorum ſubrogauerint ciuem aliquem laicum vel modicè peritũ, quod ſæpe fit, quicquid corã iſtis ſubrogatis agitur, nihil eſſe, & proceſſum eſſe nullũ. Videãt ciuitates Briſgaudiæ & Sueuiæ, & plerũque in villis, vicis, & oppidis vbi Sculteto abſente ſubrogatur apparitor, quia quicquid agunt, nullum eſt. Per hanc doctrinã poſſunt pulchrè irritari ſi q̃ vos oppugnarẽt. Et dicit Bal. tunc ſubrogari non idoneũ, quando is ſubrogatur qui principaliter ad officium eligi non ſoleret. Et de materia ſubrogatorum Ioan. And. & Ial. hìc ſe latius effundunt. Tertio coll. quòd † actio ex ſtipulatu pro 4
dote, cũ ſit bonæ fidei, veſtimẽta ornatiora aſſumpſit: quinimò Imperator in d. l. vnica. in prin. eam plus ornauit. Nam ſanxit & voluit, quòd dato quòd nulla interueniſſet ſtipulatio dotis cauſa, quòd ſimpliciter dos eſſet tradita, tamẽ nihilominus ſtipulatio interueniſſe fingitur: quod eſt in veritate magnum dotis priuilegium, & poteſt vxor impunè mentiri, dicere, tu marite promiſiſti reddi dotẽ ſolenni ſtipulatione, & tamen non eſt verũ: ſed vxor dicet, eſt ficta veritas, eſt veritatis fictio. Hic vſurpat Impe. ſibi poteſtatẽ Dei, quia ex nihilo aliquid facit. Coll. quòd actio ex ſtipulatu, in caſu, triplici agẽdi genere inſtituitur. Nam ſi ſtipulatio verè interceſſerat, tũc rectè ex ſtipulatu agitur. Sin verò dubium ſit an ſtipulatio interuenerit, tunc agitur ex pręſumpta ſtipulatione,

5 quia tunc præſumitur interueniſſe:& eſt † præſumptio iuris & de iure,ſuper qua lex ſtatuit.Et tertio, ſi certũ eſt quòd ſtipulatio nõ interuenerat,tũc agitur ex ficta ſtipulatiõe, quòd poteſtas Imperatoris introduxit. Et ſic in quãcunq; partem vertas actionẽ ex ſtipulatu,ſẽper rectè agis.Nec enim ignorare debes,aliter præſumi,aliter fingi. Nã in † caſibus dubiis
6 præſumimus:præſumptio verſatur circa dubia. In caſibus qui certi ſunt,fingimus. Fictio datur in certo caſu,cũ fingitur quod nõ eſt:præſumptio in caſu dubio,cũ dubium eſt an res extet.& ita habetis elegãtẽ gl.in d.l.vnica.§.accedit.in verbo,præſumitur.& ibi Bal.C.de rei vx.act. Sed an etiã ex nuda conuentione poſſit agi ad dotem ? vt ſi aliquis det dotem pro muliere, & nuda pactione paciſcatur dotẽ ſoluto matr. reddi,an iſta nuda cõuentio valeat? Dicite quòd valeat:quod eſt notabile dictũ,quòd actio dotis poteſt nudo pacto cõſtitui p quẽcunq;,ſiue ſit pater, ſiue mater,ſiue ſoror, ſiue alius extraneus.tex.in l.ad exactionẽ.C.de dot.promiſſ.Et ſic poteſt quartũ genus agẽdi, prædictis tribus generib. agẽdi addi.Hic quæras,quid ergo eſt vtile tot verba facere circa ſtipulationẽ,cùm nudum pactũ ſufficiat? Ioann. Fab.dat rationẽ: hoc propterea fieri,quòd tãta ſolennitate introducitur ſtipulatio vera,pręſumpta vel ficta,quia ſtipulatio eſt contractus præcipuè firmus,& addit robur in hac materia dotis:nã à ſtipulo,id eſt, firmo,deducitur ſtipulatio. ſuprà de verb.oblig.
7 in prin.Quinto coll.ex text.hîc per gl.quòd hæc † actio ex ſtipulatu nõ ſolùm fingitur in perſona mulieris pro reſtitutione dotis, ſed etiam in perſona mariti pro dotis conſecutiõe:& vtrobiq; hæc actio ex ſtipulatu eſt bonæ fidei,in vxore & marito:ita gl.hic in verbo, trãſtulimus.& gl.in dicta l. vnic.in verbo,omnes. C.de rei vx.act. Quid autem in extra-
8 neo? Dicitur autem † extraneus in hac materia dotis,omnis ille qui non eſt paterfam. virilis ſexus, & qui non habet filiũ in poteſtate: ſolo eius parente excepto, omnes alii dicuntur extranei, ſcilicet mater quo ad filiam eſt extranea,auus matern⁹,auia, frater,ſoror,agnati,vel alii omnino alieni,quod nouiſſe conueniet in tractatu noſtro. dicta l.vnica.§. extraneum.Quid ergo de extraneo? de matre quæ dotat filiam,de auo,auia,&c.an etiam in datione,vel promiſſione dotis, fingatur interueniſſe ſtipulatio? Certè nõ,vnde hæ perſonæ niſi ſibi

ſibi proſpexerint expreſſa ſtipulatione,nihil vel præſumetur
vel fingetur circa ſtipulationem.ita eſt tex.in d.l.vnic.§.acce
dit.circa fin.§. Denique huiuſmodi datio vel promiſsio aut
actio dotis nõ eſt bonæ fidei,etiã ſi interueniat vera ſtipula-
tio,iſta manebit ſtricti iuris. Et hæc poteſt etiã eſſe ratio,ꝙ
conſultum eſt proſpicere de ſtipulatione:quia niſi iſti extra-
nei ſtipulentur ei reddi dotem, tũc actio dotis manebit circa
mulierem. Quid autem in † patre qui habet filiam in poteſta 9
te,an poſsit agere ex ficta ſtipulatione,ſicut de marito & vxo
re diximus? Omnes diceretis pari iure in eo nos vti,quod &
gl.hic voluit in verbo,tranſtulimus,dum enumerat patrem,
vxorem & maritũ. Sed multũ improuidè errat,quia loqui-
tur contra expreſſum tex.in l.auia.C.de iure dot.vbi text.ex-
preſſe vult,quòd quamuis auia vel mater poſsit nuda cõuen-
tione paciſci de reddenda ei dote, hoc tamen pater nõ poteſt:
quod eſt ſatis mirabile. Vnde ſi vult ꝓſpicere quòd ei reſti-
tuatur dos,neceſſe eſt quòd expreſſe ſtipuletur: & ea ſtipula-
tio erit ſtricti iuris,nõ bonę fidei. Pro ratiõe differẽtiæ labo
rat gl.in d.l.auia.quæ ponit quatuor ratiões. Vera ratio eſt,
qa actio dotis ipſo iure eſt cõmunis patri & filiæ.l.ij.§.j.ff.
ſoluto matr. Vnde nõ poterat pater in iniuriam filiæ ſimpli-
ci conuentione quicquam paciſci. Itaque ſi voluit reſtitutio
nem dotis in ſuam vnius perſonam conferre,applicare,debe
bit hoc facere per ſolennem ſtipulationem. Tũc enim actio
dotis adempta eſt filiæ,& relinquitur ſoli patri.d.l.auia.d.§.
accedit. Quid autem de † muto vel muta? Certum eſt ꝙ poſ- 10
ſunt cõtrahere matrimoniũ,vt Doct. omnes in l.j.in princ.
ff.de verb.obl.an etiam in cõtractu matrimonii eorũ,ſi mu-
ta dederit dotem,an fingatur interueniſſe ſtipulatio? quid di
ceretis circa hoc? Videtur quòd nõ,quia veritas quæ in gene
re naturaliter non habet locum,tunc in ſpecie etiã nihil po-
teſt fingi. Neceſſe enim eſt quòd aliquid in veritate naturæ
eſſe poſsit,ſi debet fingi. Sic iſte qui minor eſt natu nõ poteſt
adoptare maiorem natu, hoc enim generaliter abhorret na-
tura:ergo nec fingitur.ſuprà de adopt.§.minorẽ.& ſa.l.qui
ad certum.in fin.ff.locat.cum ſimil. Sed dicite contrariũ eſſe
verum in muto vel muta: Sicuti enim cõtractus matrimonii
inter eos poteſt fingi,& ſicut poſſũt per proprios ſeruos ve-
ram facere ſtipulationem,ita etiam poteſt fingi ſtipulatio, &

veritas naturæ non eſt contraria.ita Ioan.Fab.Angel.& Iaſ. hic.Fingitur igitur interueniſſe ſtipulatio per ſeruos eorum, quod poterat verè interueniſſe per eoſdē.Quomodo autem
11 dos promiſſa mulierem cōſtituat in mora? Si † mulier promittat dotem marito,& non ſoluat,quando dicitur in mora conſtitui?Ang.Aret.hic dicit,quòd poſt biennium, poſtquā ducta eſt mulier in domū viri, ſi intra eoſdē duos annos dos non ſoluatur,iam mulier conſtituitur ipſo facto in mora ſine alia interpellatione. allegat l.fina.§. præterea. C.de iure dot.E diuerſo gl.in l.de diuiſione.ff.ſolu.matri.dicit, mox à contractu matrimonii cùm introducta eſt mulier,niſi ſolua tur dos,mulierem in mora conſtitui.Bart.concordat vtraſq; opiniones in d.l.de diuiſione.quia d.l.fi.§.præterea.quæ expreſſe loquitur de biennio, debet intelligi de extraneo, ſicut in rei veritate intelligitur,vt ibi per Salic. Nam non debent ſtatim præcipitari extranei, qui plerunq; cauſa pietatis dotant puellam,ad quod non tenerentur:meritò eis indulgetur biennium.Sed glo.in d.l.de diuiſione.debet intelligi quando pater pro filia dat dotem, vel quando mulier ſeipſam dotat, quia tunc repentè, in ipſo limine,in mora cōſtituitur: quod tamen eget maiori explicatione:remitto me ad Doctores in iuribus ſuprà allegatis. An autem poſtquam mulier eſt in mora,currant vſuræ marito?Iaſon hic permulta tractat:ego in materia vſurarum diffundi non poſſum. Sexto colligitur
12 quòd † actio dotis habet priuilegiū tacitæ hypothecæ, ſiquidem bona mariti tacitè ſunt obligata pro reſtitutione dotis. Quod idem tu dicas in perſona mariti, qui etiam habet tacitam hypothecam in bonis vxoris, pro cōſequenda dote.d. l. vnic.§.j.in text.ibi, Tacitam hypothecam damus ex vtroque latere. Quinimò ſi dos accepta euinceretur à marito, etiā hoc caſu maritus habet tacitā hypothecā.d.§.j.cùm dicitur, Vel dotalib.bonis euictis.Quādo autē poſsit euinci dos à marito,tractatur in l.j.& in l.ſi à matre. vbi eſt caſus valde notabilis.C.de iure dot.vbi maritus ſciēs rem eſſe alienam quā doti accepit,quia mulier ibidē dedit marito ſcienti bona filiorū in dotē.Si iſta dos euincatur à filiis,vel à domino rei, maritus non poterit euictione agere,niſi ſibi expreſſa ſtipulatione euictoria cauerit. Quid ergo de extraneo qui dedit dotem pro aliqua muliere,& pactus vel ſtipulatus eſt eā ſibi reſtitui,

ſtitui,an is etiam habeat tacitam hypothecã ? an bona vxoris vel mariti ſint ei tacitè obligata?Dyn.Bal.Ang.Aret.cũ quibuſdam aliis tenuere,extraneo non eſſe priuilegiũ tacitę hypothecæ,per text.noſtrum qui dicit,Tacitam ei,ſcilicet mulieri.Sed in cõtrariũ eſt veritas, ſicut hic bene tenet Iaſ.quòd imò etiam extraneus dotans mulierem habeat tacitam hypothecam:& hoc probant per tex.noſtrum quem diuerſarij pro ſe allegabant,ſcilicet,Tacitam ei,ſcilicet actioni,dedimus hypothecam. Et ita text. noſter eſt intelligendus. Hoc loco de actione dotis loquitur Imperator, vnde relatiuum, Ei,debet referre actionem.Gl.paruula hîc ſuper verbo,Ei,alternat,exponẽs,ei, ſcilicet actioni vel mulieri.Prior pars vera eſt; nõ poſterior,& hoc poteſt etiã conſtare ex text. in d.l.vnica.§. j.ibi,In huiuſmodi actione damus.Et apertiùs poſteà Imperator in verbo,ſiue aliæ ꝓ his perſonæ, in quo intelligit extraneum qui pro perſona mulieris dotat.Et hoc tenuit etiam Bar.in l.j.in l.poſt dotem ff.ſol.matr. An etiam in matrimonio putatiuo(ſi detur dos)putatiua dos habeat tacitã hypothecam?Dicitur autẽ † matrimoniũ putatiuum, quando ſeruus cum libera,vel libera cum ſeruo,vel conſanguinei ignorãtes 13
in gradu prohibito contrahunt matrimonia. Nam cõperto errore,comperto impedimento,iam matrimonium diremptum eſt,quod putabatur eſſe matrimoniũ, vnde dicitur matrimoniũ putatiuum,ſicut homo pictus. Dicite notabiliter, quòd ſi in talibus matrimoniis erroneis data eſſet à muliere dos,iſta dos putatiua haberet tacitam hypothecam:quod nemo diceret.tex.eſt in l.ſi cũ dotẽ.§.ſi.ff.ſol.matr.Quid autẽ in † donatione propter nuptias,vel ante nuptias?Nam vide- 14
mus quotidie vſu venire,quòd cùm mulier dat dotem,maritus è diuerſo dat donationẽ propter nuptias:de quo in l.ſi.C. de don.ante nupt. & ſicut lucratur maritus aliquando dotem vel partem dotis, ita vxor aliquando lucratur donationem propter nuptias.d.l.ſi.An ergo iſta donatio propter nuptias ſubſit tacitæ hypothecæ ? id eſt, an vxor habeat mariti bona obligata tacitè propter donationem ante nuptias, vel propter nuptias? Dynus putabat hic quòd non haberet. Videtis magnos viros aliquãdo improuidè errare:nitebatur ex text. in l.aſſiduis.ad ſi.C.qui potior.in pig.qui tex.facilè eum decipere potuit, quia ibi dicitur:Damus autẽ hoc priuilegium doti,

doti,non donationi ante nuptias &c. Sed rectè fallebatur,
30 quia Imperator ibidem intellexit priuilegium prælationis,
non tacitæ hypothecæ. Vnde dicas, vxorem etiam habere tacitam hypothecam in bonis mariti, nomine donationis propter nuptias: & hoc tenuit gl. in d. l. aſsiduis. ad fin. & eſt text. expreſſus, quem mirũ eſt non vidiſſe Dynũ, in l. vbi. ad prin. C. de iur. dot. vbi apertè dicitur, vxorem habere res mariti ſuppoſitas, id eſt, tacitè obligatas, non ſolùm dotis nomine, ſed etiam donationis propter nuptias. Vnde ſi maritus vergeret ad inopiã, vxor poſſet & pro dote & pro donatione propter nuptias impetere & diſtrahere bona mariti, ſicut ibi latiùs dicitur. Et iſta eſt veritas, quia † vbi habemus text. ceſſat
15 dubitatio, dicit Bald in l. ancillæ. C. de furt. Et habet hoc rationem, quia donatio propter nuptias datur mulieri, nõ ſolùm vt lucretur, ſed vt eo ſecurior ſit in dote, & in alijs rebus & neceſsitatibus mulieris. Et ita nos Doc. hîc cõſuluimus ſuperiori anno, quem fructũ pareret donatio propter nuptias
16 mulieri. Sed quid in † bonis paraphernalibus, id eſt, in bonis præter dotem ad mulierẽ pertinentib. de quib. fit mẽtio in l. dotis. ff. de iur. dot. cum vulg. ſimil. an mulier habeat tacitam hypothecã in bonis mariti? quia ita fieri ſolet, quòd mulieres non ſolùm dotẽ adferunt. ſed etiam alia bona propria, hæreditaria, aduentitia. Dicite breuiter, mulierem etiam in bonis mariti paraphernis habere tacitã hypothecã: & ne diu quæramus. tex. eſt in d. l. vbi. in prin. C. de iur. dot. cùm dicit Imperator, ſuppoſitas eſſe res mariti mulieri, etiã in bonis extra dotem conſtitutis. Nam parapherna grecè ſignificant bona extra dotem, quia φερνὴν dotem dicimus. Vnde infantiliter errant pleriq; omnes Doct. qui nominãt bona paraphernalia.
17 Septimo coll. ex tex. noſtro, quòd † mulier nõ ſolùm habeat priuilegium tacitæ hypothecæ, ſed habet etiam priuilegium prælationis, videlicet quòd mulier propter eius tacitam hypothecã præferatur omnibus creditoribus mariti anteriora iura habẽtib. Et hoc priuilegiũ Imperator ipſi mulieri dedit, vt hîc eſt tex. ſpeciali prouidentia, & nõ tranſtulit ex rei vxoriæ actione, in ſtipulatu ſcilicet actionẽ, ſicut ſuprà audiuimus de tacita hypotheca, quæ tralata eſt ex rei vxoriæ actione in ex ſtipulatu. Quapropter iſta verba in tex. Cũ ipſa, habent emphaſim, id eſt, pondus, momentũ, præcipuũ aliquod,

præ

præcidunt,vt hic bene dicit & notauit gl.quæ in hoc eſt mēte tenenda,propter † pronomē Ipſe,quod ſæpe nobis occurrit,cum ſuo pondere,cum ſua præciſura.Sic Virg.eleganter: 18

Ipſe ratem conto ſubiit,velisq; miniſtrat. Datur ergo hoc priuilegiū ipſi tantū mulieri, & nō hæredibus ſuis, niſi duntaxat filiis eiuſdem matrimonij à quo dos proficiſcitur.tex. eſt in d.l.aſsiduis.poſt mediū,in verbo,exceptis.Sed hic quæras,quomodo intelligitur vel extenditur † priuilegiū prælationis,an contra omnes creditores mariti qui habent credita antiquiora?Et cognitū eſt † triplices eſſe creditores. Aliqui habent tātum perſonales actiones cōtra perſonā mariti,qui etiam dicuntur † chirographarij,qui nihil habēt niſi nudam obligationem perſonalē.Alij ſunt creditores qui habent bona debitoris tacitè hypothecata, vt ſuprà diximus in.§.item Seruiana,vbi locator omnia bona cōductoris inuecta & illata,habet tacitè nexa pignori.Sic & in aliis caſibus datur aliquando tacita hypotheca, ſicut hi qui contrahunt cum fiſco, bona eorū ſunt tacitè occupata,etiam pro tributis.pro cenſibus,pro vectigalib.& in multis alijs caſibus quos habetis ff. & C.quib.mod.pig.vel hyp,tac.cōtrah. Et iſti creditores dicuntur tacitam habere hypothecā in bonis mariti,nō ſolùm perſonalem obligationē.Et ſunt tertij creditores qui habēt pignora & hypothecas expreſſàs,vt cum creditori debito pignus realiter tradit, vel fundum aut domū expreſſe obligat, qui dicuntur creditores expreſſas hypothec.habentes. Nunc ergo quæritur, an mulier cū eius tacita hypotheca,præferatur omnibus iſtis creditoribus?Et certè ſi de primis creditoribus loquamur, non eſt dubium quin præferatur,non ſolùm ex priuilegio,ſed ex iure communi:& in hoc non eſt diuerſitas inter Doct.quia eſt text.expreſſus in d,l.aſsiduis.vnde nihil loquamur de huiuſmodi creditoribus.Sed an mulier præferatur creditoribus tacitam & expreſſam hypothecam habentibus.hic ſub iudice lis eſt.Nā Martin. antiquus gloſſat. aſſeueranter tenebat mulierem præferri creditoribus ſine delectu omnibus, ſiue habeāt expreſſas ſiue tacitas hypothecas: quam opinionē tenuit Dyn.& vltramontani Galli,moti bonis rationibus,maximè quia tex.in l.aſsiduis.generaliter creditores nominabat,& eorum hypothecas: & debet ergo generaliter intelligi,quia † vbi lex non diſtinguit, nec nos di- 22

ſtinguere

ſtinguere debemus.l.j.§.generaliter.ff.de leg.præſt.cum vul. Hanc opinionem putat Dyn. de iure eſſe veriorem. Alia fuit opinio quam nemo tenet, quæ diſtinguebat inter pignus & hypothecā: Sed hoc nihil eſt, cùm nō ſit differētia inter vtraque, vt diximus in §.inter pignus.ſuprà eod. Tertia ergo eſt opinio gl.noſtræ, ad quā aduertite, quia eſt veriſsima, quòd mulier in ipſius tacita hypotheca præfertur tātummodo creditoribus habentibus tacitam hypothecam, ne ſit maior plaga, id eſt, prælatio, quàm ſit ius mulieris. Itaque mulier creditoribus habentibus expreſſas hypothecas non præfertur: lex enim ſuum auxilium voluit dare mulieri, nō adimere ſecuritatem quam conuentione & prouiſione propria, & propria induſtria creditores quęſiuerant ſibi. Et hoc docet naturalis æquitas, & facit alia ratio. nam fiſcus quamuis habeat priuilegium, tamen non præfertur creditoribus qui habent expreſſam hypothecam, ſed creditores cum eorum expreſsis hypothecis præferūtur fiſco.l.ſi pignus.in fi.ibi, Priuati præferuntur.ff.qui pot.in pign.hab.& l.ſi fundum.C.eo.tit. Nunc ſci-
23 mus, quòd † fiſcus & mulier pari paſſu ambulāt in priuilegijs.l.quāuis.C.de priuil.fiſci.Cōſequens eſt, ſicut fiſcus nō præfertur expreſsis hypothecarijs, ita nec mulier præfertur quæ vtitur iure fiſci. Et hæc eſt ratio viua: cui nō pōt cōtradi
24 ci: in his enim quæ † paria ſunt, ius quod vni redditur, etiā alteri reddi debet.l.illud.ff.ad l.Aquil.cum concor.in gl. Vera eſt ergo & cōmunis aſſertio, & notabilis doctrina, quòd mulier habet priuilegium prælationis præ omnibus creditorib. anterioribus tacitam hypothecam habentibus: contra alios verò creditores expreſſos hypothecarios non præfertur. Videte circa hoc meliorē & maiorē gl.in d.l.aſsiduis. Hæc ſine dubio vera ſunt, quando apparet dos verè & actualiter, realiter & cum effectu, marito fuiſſe numerata. Quid autē in dote confeſſata? videlicet, maritus dat inſtrumentū vel cautionem obligationis, in qua cōfitetur ſe habuiſſe & accepiſſe centum in dotem à muliere, hic non apparet iſta centum eſſe realiter numerata, ſed tantùm apparet de confeſsione, quòd maritus confitetur ſe accepiſſe. Sed habetis tex.& quotidianos mores in l.j.C.de dote caut.non num. vbi dicit Imperator ſæpe euenire quòd maritus confiteatur ſe accepiſſe dotem, quam ta-
25 men nō accepit, ſed ſperat ſe accepturum. Hæc dicitur † dos
con

confeſſata, vel dos cauta non numerata. In iſta † confeſſata 26
dote ſunt certa tempora præſtituta in quibus maritus poteſt
ſe defendere exceptione. Si fortè mulier eſſet perfida, vellet
agere ex confeſsione mariti, hoc loco præſtituuntur marito
tempora in quibus poteſt dicere, Tu mulier non numeraſti
dotem. Iſta tempora habetis in Authent. quod locũ. C. de dot.
caut. non num. Nam ſi vir & vxor cohabitaſſent duos annos
ſimul, & poſteà diſſolueretur matrimonium, tunc vxori vel
hæredibus vxoris repetentibus dotem à marito, obiici poteſt
exceptio non numeratæ dotis intra totum annum. Sin verò
coniuges poſt bienniũ vſq; ad decem annorum curriculum
ſimul cohabitaſſent, & poſteà ſolueretur matrimoniũ morte
vel diuortio, tunc ſi repetatur dos ex parte mulieris vel hæredum,
maritus poteſt intra tres menſes obiicere exceptionẽ
non numeratæ dotis. Sin verò vltra decem annos cohabitaſſent,
tunc ſublata eſt exceptio ipſi marito, & inſtrumentum
confeſsionis habebitur pro numeratione dotis. Hæc cùm ita
ſe habeant, redeo ad quæſtionem. An hoc priuilegiũ prælationis,
quod habet mulier contra creditores, competat ei in
dote cõfeſſata? Quid enim ſi mulier ſoluto matr. repetat dotem,
creditores anteriores inſtent pro debitis, an mulier poſſit
dicere, Ego habeo confeſsionem mariti quòd ipſe dotem
receperit? habetis gl. in d. l. aſsiduis. poſt mediũ, in verb. dote.
C. qui potiores. quæ negat eleganter & multum notabi liter
mulierem poſſe præferri cæteris creditoribus in dote cõfeſſata:
quàm glo. dicit Bald. ibidem eſſe auream, & eſt recepta
communiter à Doct. Bar. tamẽ in d. l. aſsiduis. dictam gl. nõ
recipit in tribus caſibus: Tũ ſi maritus cõfitendo ſe accepiſſe
dotem renuntiaret exceptioni non num. dotis, diceret, Confiteor
me accepiſſe dotẽ ab vxore mea Valeria, & ne hoc vertatur
in dubiũ, expreſſe renũtio exceptioni nõ num. dotis. In
ſecũdo caſu, ſi tempora lapſa eſſent quæ ſunt præſtituta huic
exceptioni. Et tertio, ſi maritus iuraſſet ſe habuiſſe & recepiſſe.
In his tribus caſib. Bart. dicit gl. noſtrã non eſſe tenendam.
Breuiter, Bart. errat in omnibus caſibus: quia licet exceptio
dotis nõ numeratæ noceat marito vel eius hæredibus,
tamen nõ nocebit creditori tanquã tertiæ perſonæ. Quid ad
creditores, maritus renuntiet vel non renuntiet? † hoc pactũ 27
renũtiationis nõ extẽditur ad tertiũ. l. ſi vnus. §. ante omnia.

ff de

ff.de pactis.Itē,& eſt viua ratio,quia ſi potuit mulier perſuadere maritum vt confiteretur ſe recepiſſe quod nō receperat, eadem facilitate maritus perſuaderi poteſt vt renuntiet exceptioni.Ioan.de Imol.in c.ſi cautio.de fid.inſtr.Item ſecundū nihil eſt,ſcilicet de lapſu temporū, hoc enim nocet marito, ſed non creditoribus, qui habent iuſtam ignorantiam in facto alieno.arg.l.fin.ff.pro ſuo.Item & tertium nihil facit,ſcilicet iuramentū.Sit ſanè,maritus iuret decies millies ſe recepiſſe dotē,hoc iuramentū ipſum ligat,ad tertios non protenditur.habuiſtis in materia publicianæ.l.cum qui.§.ſi petēti.
28 ff.de publicia.vbi expreſſus text.eſt,quòd † iuramentum nō extenditur ad tertias perſonas,quibus non eſt iuratum.Et ſic Bar.philoſophia hoc loco vbiq; caduca eſt, quo ad perſonas creditorum:& ita pulchrè improbat eum Iaſon, qui allegat Ioan.de Plat.Nicol.de Neap.& alios ſic tenere:& in veritate mirum eſt in Bart. homine tam impenſe docto,qui poterat nouiſſe lenocinia mulierū,quàm facilè perſuadentur mariti ab eis.l.j.ff.de don.inter vir.& vx.Et nouimus,quòd remittere eſt donare l.ſi quis delegauerit.ibi,Similis ei qui donauit. ff.de nouat.Ad vnum tamen aduertite:quòd diximus mulierem nō præferri cæteris creditoribus propter dotem cōfeſſatam,tunc verum eſt, ſi creditores eorum credita per iuſtā numerationem probarent,pecuniam realiter & cum effectu & actualiter eſſe marito numeratam:alioqui ſi nihil haberent niſi cautionem ſuper eorum creditis confeſſatis,ſicut mulier habet,tunc mulier præferretur etiam in dote confeſſata tanquam fauorabilior,propter cauſam dotis. Et ergo ſi creditores velint præferri,doceant de Actuali numeratione crediti. ita pulchrè hic Iaſon,qui allegat Lud.Rom.in rub.ſolut.matrim.Doct.in.l.j.ff.eod.tit.Et per hoc poſſet ſaluari opinio Bart.ne prorſus concideret, Audiuimus nunc prælationis
29 priuilegiū,† quid in procuratore mulieris? an habeat priuilegium hoc repetiturus dotem?Gl.final.hic mouet, & nō eſt dubium quin procurator habeat.l.minor.§.quoniam.in fin. ff.de procurat.l.area.l.etiam.§.licet.ff.ſol. mat. Sed quid in procuratore in rem ſuam?Fingite,mulier aliqua nolens litigare,cedit omnia ſua iura in dotem alteri,& facit eum procuratorem in rem propriam,an iſte procurator habeat priuilegium prælationis:Eſt quæſtio conuiualis. Dicite breuiter
quòd

quòd nõ:quia licet ſit procurator mulieris nomine,& quadam vmbra,tamen re ipſa cauſa eſt ſua:vnde ſicut hoc priuilegium non trãſmittitur ad extraneas perſonas,ſicuti ſuprà diximus,ita nec ceditur alteri extraneo.Iaſ. allegat l.quòd ſi minor.& ibi gl.in verbo,procuratorẽ.ff.de minorib. Quid autẽ de † patre mulieris,an pater mulieris habeat priuilegiũ prælationis?Glo.fin.arguit hîc ad partes,ſed in hoc reſidet, quòd viua filia,quandiu filia viuit,pater habet priuilegiũ repetiturus dotẽ,quia cogitur ſeruare dotem ipſi filiæ quandiu viuit,vt denuò dotari poſsit,niſi clade,id eſt,tẽpeſtate aliqua vel vi,patrimonium ſuũ fuerit diminutum.glo.allegat Auth. de æqual.dot.§.quia verò iam.coll.vij.Sed quæras hîc de vtili quæſtione,† an pater cogatur dotare filiã?Doct.circa hoc variant,ſed obtinuit quòd pater cogatur per officiũ iudicis. tex.eſt in d.l.fi.& ibi Bal.C.de dot.promiſ.Ea tamen doctrina recipit varias limitationes: quia primo fall. ſi pater eſſet obrutus ære alieno,& deficeret facultatibus, quia tunc cogi non poſſet.Bal.in d.l.j.ff.ſol.mat. qui allegat l.ait prætor.§. ſi in fraudẽ.& l.fraudator.§.ſi à ſocero.ff.de his quæ in frau. vbi habetis quòd in fraudem dos cõſtitui non poteſt à patre in filiam.Deniq; eſt viua & ſpirans ratio,quia certũ eſt quòd dos conſtitui debet iuxta qualitatem perſonarũ, & quantitatem patrimonij.l.cùm poſt.§.gener.ff.de iur.dot. Vnde qui non habet facultates,quomodo conſtitueret dotẽ iuxta earum modum?cùm † non entis nullæ ſint qualitates,per iura vulgata.l.eius.poſt mediũ.ff.ſi cer.pet. Secũdo limitate,niſi filia haberet vnde dotaretur.Si filia in aduentitijs bonis opulens eſt & diues,fruſtrà petet dotẽ à patre,maximè qui nõ ſit ita diues.Et hoc tenuit Bal.in l.mulier.§.cùm proponeretur. In ij.oppoſitione.ff.ad Trebell.Verùm in hoc ſunt opiniones inter Doct.quas hic recitat Iaſ.ego dimitto. Tertio limitate,ſi filia ſit patri ingrata, quia tunc pater non cogetur eam dotare.Nam † ingratitudo tollit debitũ naturale.in Auth.de nup.§.optimè.Cæterùm ſi efficeretur ingrata poſtquàm à patre dotata eſt,iſta ingratitudo nõ reuocaret dotẽ, vt hic latiùs per Iaſonem. Quartò limitate,ſi filia acciperet maritum indignũ,vilem,contra honeſtatem progeniei,quia pater tunc non cogetur.Lud.Rom.quem allegat Iaſ.in rub. ff.ſol.matr.Bal in l.j.ad fi.ff.eo.tit.cum concord.hîc per Ia-

ſonem. Quòd ſi filia nupſiſſet viro digno etiã patre contradi
cente, pater non excuſaretur à dote præſtanda. Et hoc habe-
34 mus in † ſtatutis noſtris, quæ ego feci. Nã filiabus hodie con
ceditur nubere ſine cõſenſu patris, cùm digno nubunt. Doct.
Cano. in c. accedens. de procurat. & facit gl. in l. Paulus. aliàs
35 in l. eum qui. ff. de ſtat. hom. Quinto limitate, quia ſi † filia
eſſet Iudæa vel hæretica, pater nõ cogeretur eam dotare, nec
filium hæreticũ alere. habetis elegantem tex. & eſt cõſtitutio
Conſtantini, in l. cognouimus. per totã l. C. de hæret. Quin-
etiam ſi pater eſſet vel Iudæus, vel hæreticus, & liberi eſſent
Chriſtiani, hîc pater omnẽ in modũ cogitur dotare filias, &
liberis alimenta prę ſtare. per d. l. cognouimus. Et quãuis ma
ter non cogatur dotare filiam. l. neq; mater. C. de iur. dot. ta-
men ſi eſſet Iudæa vel hæretica, cogeretur dotare, vt Docto.
ibidem. Sexto & vltimo limitate, ſi pater ſemel dotaſſet fi-
liam, & filia vel maritus perderẽt dotem dolo, vel culpa cõſu
merent, pater nõ tenetur iterũ dotare. arg. l. fideicõmiſſa. §. ſi
quis decem. ff. de leg. iij. & allegant ad hoc Doct. Auth. quod
locũ. in prin. ibi, Niſi aliquid ei imputari poſsit. C. de collat.
Et hîc caſus eſt notãdus, quia cõtigit mihi in filia mea. Aliàs
ſi dos ſoluto matrimonio exigatur vel reuertatur ad patrẽ,
tenebitur eam reſeruare pro filia, niſi clade, id eſt, tempeſtate
vel vi patrimoniũ eſſet diminutũ, vt hîc per gl. fin. Tandem
36 pro cõplemento nouiſſe cõueniet, † dotem poſt ſolutum ma
trimonium quodam ordine eſſe filiæ reſtituendã, vel hæredi
bus vxoris. Nam maritus vel hæredes ipſius reſtituent bona
immobilia ſtatim poſtquam ſolutũ eſt matrimoniũ: ſed mo
bilia reſtituent intra annũ, vtpote pecuniã numeratã, aurum
&c. & ſi quæ alia ſunt mobilia: qui annus eſt marito & eius
hæredibus cauſa miſerationis datus, vnde non differt obliga
tionem. Quæ ſit ratio differẽtiæ, Doct. variãt. Ego hanc pu
to eſſe rationẽ, quia mariti nõ intereſt quin ſtatim reſtituat
immobilia, ne in iſtam incõmoditatem incidat diuidẽdi fru-
ctus: ſed multum intereſt mariti vel hæredum quòd mobilia
non ſtatim reſtituant, nec contra honeſtã ſocietatem matri-
monij maritus vel hæredes in rebus mobilibus nudẽtur, quia
multum momenti eſt in rebus mobilibus adſeruãdis. l. ij. C.
quãdo & quib. quart. pars. lib. x. Hoc quoq; verum eſt, quod
intra iſtum annum reſtituendæ dotis, hæredes mariti co-
guntur

guntur alere vxorē, ſi fortè non habet vnde ſeſe alat. hæc omnia habētur in d.l. vnic. §. exactio. C. de rei vxor. act. Si tamē hæredes eſſent parati bona mobilia in cōtinenti reddere, audirentur, cùm iſta dilatio propter hæredes ſit indulta, cui renuntiare poſſunt. arg. l. ſi ita relictum fuerit. §. Pegaſus. ff. de leg. ij. Multa & varia per Ang. Are. & Iaſonem hic, poſt alios Doct. inculcantur, pertinenter vel impertinenter, quæ tranſeunda putaui ex propoſito meo ab initio ſuſcepto. Expediti de theorica, audiamus † practicā, nempe modum formādi libellos. Et quia circa dotes vario genere agitur, vt iam per multos dies audiuimus, cōſequens eſt vt etiam ſint variæ formæ præſcribendæ: ſed ſuffecerit in modicis. Et primo poteſt formari libellus dum maritus dotem promiſſam petit à ſocero, vel etiam ab ipſa muliere. Sic dicet: † Quamuis ego ſuperioribus temporibus (iam annus eſt trāſactus) matrimoniū contraxerim cum Valeria, & pater ipſius mihi ducenta in dotem promiſerit, ipſe tamen iſta ducenta ſoluere recuſat iniuſtè & indebitè, cùm ego intereà vxorē aluerim, onera matrimonij ſuſtinuerim, ita quòd hoc anni tēpore quo carui dote, interſit mea in decem. Vnde peto ſocerum meum vel mulierem condemnari vt numerent mihi dotem ducētorum, & ſoluāt mihi decē pro meo intereſſe &c. vt in cōmuni forma. 37 38

Alia forma cùm maritus agit ſuper dote cōfeſſata: Licet verum ſit quòd ego iamdiu matrimonium contraxerim cū Valeria, cuius pater extorſit à me cautionē cōfeſsionis, vel ipſamet mulier, verū tamen eſt me nihil accepiſſe, dotē mihi non eſſe numeratam, & tempora adhuc largiuntur in quibus me defendere poſſum: Vnde peto ſocerum cōdemnari quòd dotem mihi promiſſam actualiter numeret, vnà cum fructibus & intereſſe. per l. j. l. fi. C. de dot. caut. non num. Formabis autem † libellū in perſona vxoris, quæ ſoluto matrimonio ad repetendā dotē experitur, dicens & narrans Titiū & ſeſe per aliqua tempora matrimonialiter cohabitaſſe, cui Titio ipſa mulier mille apportauerit in dotē, & duo millia in paraphernalibus, in bonis extra dotē: verum cùm iam morte mariti matrimonium ſit ſolutum, & tempora differendæ reſtitutionis tranſacta ſint, vnde petit condemnari &c. ad dotem reſtituendam cum fructibus. Porrò & quarto formari poteſt libellus per mulierem etiam conſtante matrimonio, marito 39

vergente ad inopiam. Sic enim dicet: Cùm contraxerim matrimonium cum Titio, & ei apportauerim mille in dotē, & rurſum acceperim mille in donationē propter nup. euenit caſus aduerſus in perſona mariti mei, quòd ipſe cœpit labi ſubſtantia, abutitur bonis ſuis, creditoribus vrgentibus, periculum eſt ne ambo deficiamus: Vnde peto Domine Iud. velitis tantùm de bonis mariti ſeparare, & mihi conſignare, quanta eſt dos & donatio propter nup. Offero enim me paratā iuxta legitimas conſtitutiones, ex huiuſmodi bonis mihi cōſignatis alere me & maritum meum. Hic libellus fundatur in d. l.

40 vbi. per totam l. C. de iur. dot. Inter hæc memineritis † maritum habere priuilegium cōpetentiæ, id eſt, in quātum cōmodè poteſt, ne ad aſſem exigatur, vt audiuiſtis in l. ſunt qui. ff. de re iud. Vnde ſi iudex maritū in ſolidum cōdemnet, vel ſimpliciter dicat, Condēno te ad reſtituendā dotem, hic maritus habebit exceptionem priuilegij, non curatis verbis ſentētiæ. pro quo facit l. etiam. §. licet. & l. maritū. ff. ſol. mat. præterquam in caſu, ſi pater filiæ promiſiſſet genero dotem quam ſciens & prudens non poſſet ſoluere, vt ita decepiſſet generum, quia tunc iſte ſocer in ſolidū condemnabitur, & nō habebit priuilegium. per elegantem l. penul, in fi. ff. de iure dot. de quo etiam videte Intellectus meos.

§. In bonæ fidei.

1 Diuiſio huius §.
2 Compenſatio quid.
3 Compenſatio quomodo olim competierit.
4 Compenſatio quomodo hodie competat.
5 Ipſo iure.
6 Compenſatio quomodo ipſo iure introducatur.
7 Non eſſe & non apparere, paria ſunt.
8 Reſtituere, eſt verbum generale.
9 Species cum ſpecie non compenſatur.
10 Species cum quantitate non compenſatur.
11 Compenſatio quomodo in realibus locum habeat.
12 Genus cum genere non compenſatur.
13 Quantitas cum quantitate compenſatur.
14 Compenſatio vbi locum habeat.
15 Alternatiua obligatio.
16 Pecunia corpus, non quantitas.
17 Fungibiles res quæ.

Fung

18 Fungibile cum fungibili compenſantur.
19 Artificialia functionem recipiunt, ergo compenſantur.
20 Qualitates compenſantur.
21 Expenſæ quæ, & quomodo compenſentur.
22 Hæreditas ius vniuerſale.
23 Genus omnes ſpecies comprehendit.
24 Solutio pro inuito fieri poteſt.
25 Liquidum quando dicatur vt compenſari poſsit.
26 Dolus cum dolo compenſatur.
27 Compenſatio facit euitari pœnam.
28 Compenſatio contra rempub. aut fiſcum locum non habet.

ACCIPIAMVS in DEI nomine §. In bonæ fidei. Habet materiam vtilem, ſed inſuetam iuuenibus, & in qua multa ſubtilia tractari poſſent circa materiam compenſationis. † Diuidi 1
tur autem §. noſter, qui nos iam ad aliud theatrum vocat, in tres partes. Prima pars adducit ius vetus, dein de adducitur ius nouum, & tertio loco excipitur caſus. Dicite breuiter in ſumma: Excepta actione depoſiti in iudicijs bonæ fid. & ſtricti iuris, ſiue in rem, ſiue in perſonam, admittitur ipſo iure cõpenſatio in liquidis, ſublata veteri differentia. † Eſt autem cõpenſatio, ne erretis, debiti ad debitum hinc 2
inde in vim ſolutionis computatio. Coll. ex iſto tex. pro euidentia omnium dicendorum, primo differentiam veteris iuris inter iudicia bonæ fidei & ſtricti iuris. Nã † in bonæ fi- 3
dei iudicijs ipſo iure admittebatur compenſatio: id eſt, hoc ipſo quòd iudex compererat compenſationi locum eſſe, tũc ſiue reus allegaſſet exceptionem ſiue non allegaſſet, minuebatur ipſo iure, ipſa origine, ipſa vi, ipſa radice, actio actoris in tantum, quantum cõpenſari debuit, etiam ſi iudex reum condemnaſſet in totam ſummã, & ſi reus ſoluiſſet totam ſummã tamen poſteà poterat repetere debitũ cõpenſabile, tanquam indebitè ſolutum, & proceſſus erat nullus. Hoc eſt ipſo iure aliquid conſiſtere. Et ita introducebatur cõpenſatio in iudicijs bonæ fidei. Sed in ſtricti iuris ſtrictius agebatur: etiamſi iudex ſciuiſſet rem compenſabilem, tamen niſi reus oppoſuerat exceptionem, & quidẽ exceptionem doli, tunc iudex poterat procedere ad ſententiam, & condemnare in totam ſummam, & valebat proceſſus. Ita ſtrictè, ita nudè, ita frigidè agebatur circa compenſationem in ſtricti iuris iudicijs. Conſequenter ſecũdo coll. quòd † hæc rigida differentia hodie ſub- 4

lata eſt per cõſtitutionem Iuſtiniani, quia hodie nõ eſt opus reo opponere exceptionẽ contra actorem,ſed qualitercunq; liqueat iudici in actis extare rem compenſabilem,tunc mox ipſo iure minuitur,enecatur,interficitur actio actoris in tãto,quãtum eſt quod cõpenſari debuit,& iudici tam eſt libera poteſtas vt vtrobiq; in vtriſque actionibus,quòd etiam non imploratus,ſupplere ex libera poteſtate poſsit. Et ſi hic oppo nas,ſicut etiam gl.opponit de l.nihil intereſt ipſo iure.ff.de regu.iur.vbi dicit tex.nihil intereſt ipſo iure aliquid fiat,vel ope exceptionis:quæ eſt ſatis dura obiectio,quòd nihil referat aliquid ipſo iure cõſtet,vel ope exceptionis,quaſi iſta ſub tilia ſint ſublata.Sed gl.bene ſoluit:nihil enim intereſt quo ad effectum,quo ad cõſequendã ipſam rẽ,conſequar ipſo iu re vel ope exceptionis:ſed quo ad alia, quo ad obſeruationẽ iudicialem,item quo ad obſeruationẽ originis,tũc multum per omnem modũ intereſt inter hæc duo.Nam quando ipſo iure aliquid cõſiſtit,tunc poſtquam de hoc iudici cõſtat,ſi la tiùs procederet,proceſſus eſſet nullus,& is iudex poſſet acto rem ex officio,nemine petente,repellere,quaſi dicat,tibi non cõpetit actio quæ ſublata eſt ipſo iure,& ſententia nulla ſine appellatione.Cæterùm quãdo aliquid cõſiſtit,ſed poſſet ope exceptionis tolli,tũc niſi obijciatur exceptio actori, iudiciũ procedet: licet in effectu actor non teneatur propter exceptionẽ,tamen proceſſus valet,ſententia tenebit,quia res ipſo iure conſiſtit,licet poterat per exceptionẽ ſuſtolli. Exemplo poteſt res declarari.Ego ſtipulatus ſum à te decem,quę mihi promiſiſti,tu poſteà ex interuallo tantum mecum agis quòd promitto tibi per ſtipulationem ne velim petere iſta decem, & ſic ſtipulatio ſtipulationem ſuſtulit ipſo iure: quod mihi promiſiſti per ſtipulatiõnẽ,de hoc es liberatus ipſo iure,pro pter meam contrariam promiſsionem:& ſi ego pergam pe-
5 tere iſta decẽ à te propter primam ſtipulationẽ,quæ † ipſo iure ſublata eſt per aliam ſtipulationẽ,tunc ſi conſtaret iudici de his ſtipulationibus,vbi altera alteram ipſo iure ſuſtulit, iam ex officio poſſet me repellere,tanquam agentẽ ſine actione,& ſi ꝓcederet,proceſſus eſſet nullus,ſi condẽnaret reum, ſentẽtia eſſet nulla. Et hoc eſt ipſo iure actionem tolli. Si autem,cùm mihi decem deberes,fecero pactum de non petendo,dicam,ego iſta decem nõ plus petam à te,iſto pacto oritur

tur tibi exceptio,quia eſt nudum pactũ,quia pactum de non petendo eſt facti,continet nudum factũ per quod non poterat mihi tolli ius debiti: hoc loco ſi petam à te decẽ,potes me repellere de facto per exceptionem, allegando me feciſſe tibi pactum non petendi:quod ſi omittis eam exceptionem de pacto, iam proceſſus valet,actio mea ipſo iure conſtat,& reus rectè cõdemnabitur:imputet enim ſibi quod non obiecit exceptionem. Ecce tãta eſt differẽtia inter ea duo,ipſo iure tolli vel conſiſtere,vel ope exceptionis repellere agentẽ,aut non repellere. De his habetis elegantem text.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.& ibi Barto.in vij.col.mihi,verſ.item nota ex iſta gl.ff.de pact.& ibidem Bart.in l.qui inuicem.ff.de con.inde. vbi ponit aliam rationẽ differẽtiæ, quam videte. Nunc propius ad text.noſtrum.Olim in bonæ fidei iudiciis ſi cõſtabat iudici de compenſatione rei, tunc ipſo iure iſta compẽſatio impediuit & minuit actionẽ agentis, & iudex poterat ex officio agentem repellere,quo ad ſummam compenſabilem:& ſi ſoluiſſet reus totam ſummam, & nõ deduxiſſet debitũ ſuũ, poterat idem debitum repetere ab actore tanquam indebitè ſolutum. Sed hoc non fuit in ſtricti iuris iudiciis, quia reus nihil habuit niſi exceptionem doli, quam ſi reieciſſet iudex, proceſſus nihilominus valuerat, ſed reus poterat appellare tanquam grauatus. Hodie autem eadem per omnia ſeruãtur in vtriſque iudiciis, ſcilicet, poſtquam de compenſandi iure conſtat,tunc compẽſatio in vtriſque iudiciis ipſo iure introducitur,quod eſt multùm notabile, quia reus probata cõpenſatione,ſi condemnaretur in totam ſummam,poſſet inde bitum repetere,& ſentẽtia eſſet nulla. Sed † quomodo intro- 6
ducitur compẽſatio ipſo iure?an opus ſit proponere eam in iudicio,vt ſi facto hominis egeat,an verò ſine voce hominis, ipſo iure competat,tacẽte etiam reo?Nam ſi ſine facto hominis in iudicium venit compẽſatio ipſo iure, neceſſe eſt quòd iudex diuinet ſuper ea,vel aliquem ſpiritũ habeat qui ei hoc manifeſtet.Sin verò allegãda eſt ĩ iudicio,tũc inutilis eſt iſta inueſtigatio,tunc redigimur ad antiquã choreã ſtricti iuris, quia neceſſe erit opponere exceptionẽ. Aut nõ opponimus exceptionẽ,tunc eſt de nihilo ipſo iure. Iſta ſunt inuolucra, & præſtringũt gloſſatorib.oculos vbiq; in materia cõpenſationis. Martin.antiquus gloſſator dicebat compẽſationem

vſqueadeò cõpetere & introduci ipſo iure,quòd non ſit opus aliquo facto hominis, ſed ipſum ius ſit ita potens quòd penetret limina iudicii ad repellendũ actorem. Hanc opinionem gl.hic vehementer improbat per tres rationes,quas videbitis ipſi.& idem gl.in l.conſtat.C.de compenſat. Et meritò reprehenditur hæc opinio tanquã ridicula: quis enim diceret iudici,an reus haberet cõpenſationis beneficium,an non haberet? quia † nõ apparere,& non eſſe,ſunt paria.in l.in lege.ff.
7 de contrah.empt. Denique,vt breuiter agam,text.habetis apertum quòd de compenſatione debet conſtare, in d.l.ſi conſtat.C.eod.titul.Vnde alia & melior opinio fuit Ioan. quem ſequitur Accurſ.quòd neceſſe eſt de compenſatione conſtare facto & voce hominis.per d.l.ſi conſtat.& hoc vbique tenent Doct.Ex quo coll.bonam & notabilem cõcluſionem, quòd licet compẽſatio hodie introducatur ipſo iure, tamẽ neceſſe eſt facto hominis vt allegetur iudici,qui nõ poteſt diuinare. l.ſi quatuor.ff.ad l.Aqui.Pro reſolutiõe ergo huius nodi diſtinguas: Aut reus compenſationem non allegat, aut allegat eam.Si non allegat,tunc quanuis decies millies competat,iudex poteſt procedere cum actore,poteſt reum cõdemnare in totam ſummam petitam, & proceſſus valebit, non obſtante quòd compenſatio competat ipſo iure.facit bonus text. in l. ex cauſa. C.de compenſat. vbi iudex condemnauit reum in totam ſummam, quia fortè tacuit compẽſationem. & poſtquàm lata erat ſententia,ipſe cõtra rem iudicatam voluit opponere exceptionem, ſed tardi venêre bubulci: dicitur quòd non poſsit,nec poteſt indebitè ſolutũ repetere, imputet ſibi qui tacuit beneficium ſuum.Si autem allegauit compẽſationem per quæcunque verba ſimplicia,ita quòd iudici de ea cõſtare poteſt,iudex autem reiecit iſtam compenſationẽ, quia fortè non fuit probata per reum, tũc reus iterum rectè condemnatus eſt,poteſt tamen appellare ſi vult.Si autẽ reus probauit allegatam compenſationem,tunc demum oriũtur iſta beneficia,iſti effectus qui dãtur cũ res ipſo iure cõſiſtit: nam tũc ipſo iure minuitur actio actoris, proceſſus vlterius erit nullus,ſententia lata erit nulla, & quod reus indebitè ſoluit, repetet. Sic ſunt intelligenda quæ dicuntur,Cõpenſationem cõpetere ipſo iure: verũ eſt,ſi allegetur in iudicio.Et per hoc temperabis dicta Bar.in d.l.qui inuicẽ.ff.de cond.indeb. Per

hoc

hoc relucet notabilis differentia inter iura antiqua & iura noſtra: quia de iure antiquo in ſtricti iuris iudiciis debebat ſolēniter obiici exceptio doli, vel alia ſimilis exceptio, & ſi iudex eam non curauit, ſed reprobauit, nihilominus proceſſus valuit, ſententia lata tenuit, niſi per reum appellarēt. Sed hodie ſufficit allegare quibuſcunq; ſimplicibus verbis: nō eſt opus ſe adſtringere ad aliquam exceptionem doli, quia per quæcūque conſtiterit iudici, ſufficit quòd ipſo iure introducta ſit compenſatio. & quicquid contrà fecerit iudex, nullum erit. hoc probat mihi iſta notabilis l. ſi conſtat. C. de compenſ. in prin. Et per iſtam prolixā reſolutionē intelligitis hîc gl. quę hoc à remotis indicat, in verbo, oppoſita. Præterea coll. ex tex. noſtro, in verbo, † reſtitui, cùm dicit Imperator, quantū reſtitui per actorē, quòd hoc verbū generaliter capitur pro reddere, dare, ſoluere, & quicquid ſimile dici poteſt. l. verbum reddendi. ff. de verb. ſign. Nam in materia compenſationum, non cōpenſantur ea quæ propriè ſunt reſtituēda, ſed ea quæ ſunt ſoluenda, vt poſteà latè dicemus. Et iſta ſignificatio verbi, reſtitui, non eſt propria, eſt extēta, ex interpretatione verbi, non ex ſignificatione, quapropter non veniet in ſtatutis, in quibus verba ſunt propriè intelligenda. l. iij. §. hæc verba ff de neg. geſt. Vnde ſi ſtatutum iuberet aliquid reſtitui, iſtud verbum non extenderetur. Cæterū de hoc videte Bar. in rub. ſuper verbo, repeti. ff. ſol. mat. Porrò colligite ibi in verbo, iure aperto, clarè dicere Imperatorem, quòd cōpenſatio tūc nititur, quando introducitur iure aperto: exponit verò hîc gl. id eſt, quando vtrobique debetur quātitas. Hæc eſt impertinens expoſitio. Vnde Dyn. exponit, iure aperto, id eſt, ſi debita ſint liquida. Tu iūge vtramque expoſitionem: tunc bene reſoluitur ius apertum, quando compenſatio nititur, id eſt, fundatur iure aperto: hoc eſt, cùm quātitas vtrobiq; petitur, & debita ſunt liquida: hoc enim apertū & manifeſtū ius eſt in cōpenſationibus. & ita ſaluatur hîc gl. Circa quam materiam, vt ordine procedamus, diſtinguēda ſunt aliqua mēbra: quia aut petitur cōpenſatio ſpeciei ad ſpeciē, aut generis ad genus, aut quantitatis ad quantitatē, aut rei fungibilis ad fungibilē, aut qualitatis ad qualitatē, aut tandē quotæ hæreditatis ad quotā. In iſtis fermè concludūtur differentiæ cōpenſationū: qui ordo eſt tenēdus, quia in Doct. nō inuenies, & ſæ-

pe nouabimus. Quo ad primum dicite per concluſionem,
9 quòd † ſpeciei ad ſpeciem non fit cõpenſatio. Nam ſi peterẽ à te fundum vel vas argenteum,& tu inuicem obiiceres mihi compenſationem,quòd & ego tibi fundum vel vas argenteũ debeam.hanc compenſationẽ poſſum iuſtè detrectare: & ratio ponitur in text.noſtro,quia iſta compenſatio petita,nõ nititur iure aperto,id eſt,vtrobique non eſt certa æſtimatio. In fundis & corporib.& ſpecieb. valor & æſtimatio variat, id quod ad ſenſum palpamus. Item in his cadit affectio, quia fundus meus eſt fortè mihi charior quàm fundus tuus.His & aliis rationibus repellitur compenſatio in corporibus & ſpeciebus.habetis bonum text.in l.ſi cõuenerit.ij.ad fin.prin.ff. de pig.act. vbi debitum quod habet ſpeciem,corpus,ſi datum eſt mihi pignori à debitore meo,& ſi exigam hanc ſpeciẽ debitam,non poſſum cõpenſare cum debito mei debitoris.textum valde elegantẽ habetis in l.quod dicitur.j.per totã l ff.de impenſ.in reb.dot.fa.vbi ſi debẽtur corpora vxori ſoluto matrim.iſta corpora non diminuunt dotem,quia cum pecunia non compenſantur.fa.text.in l.ſi non ſortem.§.ſi cẽtum.in ratione ſui.ff.de cond.indeb.quam concluſionem tamen infrà ſuo loco temperabimus. Hanc concluſionẽ extende,quia
10 nec † ſpecies cum quãtitate compenſatur. Vnde ſi peterem à te decem,iſta eſt quantitas:vt obiicis mihi compenſationẽ de fundo quòd ſim tibi obligatus ad fundum decẽ florenorum: iſta cõpenſatio non recipitur,vt quæ non nitatur iure aperto.gl.hic quæ allegat d.l.ſi cõuenerit.de pig.act. Quæ doctrina non procedit,cùm debitor ſpeciei ex neceſsitate peruenerit ad quantitatem. Exempli gratia,vt intelligatis: Ego ſum tibi obligatus ad fundum aliquem qui eſt Titii, & ita alienus ego libẽter tibi præſtarem hunc fundum,ſed Titius dominus non vult eum vendere, vel nimis magno pretio æſtimat, quod eſt mihi importabile: hoc loco ex neceſsitate ineuitata tenebor tibi ad æſtimationem fundi.Hoc loco,ſi ego peterem à te decem, & tu obiiceres compenſationem fundi Titiani cùm tenerer tibi ad æſtimationem, recepta eſt compenſatio quantitatis ad ſpeciem: qui eſt caſus quotidianus in materia teſtamentaria, cùm teſtator legat rem alienam quam dominus rei non vult vendere.text. habetis in l.ſi domus.§.qui confitetur.ff.de leg.j.in l.non dubium.§.fin.ff.de

leg.

leg.iij.cum ſimi.Huc pertinet quod hic in text.dicitur,compenſationem competere in actionibus realibus: verùm rei vēdicatio proſequitur tantùm corpora & ſpecies, quomodo ergo competet compenſatio quæ ſpeciebus arcetur? Dicite notabiliter,vt hic per glo.quòd † compenſatio introducitur 11
in actionibus realibus, non cū corpora reſtituenda ſunt,ſed cùm peruenitur ad æſtimationem: ſi res in rei vendicatione offerat æſtimationem pro fundo, Dabo tibi decem pro iſto fundo petito,& actor acceptat,iam locum habebit compēſatio,ſi actor etiam ſit obligatus decem reo. Item ſi reus nolit rem reſtituere etiam condemnatus,& propterea iuretur contra eum in litem,& iudex plurimi æſtimet fundum,vel iudex æſtimet intereſſe: ecce iterum peruenitur ad quantitatem,ad æſtimationem,ad pecuniam: quo loco ſi actor eſſet reo obligatus in tali ſumma,iam in realib.recepta eſſet compēſatio. gl.allegat l.qui reſtituere.ff.de rei vend.Tu adde bon.text.in l.eius rei. cum l.ſeq.ff.eo.tit.Secundo diſpiciamus de altero genere compenſationum,ſcilicet generis ad genus.Hic quæras,† an generis ad genus recipiatur cōpenſatio? vt cùm peto 12
à te equū quem promiſiſti in genere,tu inuicē vis cōpenſare equum quē tibi debeo etiā promiſſum in genere: ego peto à te hominem in genere,tu viciſsim obiicis cōpenſationem de homine in genere. Sic de vaſe argenteo in genere,ſic de animalibus in genere,an talis cōpenſatio introducatur? Glo.hic & cōmuniter Doct.nemine quaſi in diuerſum eunte, tenent hic & in aliis locis quòd iſta cōpenſatio competat:& eſt vſq; adeò cōmunis opinio poſt gl.& Bar.vt pudor dici poſſet contrarium ſentire. allegāt l.j.§.itē ſi cum.ff.ſi pars hær.pet.vbi ſextantis cum ſextante cōpenſatio fit. Dicūt Doct.poſt gloſ. eſſe compenſationem generum.allegāt l.qui non militabat. ff.de hæred.inſtit.& l. vnum ex familia.§.ſed ſi vno.ff de leg. ij.vbi iura faciunt mentionem de tacita cōpenſatione. Hæc doctrina non eſt vera, & habet errorem inexcuſatum,quod poteſt ratione viua & ſpiranti ad oculū oſtendi.Nam genus in iure noſtro, ſicut hic loquimur de genere, nihil aliud eſt quàm ſpecies in eo contentæ.Cùm nomino hominem,tunc perinde eſt ac ſi nominaſſem Stichum, Flaccum, Erotem,& omnes alios ſeruos. Hoc ego non fingo, ſed habetis I.C.in l.Mæuius. §.duobus.ff.de leg.ij.vbi dicit text.in terminis: Hominis

Hominis appellatio omnes homines,id eſt,ſeruos in ſeſe cō pendio ſermonis cōplectitur. Vnde qui promittit hominē, promittit quemlibet ſeruū quē habet dominus, ſed ſub electione: illum quem dominus eligit vt ſoluat, iſte vnus videtur fuiſſe in obligatione.Cùm ergo homo in genere nō poſſit ſolui,niſi per ſpeciem, text.eſt apertus in l.cū incertus.ff. de leg.j.ſi ergo in ſpeciebus nō poteſt cōpenſari,rectè nec in generibus,quæ nō ſunt niſi ſpecies breuitate ſermonis collectæ.Et cùm viderē diligētius,inuenio hîc Ioan.Fab.Nicol. de Neap.paria tenentes & defendentes cōtra omnes.In quam opinionem videtur inclinare hic Iaſon, qui allegat Ioan.de Felicitate, qui hoc nouiter tenuerit. Ego hanc doctrinam & aſſertionem ante cōplures annos tenui, vt videre poteſtis in Intell.meis,circa genus quarto modo acceptū: & credebam, & ita ſcripſi,quòd ego nouiter contra omnes hanc doctrinā tenuerim:ſed nunc inuenio iſtas beatas animas,Ioā.Fab.Nicol.de Neap.Ioan.de Felic.qui hoc idem tenent per varia fundamenta,ſicut ego,quod mihi non mediocre placuit:ſed vehementer diſplicuit,quòd iſte locus mihi nō occurrebat cùm proximè feciſſem additionem ad Intellectus meos:dij boni quantū gloriatus fuiſſem.Vera ergo eſt aſſertio & indubitata,quòd ſicut ſpecies inter ſe cōpenſari nō poſſunt,vt ſuprà in primo membro audiuimus,ita nec genera, quæ in effectu & in ipſo fundamento nihil aliud ſunt quàm ſpecies.Sed nō obſtant iura allegata per communem opinionē,quia d.l.j.§. item cum.non loquitur de genere,ſed de quota hæreditatis, de qua infrà in vltimo membro dicemus.Nec obſtant alia iura,quia gloſſa met in dictis locis dixit text.loqui impropriè de compenſatione. Nunc ad tertium membrum,videlicet de compenſatione quantitatis ad quantitatē: in quo concluſiue
13 dicite,† quātitatis ad quantitatem rectè receptam eſſe compenſationem.Et ſub quātitate intelligite pecuniam numeratam quæ propriè dicitur quātitas.l j.ff.de cōtrah.emp.Quo
14 caſu hoc vobis ſit perpetuū,† vbicunq; vel iure vel cōſuetudine pecunia ſolui poteſt pro pecunia, ibi etiā compenſatio competit:quod latius tractatur in l.ij.§.mutui.ff.ſi cert.peta. & ego multa in Intell.meis Bart.in l.Paulus.ff.de ſolut. Cano.in c.quanto de iureiur. Vnde ſi ſit eadem bonitas in materia monetæ,licet alia forma ſit,tamen ſicut ſolui poteſt altera

tera pro altera,ita etiã cõpenſari poſſe,quia compenſatio eſt interpretata ſolutio,vt eſt notabilis tex.in l.ſi debitor. in fin. ff.qui pot.in pig.& l.vel permutauit.ff. de lib.cauſ. vbi dicitur,qui compenſat,ſoluit. Et hoc quoque nõ eſt prætereundum, quòd pro auro & argẽto in põdere vel in maſſa poteſt ſolui moneta aurea,imò alia quęcunque moneta quæ ſit cõſueta recipi,dum iuſta ſoluatur ęſtimatio.Vnde qui ad marcam argenti hîc in territorio noſtro obligaretur, ſoluendo vel cõpenſando decem florenos,in quacunq; proba moneta, ſatis dicitur feciſſe.l.j.in fi.l. Titiæ amicæ.ff.de aur. & arg. leg.vbi ſunt tex.Hæc pulchra & notabilis concluſio,quæ egeret multa exceptione,limitatur primo,ſi actor contra quem obiicitur compenſatio,deberet decẽ,aut hominẽ, & eſſet ſua electio,is actor ſi peteret à debitore decẽ, debitor non poſſet obiicere quòd velit compẽſare decem, quia actor replicaret electionem eſſe ſuam in alternatiua obligatione, vnde ipſe necdum elegerit an velit dare decem aut hominẽ.Secus ſi electio eſſet debitoris,quia tunc daretur compenſatio de decem ad decem,& nõ de homine.text.in l.ſi debeas.ff. de compenſ. Bart.in l.ſi ſeruus communis.ij.§.idem dicendum.ff. de furt. Et ſic † alternatiua obligatio nõ poteſt compẽſari cum pu- 15
ra,ſi actoris ſit electio:ſecus ſi rei,ſi debitoris.Secundo limitate notabiliter,ſi actor cui obiicitur compenſatio,vel creditor,haberet facultatem ſoluendi ſpeciẽ pro quantitate: ſicut contingit in noxali,quãdo ſeruus meus tibi dat damnum in decem,tu conuenis me ad decem,ego poſſum tibi dare homi nem pro iſto debito,noxæ dedere,poſſum dicere,accipe ſeruum pro noxa huius debiti,& ſic reus non poſſet me cogere ad compenſationẽ propter hoc damnũ:ſi ego ab eo peterem decem debita ,ipſe obiiceret,& me quoque teneri ad decẽ ratione damni:hic ſtatim replico,imò non teneor tibi ad decẽ, habeo facultatem ſoluendi tibi ſeruum : de quo habetis in l. miles.§.decem.& ibi audiuiſtis.ff.de re iud. & hoc eſt multũ vtile ad tẽpora noſtra in mercatoribus:quia ſi darẽtur mercatori decem in pãnis,hoc eſt,vt ſolueret decem , vel haberet facultatẽ ſoluendi pannos.hoc caſu ceſſaret cõpenſatio:nam ſi ipſe à me peteret decẽ,& ego obiicerem quod mihi etiam decem teneretur,mox replicaret,verum eſt.decem tibi teneor in pannis,quia ſoluendo pannos poſſum liberari,ita habetis

text.

text.in l.ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle.ff.de ſolut.& nõ eſt ſimile de obligatione alternatiua, quia in oblig.alternatiua decem vel hominem, vtraque ſunt in obligatione, ſed electiuè.l.ſi duo.in fi.ff.de verb obl. Sed in hoc noſtro debito.decem in melle,decem in pannis,decem in vino, duntaxat decem ſunt in obligatione,ſed facultas datur creditori à iure ſoluendi ſpeciem ſi velit,& ſic eſt debitũ quantitatis reſpectu ſpeciei,quapropter meritò ceſſat compenſatio,quæ hic non
16 niteretur iure aperto. Tertio limitate,quando † pecunia caperetur vt ſpecies,& vt corpus,ſicut nummi qui includuntur in ciſtam,& ſeruãtur fortaſſe pro faciendis vaſis argẽteis,vel includuntur in ſacculum,& ſeruãtur tanquã quodlibet corpus,nec expenduntur vſui.de quibus habetis in l.planè.j.§.j. verſ.hoc ita.& in l.ſed & ſi certos.ff.de leg.j.in l.ſi certos.ff. de verb.obl.cum multis ſim. Nam ſi deberentur huiuſmodi nummi,aurum vel argentum tanquam corpus,tunc ceſſaret compenſatio.Exempli gratia:Ego peto à te decem,tu obijcis mihi compenſationẽ,quòd decem aureos nummos quos adſeruo tanquàm corpus in ciſta,tibi debeam:ego mox replico huiuſmodi pecuniam à me adſeruari,recludi in ciſta vt corpus,& in eo ceſſare compenſationem , quia reputabitur iſta moneta tanquam ſpecies:ſed ſpeciei ad quantitatem nulla fit compenſatio,vt audiuimus ſuprà in primo membro. Et hoc tenet in præſentia glo.hic,& alijs locis, quòd in tali pecunia ceſſet compenſatio.Contrariũ aſſeueranter tenent vltramõtani,& cum eis Bar.in l.cùm fundus.§.ſeruũ tuũ imprudens. ff.ſi cert.pet.vbi per multa Bart.vehementer pugnat,quòd in iſta pecunia in ciſtam clauſa,etiam ſi nõ expendatur vſui, tamen recepta ſit cõpenſatio:quia quocunq; nomine baptizetur pecunia,ſemper eſt pecunia:& de hoc eſt acer conflictus inter Doct.Ego puto opiniones cõcordari poſſe:quia ſi iſta pecunia quæ in ſacculum vel ciſtam reconditur,non expendatur, nec deſtinetur vſibus domeſticis, quòd ſeruetur tanquam pro theſauro,ſicut olim ruſtici veteres dixerunt,pecuniam fragilem eſſe ſine peculio, id eſt, ſine pecunia quaſi ad theſaurum reſeruata,vt habetis in l.ſi chorus.§.j.ff.de leg.iij. hoc loco opinio gl.& ſequacium eſt verior,ſicuti pro ea ſunt text.aperti quos ſuprà allegauimus,& tunc meritò ceſſat cõpenſatio.truſaretur qui cõtrarium ſentiret. Cæterùm ſi creditor

ditor cœpiſſet vti hac pecunia. & ſic aliquo modo conſumeret, deſtinaret vſibus domeſticis, tunc ceſſat iſta pecunia eſſe corpus, & iterum induit veſtem quantitatis. Et hoc loco poteſt vera eſſe opinio Bart. Et ne credas talia fingi, eſt text. in l. ſi is cui. ff. de ſolut. valde notabilis, vbi dicit Iureconſultus, in pecunia poſſe intelligi quantitatem, & poſſe etiam intelligi corpus. Itaque quantumcunque pecunia in ciſta reſeruata ſit corpus, tamen ſi cœperit numerari, expendi, iam erit quantitas. Et hoc ſenſit hic Rodolphus de Auricuria, prout eum allegat Iaſon, qui & ipſe in hoc inclinare videtur. Cæterũ quicquid hic diſceptatur, diſtinguitur, hoc ego ante plures annos diſtinxi in Intell. meis ſuper l. omnia. ff. ſi cert. pet. fol. 3. quo loco nemo me culpabit ſi mihi ipſe blandiar, & eſt notabiliſſima doctrina & nobile priuilegiũ in pecunia, quod iam eſt quantitas, iam eſt corpus, & redit iterum in quantitatẽ, ſicut Achelous varias formas induit apud Ouid. & Protheus in Virg. Poteſt ergo pecunia in ciſta recluſa, & cõpenſari & nõ.

Super quarto membro, circa quãtitates rerum fungibiliũ. Dicuntur † autem eſſe res fungibiles, quæ propter naturæ vel 17 artis ſimilitudinem recipiunt promiſcuum vſum, id eſt, functionem: vt, frumentum cum frumento, oleum cum oleo, vinum cum vino, ferrũ cum ferro, & ita de alijs: quãuis Doct. communiter nominent eas res etiam quantitatem, ſed malè & barbarè, ſola enim pecunia quãtitas dicitur, quia per eam quanta quæque res ſit æſtimatur. In hoc mẽbro accipe hanc cõcluſionem, quòd † rei fungibilis cum re fungibili recepta 18 eſt cõpenſatio: quod Iaſon malè tractauit ſuperius ſub quãtitate. Vnde ſi petam à te decẽ corbes frumenti, tu potes mihi obijcere, quòd & tibi debeam decem corbes frumenti: & ita etiã de alio, vino & alijs, hoc obſeruato, quòd in vtriſque ſit æqualis bonitas ratione territoriorum vbi naſcuntur: quia multum refert qua terra naſcantur vina, multũ refert an vinum nouum cõpenſetur cum veteri, quia diſsimilitudo impediret compenſationem, ſicut impedit functionem, & iſta tractantur in l. ij. §. mutui. ff. ſi cert. pet. Hoc loco addas meo periculo, quòd † ſi tanta ſit ſimilitudo artificij in rebus quãta eſt naturæ, tunc etiã reciperetur cõpenſatio in ſpeciebus 19 ita ſimilibus. Quid enim prohibet, cùm peto à te decem panes quos mihi debeas, tu obijcias mihi de decẽ panibus quos tibi

tibi debeo?& hoc tenuit Guil.de Cun. Mart.Paul. de Caſt, &
hoc aſſeueranter defendi in d.§.mutui. licet gl.ibi cōtrarium
teneat: ſed in hoc conſulenda eſt conſuetudo. In Euangelio
Lucæ,cap.xj.venerat amicus de nocte ad amicū,& petijt ali-
quot panes mutuò, vt dicit text. Perpendite, non dicit petijt
commodatò,ſed petijt mutuò,quaſi & in panibus mutuū re-
ctè conſiſtat.Sic poſſemus manus latiùs porrigere & dicere,
quòd etiā in lateribus eſſet recepta compenſatio. Sed in his
omnibus eſt conſulenda cōſuetudo. Certū eſt in mutuo ſol-
ui poſſe & compenſari.Et per hoc membrum pulchrè limi-
tatur primū membrū de quo ſuprà diximus, quòd licet iſtæ
res fungibiles ſint verè ſpecies & corpora, & non quantitas,
tamen propter omnimodam ſimilitudinē, ſicuti in eis reci-
pitur functio, ita & compenſatio.d.l.vel permutauit. de lib.
20 cauſ. Veniamus ad quintum membrū circa † compenſatio-
nem qualitatum.Nam ſæpe fit vt cauſa in ſeipſa ſit impar, &
tamen qualitas non ſit diſsimilis,nō ſit impar: & hoc quàm
maximè videmus cùm per iudicem expenſæ compenſantur.
Fieri enim facilè poteſt, & quotidie fit, quòd vna pars plus
ſumptuum ſuſtinuerit quàm alia, quia tamē vtraq; pars iu-
ſtam habuit cauſam litigādi,iſta qualitas ſcilicet iuſta cauſa,
facit compenſationem ſumptuum. Et hæc eſt radicalis ratio
21 propter quam † receptum eſt expenſas cōpenſari. Et hoc eſt
mente tenendum,quia ab alio non dictum.Niſi enim quali-
tas eſſet æqualis in tali caſu, tunc nunquā poſſet induci cō-
penſatio expenſarū. Nunquā enim vel rarò ſumptus vtro-
bique ſunt æquales,ſed iuſta cauſa litigādi,quæ eſt qualitas,
recipit hanc æqualitatem. Et quomodo expenſæ cōpenſen-
tur,habetis Bald.in Authent.generaliter.C.de epiſ. & cler. in
Specul.in tit.de expenſ.§.nunc videndū.poſt princ.Huc per-
tinet quòd Iaſon hîc ſatis verboſè iactat.Nam ſi ego mutua
uerim famulo meo decem, & is famulus mihi ſeruiuit certo
tempore,cùm peto ab eo debitum decem, ipſe cōpenſat me-
cum quòd tanto tempore ſeruierit,quæ ſeruitus æquiualeat
mutuo decem:quod eſt nota dignum,& multi deciderent cō-
trarium.ſed hoc ſolum facit cōpenſatio qualitatis, quia ſer-
uitium præſtitiſſe eſt quędam qualitas,quæ cōpenſatur cum
quantitate,ſcilicet cum pecunia mutuata,peregrinum habe-
tis text.in l.fi.poſt prin.C.de capti.vbi ſi certo pretio,vel pe-

cunia

cunia certa redimā captiuū, is captiuus ſtabit mecū veluti loco pignoris: quòd ſi ſeruierit mihi quinquenniū, iam ſeſe, id eſt, pignus redemit. vbi ponũtur pulchra verba, redemit enim ſe laboris obſequio, & opera quinquēnii beneficiū retulit. Et dicit ibi elegāter Bal. quòd perſonale ſeruitiū extenuat debitum quantitatis. Videtis nunc clariſsimè quomodo per quātitates compenſatur, quod eſt mente tenendum, quia à nullo Doct. dictum. facit elegās tex. in l. j. C. de pig. act. vbi dabatur creditori ancilla in pignus: certè ſi creditor fructum ſeruitii vel alium recepit ab ancilla, creditor cogitur imputare in ſortem, & ſors diminuitur. Vltimum membrū quod reſpicit cōpenſationem partium hæreditatis, quod etiam à Doct. nō tāgitur, præſertim hoc fine. Nam ſi vni ex hæredibus debetur certa pars à cohæredibus, & ipſe inuicem debet certam partē cohæredibus, iſtæ partes cæteris paribus, mutuò compenſantur. ita eſt tex. in d. l. j. §. item ſi cū. ff. ſi pars hæred. pet. vbi fuerāt tres hæredes, vni debebatur ſextans, id eſt, duæ vnciæ, & alii duo, hæres quilibet obligabatur in ſextantē tertio, quo caſu tertius habebat ſextāte plus quàm ad eum pertinuit: dicit Iuriſconſultus cōpenſari ſextantē ſuperfluum cum ſextāte debito. & eſt caſus difficillimus, ſicut eſt in toto libro ff. veteris. Hoc loco, ſalua venia, errauerũt gl. & cōmuniter Doct. qui dicebāt ibidem eſſe compenſationem generis ad genus. Hinc ſumpta occaſione Barto. vt elegantius erraret in l. Męuius. §. duobus. ff. de leg. ij. cū variè diſtingueret genus, inter alia dicebat, genus aliquando pro quota hæreditatis accipi, propter illum text. in §. item ſi cum. certè non tam verè quā ridiculè, quia † hęreditas eſt ius vniuerſale, & iuris ſucceſsio, 22
quod iuris intellectu ſeparari à rebus hæreditariis poteſt, vt ſuprà diximus dum allegauimus l. hæreditas. ff. de pet. hęred. Sed longè aliter habet de genere: genus ſine ſpecie intelligi non poteſt, vt ſuprà diximus: imò † genus nihil aliud eſt 23
quàm ſpecies ſimul collectæ, & genus ſolui non poteſt ſine ſpecie: quæ omnia ſunt diuerſiſsima ab hæreditate, cùm iuris intellectu, vt dixi, hæreditas, non ſunt res hæreditariæ, ſicut etiam gl. illa ipſa in d. §. item ſi cum. a prin. dicit, res hæreditarias non eſſe partem hæreditatis. Tanti eſt veritas, quòd etiam ab inuito extorquetur. Si ergo in tota hæreditate nihil eſt quàm iuris ſucceſsio quæ compenſari poteſt, rectè etiam

dixerimus de partibus hæreditatis,quia ſunt partes homoge neæ,id eſt,eiuſdem naturæ.Nã quælibet pars hæreditatis eſt hæreditas,ſicut quælibet pars lapidis eſt lapis,cùm ſint partes homogeneæ. Et hoc membrũ eſt multũ vtile,etiã hodie, in diuiſionibus hæreditarijs faciẽdis.Sæpe enim fit quòd adiudicatur vni iſta pars per Titiũ debita, alteri alia pars per Flaccũ debita,& ſi eis cõmodum eſt,iſtæ partes poſſunt com penſari.Expediti nunc de iſtis ſex membris,in quibus prope modum ſtat omnis compenſatio,vt faciamus finem huic ma teriæ,occurrit mihi noua quædã dubitatio, quam præterire non poſſum.Vos ſcitis,quòd alius pro alio etiam inuito po teſt ſoluere debitum.Nam ſi Titius ſit creditori obligatus in viginti,& moretur eum ſoluere etiam iudicialiter cõuentus (multi enim ſunt homines ita deprauati,quòd nollent credi tores eorum eſſe perſolutos)hoc loco ſi Valerius ſoluat pro iſto debitore inuito, quod poterit facere, quia vult fortaſſe conſulere famæ ſuæ,eſt ei amicus vel vicinus,ſoluet ei creditorem pro debito.l.ſoluendo.ff.de neg.geſt.l.ſolutionem.ff. de ſolut.inſtit.quib.mod.toll.oblig.in prin.vbi ſunt tex.ex-
64 preſsi,† poſſe ſolutionẽ fieri pro alio etiã inuito,&iſte alius liberabitur:hîc quæro an iſte qui ſoluit pro alio,vel qui ſol uere pergit pro alio, ſi habeat creditorem obnoxiũ in decẽ, an poſsit cõpenſare iſta decem?Finge,tu es obligatus decem Titio,& nõ vis ſoluere,ego qui te amo offero me ad ſolutio nem debiti tui,& cùm Titius eſſet mihi etiã obligatus in decem,an poſsim ſoluendo cõpenſare,& cõpenſando ſoluere? Et videtur vtiq; poſſe fieri,quia compẽſatio eſt interpretata ſolutio.qui poteſt ſoluere,poteſt & cõpenſare,vt iã ſæpe diximus,per l.ſi debitor.in fi.ff.qui pot.in pig.E diuerſo videtur quòd nõ poſsit cõpenſari,per tex.expreſſum in l.eius.C. de compenſ.vbi dicitur,quòd debitum alienum cõpenſari à debitore non poſsit.In caſu noſtro eſt debitum alienũ,quia compenſatio debiti creditoris,eſt aliena cõpenſatio, cum de bitor hoc non poſsit cõpenſare.In iſta quæſtione ego ſubſi-ſto,dubito,relinquo vobis cogitandũ,quia à Doct.non tan gitur,ſed eſſem procliuior in primã partẽ,videlicet,qui poteſt pro alio inuito ſoluere creditorem,poteſt in vicem ſolu tionis cõpenſare,cùm non videam rationem diuerſitatis. Et hîc in caſu noſtro nõ poteſt dici alieni debiti compenſatio,

quia

quia qui pro alio ſoluit, ipſo facto conſtituit ſe debitorē. Si hoc poſſet tolerari, eſſet ſingularis doctrina, & pulchrū conſiliū contra potentes vel terribiles, qui non patiūtur ſe facilè conueniri. Vnde ſi talis terribilis homo cōueniret ſuper debito aliquem priuatū, ego acciperē in me onus ſoluendi hoc debitū pro illo, iam cōmodiſsimè poſſem compēſare debitū quo mihi eſt obligatus terribilis. Sed cogitandum eſt. Porrò ex tex. noſtro circa finem coll. quòd in quibuſcūq; actionibus, etiam in officio iudicis, itē & in perſecutione fideicommiſsi, poteſt fieri compenſatio: hoc voluit textus hic iuncta gl. in verbo, ſiue in rē. quo caſu poteſt cōpenſari in actionibus miſtis. Quæ verò ſint miſtæ, habuiſtis in §. quædā. ſuprà eo. ſcilicet fam. erciſ. cōm. diuid. fin. reg. petit. hære. Intellige, quocunq; caſu incidat debitū quantitatis cùm quātitate, vel debitum rei fungibilis cùm fungibili, vel debitū qualitatum, ſicut ſuprà recēſuimus. Per officiū iudicis quod hic nominat gl. intelligite largiſsimè actiones: quia licet ſtrictè & propriè actio non ſit officiū iudicis, ſed deſeruit officio iudicis, tamen hic accipitur largiſsimè, & pro actione vſurpatur. facit l. actionis verbo. ff. de act. Et ſub officio iudicis, vt glo. ſi. intelligatis, intelligite prætorias ſtipulationes, videlicet cautionem de dāno infect. quæ petitur & obtinetur officio iudicis. Vnde ſi petam à Titio qui habet ædes ruinoſas, vt caueat mihi de damno infecto, ſi eſt contumax, quo caſu prætor mittit me in poſſeſsionem domus ruinoſæ, certè ſi iſte Titius ratione domus per me poſſeſſæ petat cautionem reſpectu aliarum ſuarum ædium, ego poſſum vti compenſatione, Tu non cauiſti mihi, nec ego tibi cauebo. Et iſta poteſt dici compenſatio qualitatum. Cauere, non cauere, ſunt qualitates. Sic in ſimilibus prætorijs ſtipulationibus locum habet compenſatio. habetis tex. in l. ſi ambo. §. fi. & ibi gl. declarantem. ff. de compenſ. Sic iſte qui petit fideicommiſſum ab hærede, hæreditatem ex fideicommiſſo, hæres poteſt ei obijcere compenſationem alicuius debiti. Et ita in ſumma dicetis de quibuſcunq; vel actionibus vel officijs iudicis: hoc tamen cauto, prouiſo, quòd debita ſint vtrobique liquida, ita vt iure aperto compenſatio nitatur. Satis autem † dicentur liquida, ſi intra duos mēſes liquêre poterint, nō difficili negotio, ſed expedita probatione. tex. habetis notabilem in l. auffertur, 25

§.qui compenſationem.ff.de iure fiſci.quod memoria retinebitis,rem ſatis dici liquidam,quæ intra duos menſes facilè liquere poteſt.Sic cõfeſtim & incontinenti dicũtur fieri, quæ intra duos mẽſes explicãtur.habetis gl.in l.j.§.eum.ff.de vi & vi arm.Vnde ſatis dicitur incõtinenti eiectus ex poſſeſsione mea,qui intra duos mẽſes eijci poteſt. Porrò & in crimini-
26 bus,in delictis fit cõpenſatio:vt,ſi tu mihi† dolũ adhibuiſti, ego viciſsim tibi dolum nexui,neuter poteſt alterũ ſuper dolo cõuenire propter cõpẽſationis obiectũ, & ſufficit dicere, Et tu dolum feciſti:quibuſcũq; ſimplicibus verbis etiã extra iudiciũ,vt notabiliter docuit Bar.in l.verum.ff.de cõpen. De iſto mutuo dolo habetis tex.in l.ſi duo.ff.de dol.Vnde ſi permutamus inuicem codices noſtros,tu corruptũ librũ doloſè dediſti mihi,ego è diuerſo corruptũ codicẽ tibi tradidi,neuter poteſt contra aliũ cauſari.Et id quotidie fit in equis cum permutantur,claudus equus cũ luſco equo,in his datur compenſatio,ne alter contra alterũ cauſetur.Sic ſi tu es in negligentia in rebus meis,& ego negligẽter curo res tuas, neuter alterũ impetet,etiã ipſo iure.d.l.ſi ambo.in prin.ff.eod.Sic ſi cõuenis me in iudicio vel extrà,impetis me quòd furatus ſim tibi vaſa argentea,tu obijcis mihi quòd ego rapuerim tibi aliqua mobilia,fit cõpenſatio.d.l.ſi ambo.§.quotiens. Sic ſi tu falſo inſtrumẽto vteris cõtra me,ego per falſas & doloſas euaſiones cõtra te cõtendo,vterq; ſumus in dolo,& neuter alteri improperabit:verũtamen punientur per iudicẽ,quia deliquerũt,vt hîc per Iaſonẽ.Habetis etiam exemplum in l.viro atq; vxore.ff.ſolu.mat.vbi vir petijt dotẽ ab vxore tanquam ab adultera,vxor è diuerſo petijt donationẽ ante nuptias tanquàm à lenone,neutri audiũtur:& facit tex.& ibi Doct.in l. cùm mulier.ff.eo.tit.Aliud exẽplum habetis pulchrum in l. fi.§.ſed & ſi ſtipulator.ij.ff.de eo per quẽ fa.eſt quo mi.iudi. quis ſiſt.vbi promiſſor,reus doloſè ſtipulatorẽ perſuaſit ne perueniret ad iudiciũ,voluit eum facere contumacẽ: ſtipulator è diuerſo alium dolum nexuit cõtra promiſſorẽ,ne ipſe veniret ad iudiciũ:neuter alterum poteſt ſuper dolo impetere.& quomodo in criminibus compenſetur,habetis Din.in regula,In pari.de reg.iur.lib.vj. Conſequẽter prædictis etiã
27 nouerimus,quòd & ad† euitationẽ pœnę cõpenſatio locum habet:quod pulchrè docet Salice.in l.etiam.C.de compenſ.

Vnde

Vnde ſi hæres moratur ſoluere legata pia,quo caſu incidit in pœnā dupli,vt habuiſtis in §.quadrupli.ſuprà eo.& alijs locis.Si impetitur hæres ad pœnam dupli,poteſt obijcere compenſationem:Ideò te non ſolui,quia tu totidem es mihi obligatus:& per hoc euitatur pœna.d.l. etiam. Ex qua doctrina Ioan.Fab.notabiliter determinat.Vos ſcitis quòd emphyteuta,niſi ſoluat canonē in triennio,vel in biennio,cadit ab emphyteuſi,in pœnā poteſt priuari curia dominicali:quid ſi aliquis emphyteuta ceſſauit in canone tres annos,dominus vult eum expellere,an poſsit obijcere compēſationem,& dicere, Domine tu totidē & plus es mihi obligatus,iſta compenſabimus?Et determinat Ioā.Fab.receptā eſſe iſtam cōpenſationem ad euitationē pœnæ.Iaſon allegat Spec.in tit.de oblig. & ſolu.§.nunc dicendū.verſ.quid ſi.cum multis cōcord.quia eſt notabilis determinatio.Inter hæc quærit Ioan.Fab.etiam de alia vtili quæſtione:quia iam audiuimus cōpenſationem facere ad euitationē pœnæ,an etiam poſsit operari ad euitationē pœnæ periurij? Finge, Titius debitor iurat creditori ſolenni iuramento,quòd velit eum ſoluere ad Calen.Septēbres:aduenientibus Calendis ipſe non ſoluit,& cū impetitur à creditore,an poſsit ei obijcere cōpenſationem? Ideò te ſoluere nolui,quia tu totidē es mihi obligatus:an iſta obiectio tantùm polleat quòd Titius nō inciderit in pœnā periurij? Quid diceretis?Eſt quæſtio cōuiualis.Io.Fab.hîc putat eum excuſari ne ſit periurus,quia ſatius eſt retinere debitū,quàm ſolutum repetere,dicit Iurecōſul.in l.iij.ff.de compen.Et faciunt quæ iam ſępe dixi,cōpenſationem eſſe vice ſolutionis. Hoc idē dicitur tenuiſſe Bar.in l.amplius nō peti.ff.rem rat. hab.cū alijs concord.hic per Iaſonem. Breuiter,contrarium eſt verum,per expreſſum text.iuris Cano.in c.ad noſtram.j. extrà de iureiur.vbi debitor dando creditori pignus,iurauit ſe nullum impedimentū facturum creditori,nec in pignore nec in debito,niſi debitū integraliter ſoluiſſet:creditor fruitus eſt pignore,ita quòd multū eſt extenuata ſors:debitor cœpit agere pignoratitia cōtra creditorem,& voluit partem ſoluere in parata pecunia,partē per extenuationem ſortis,quęritur an audiendus ſit debitor?Certę non,propter iuramentum:& tamē voluit æquiualenter ſoluere:extenuare ſortem & ſoluere,ſunt paria.l.ij.C.de pig.act. Vnde debitor ſi vult

redimere pignus,debet redimere directo per pecuniã,& non æquiualenter per extenuationem.Et ita tenẽt omnes Cano. ſicq́; tenendum eſt propter honorẽ iuramenti. Mille dicerẽt contrarium.Tandem vt faciamus finẽ,coll.quòd in aliquib. caſibus non habet locum cõpenſatio.Item in depoſito,vt hic tex.dicit.Rationem in textu audiuiſtis.Item in ſpolio: quia ſi tu me ſpoliaſſes pecunia aliqua vel re mobili,vel alia in qua ageretur ad æſtimationem,ſi ago cõtra te ſuper ſpolio,non obijcies mihi compenſationem.Item & tertiò in notabili caſu in l.ob negotium.ff.de compenſ.vbi ſi alicui mandata eſt cura quòd exercitum foueat bellicum,quòd copia rerum adſit data ei pecunia,at iſte curator in vſus ſuos conuertit pecuniam,poſteà impetitur mandati,quia nõ eſt executus mãdatum,ipſe non poteſt obijcere cõpenſationem,quòd reſpub. etiam ei debeat.Hoc de facto contigit in bono meo fautore, qui mihi multa bona fecit:fuit electus per ducem exercitus cõtra Suitenſes,vt procuraret quòd adeſſet copia exercitui, & accepit in eam rem multum pecuniæ ab Abbatibus & ab alijs,verùm eam pecuniam conuertit in vſus ſuos,ędificauit amplum palatium ex iſta pecunia:poſteà deſinẽte bello cùm impeteretur à Capitaneis,à magiſtratibus,vt daret rationem pecuniæ,ipſe obiecit cõpenſationẽ,dicẽdo quòd Cæſar Maximilianus(laudatiſsimæ memoriæ) eſſet ei in quadruplum plus obligatus.Sed non eſt audita ſua defenſio,& meritò,per
28 hunc aureũ tex.in l.ob negotium.Item † contra Fiſcum non cõpenſatur in caſibus certis,videlicet,ſi petat tributũ,ſi petat pecuniam annonæ,id eſt,pecuniam frumentariã,ſi petat pretium rei venditæ,quia contra eum non obijcitur compenſatio.d.l.aufertur.§.qui compenſationem.in ij.reſpõſ.de iure fiſci.In his caſibus exceptis etiam contra fiſcum compenſari poteſt.d.§.compenſationem.Tandem & contra rempublic. cuiuſque ciuitatis non compenſatur in caſibus quos habetis in l.in ea.C.de compenſa.quibus caſibus exceptis etiam reſpub.compenſationis obiectu repellitur.

§.Præterea.

1 Sũma. Arbitraria actio quæ.
2 Actio quot modis arbitraria dicatur.

3 Actio quare arbitraria dicta.
4 Arbitrium quomodo iudici in arbitrariis, & bonæ fidei, & quàm dif ferenter permiſſum.
5 Iudex quomodo in arbitrariis & bonæ fidei actionibus arbitretur & compelli poſsit.
6 Arbitrium iudicis duplex.
7 Arbitrium in rem & in perſonam.
8 Actio in fact.contra naut.&c.arbitraria.
9 Actio in fact.contra publicanos,arbitraria.
10 Fin:reg.actio arbitraria.
11 Redhibitoria,arbitraria.
12 Actio quod met.cauſa,& actio de dolo,arbitrariæ.
13 Rerum amotarum actio arbitraria.
14 Sententia in arbitrariis qualiter feratur.
15 Iuramentum quomodo ſuper intereſſe præſtetur.
16 Iuramentum ſententiæ æquiparatur,an verò etiam actionē præſtet.
17 Officium iudicis triplex.

SEQVITVR §.præterea.qui eſt admodum ſubtilis in aliquibus locis,propterea aduertendum eſt. Pro euidentia dicendorum præmitto vobis ex ſentētia Bart.in l.vnica.C.vbi côuen. qui cer.loc.dare promi.vbi dicit,† actionē ar- 1
bitrariam eſſe in qua exercetur officium iudicis mercenariū actioni deſeruiens propter aliquod extrinſecum præter naturam actionis. Iſta diffinitio eſt obſcura:ſed debetis ſic intelligere,quādo officium iudicis exercetur circa aliquod extrinſecum,id eſt,circa côtumaciam rei qui non paret ſententiæ,tunc arbitratur iudex quomodo occurratur huic contumaciæ,quo remedio:& hoc eſt præter naturā actionis, iſtud arbitrari nō ſumitur ex viſceribus actionis,ſed ex his quæ aduētitiè,extrinſecus euenerūt. Nam côtumacia non eſt ex natura actionis, ſed quiddam extrinſecum,quod oritur ex nequitia rei, qui non paret ſententiæ vel iudici, & tunc iudex cùm arbitratur circa iſtam contumaciam, actio dicitur arbitraria.Secūdò præmitto,quòd iſta † actio arbitraria,qua- 2
druplici reſpectu verſatur in iudice,& hoc aperiet vobis materiam.Nam aliquādo iudex arbitratur reſpectu certi loci,vt cùm aliquis promiſit ſe ſoluturū certo loco,puta Frācofordiæ,& ſoluit alio loco, iā iudex arbitratur intereſſe actoris, cui Francofordiæ non eſt ſolutum.Hæc dicitur arbitraria actio,propter intereſſe certi loci. Secundo reſpectu dicitur actio arbitraria,vbicunq; locum habet iuramētum in litem.

Cùm enim iurat aliquis ſua intereſſe in aliqua quãtitate, iudex arbitratur circa iſtam quantitatem taxando eam. Et hoc eſt officium iudicis hoc reſpectu, quòd taxat quantitatẽ propter intereſſe, & refrenat iuramentũ in litem: quæ actio arbitraria latè patet, vt poſteà audietis. Tertio reſpectu dicitur arbitraria propter interrogationem iudicis, quia iudex interrogat in actionibus noxalibus, an velit damnum reficere, an verò ſeruum dédere: ſi reſpondet ſe dediturum ſeruũ, iam oritur arbitrium iudicis: ſi ſeruum non dediderit, quomodo reum cogat. Ergo hæc actio arbitraria explicatur interrogã do cùm iudex in alternatiuis interrogat. Quarto reſpectu arbitriũ iudicis verſatur circa merã pœnã, vt in actione quod metus cauſa: niſi reſtituat is qui metum intulit, iudex arbitra bitur circa pœnã quadrupli. Sic etiam in actione doli. In his quatuor reſpectibus concluditur omnis actio arbitraria, vt hîc per Iaſonem. Tertio præmitto vobis pro euidẽtia, quòd
3 † actio arbitraria nõ ideò dicitur, quòd arbitraria ſit nomen proprium actionis, imò eſt quædã adiectio appellatiua, ſicut dicimus in actiõe de peculio, quia propriè nulla eſt actio de peculio, ſed actiones ordinariæ oriuntur propter peculiũ: ſic in arbitraria actiones retinent ſua propria nomina, vt actio realis, actio cõmodati, depoſiti, actio in factum, actio quod metus cauſa. &c. Et arbitrariam eſſe, eſt quædã adiectio, per quam oſtenditur, iudici eſſe arbitrium, quo pacto puniat cõ tumacem, vel cogat eum parẽre ſententiæ. & ita Bart. in l. in bonæ fidei. in prin. ff. de eo quod cer. loc. Accipio §. quem diuido in tres partes. Prima docet quæ ſint arbitrariæ. Secũda, in quibus actionibus arbitraria locũ habeat. Tertia, quid poſsit iudex in arbitrariis. Et quãuis tex. ſit prolixus, tamen ita breuiter & eleganter ſummare poteris vſque ad §. cura. Actiones tam in rem, quã in perſonã quæ infrà enumerantur, ſunt arbitrariæ, id eſt, ex arbitrio iudicis pendent, quemadmodum in eis ſatisfieri actori debeat ſi ſententiæ nõ parea
4 tur. Coll. primo ex princ text. noſtri, & ex fine, quòd † in actionibus arbitrariis permittitur iudici ex æquo & bono facultas æſtimandi intereſſe, ſi ſententiæ ſuæ non pareatur, id eſt, ſi reus non reſtituat, non exhibeat, non ſoluat. Nam & in arbitrio iudicis eſt contra contumacem agendi & procedendi ad pœnam, iuxta conditionem rei in ſententiam concluſæ,

cluſæ,ſicuti idipſum in proceſſu videbimus. Hic dices & pugnabis vehementer: Nónne hoc etiam eſt in actionib. bonæ fidei? quia iudex ex æquo & bono æſtimandi liberā poteſtatem habet quantum actori debeatur: hoc enim audiuimus in §. in bonæ fidei, ſuprà eod. vbi Imp. ponit talia verba, Ex bono & æquo æſtimandi, ſicut hic in fi. Gl. hic in verbo, arbitrarias, mouet hunc nodum, & recitat opiniones gloſſatorum, quia quidam dicebant arbitrarias eſſe bonæ fidei, proptereà meritò eſſe æqualem poteſtatem in actionibus bonæ fidei, & in arbitrariis. Sed hoc eſt falſum, quia arbitrariæ non enumerantur inter actiones bonæ fidei. Vnde alii dicebant eſſe quādam tertiā ſpeciem actionū arbitrariarū, quæ nec bonæ fidei nec ſtricti iuris eſſent. Sed iſta aſſertio eſt de nihilo, vnde gl. ponit veritatem quam communiter Doct. ſequuntur, videlicet, quòd arbitrariæ nō ſint bonæ fidei, ſed ſint ſtricti iuris, quod & verū eſt. Sed hîc oritur nodus indifficilis, id eſt, valde difficilis. Quomodo ergo reſpondebimus ad propoſitū, quòd Imp. vſus eſt eiſdem verbis in actionibus bonę fidei & arbitrariis? Quomodo poterat dormire Imp. & nos ita relinquere in incerto, quod non aliqua differentia vtraq; à ſe inuicem diſcreuit? Quæ ergo poteſt eſſe differentia inter actiones bonæ fidei & ſtricti iuris? Io. Fab. in hoc puncto dicebat, ſe malle diſcere quā docere, adeò res eſt obſcura. Bart. in d. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod certo loc. breuibus verbis, ſed eleganter & verè poſuit differentiam, quam Iaſon hic in duobus locis ſatis latè, declarat & explicat. Et iſta eſt differentia, quòd vtrobique poteſtas eſt iudici ex æquo & bono æſtimandi. Nam in actionibus bonæ fidei, officium iudicis mercenarium deſeruit actioni ſecundum ſuam naturam. Ea quæ arbitratur iudex in actionibus bonæ fidei, arbitratur & diffinit ex robore, vi & virtute actionis: eſt quidem arbitrium, ſed hoc arbitrium perdit nomen, propter virtutem actionis bonæ fidei. Cùm primùm debitor eſt in mora, nō facit quod debet in actionibus bonæ fidei, iam incidit in pœnam, poteſt puniri, etiam ante iudicium, ex ſolo robore, vi & virtute actionis: vnde cùm iudex poſtea eum condemnat, hoc facit pro natura actionis. Exēplum in commodato, in depoſito. Si is qui commodatum accepit, commonitus non reſtituat, iam arbitrium contra eum in lucē formatū eſt ex ipſa actio-

ne bonæ fidei. Vnde ſi iudex poſteà defert actori iuramentum in litem, hoc non facit ex mera arbitraria, ſed facit ex natura & virtute actionis bonæ fidei, quæ actio, vt ſuprà diximus, includit in ſe nec dicta nec cogitata. Officiũ ergò iudicis tãtùm deſeruit actioni, de ſeipſo nihil facit, proprio nixu nihil operatur. Ita ea quæ arbitratur iudex in actionibus bonæ fidei, quæ æſtimat ex æquo & bono, oriũtur ex pinguedine, & efficacia actionis bonæ fidei. Sed in ſtricti iuris iud. arbitraria longè aliter ſe habent: officium enim iudicis in talibus deſeruit actioni, non ex natura actionis, ſed præter naturam actionis, propter aliquem extrinſecum euẽtum, qui nõ includitur in actione. Exẽplum: Quãdo aliquis promiſit ſoluere Frãcofordiæ, certo loco, ſi ſoluit alibi, in alio loco, hoc non eſt ſecundũ naturã actiouis vel cõuentionis, ſed ex quodam extrinſeco euẽtu quẽ noluerunt partes contrahentes. Et ſic ſi petat actor intereſſe, iudex iam pręter naturam actionis diffinict ex mero, ex ſolo officio ſuo, habet poteſtatẽ æſtimãdi ex æquo & bono. Et in ſumma, nõ eſt alia differẽtia, quàm quãdo iudex iudicat, arbitratur ſecundũ nuturã & pro curſu actionis bonæ fidei, tunc dicitur officiũ præſtitiſſe in actionibus bonæ fidei: quando autem arbitratur & diffinit præter naturam actionis, propter accidens aliquod extrinſecum, tunc officiũ præſtitiſſe dicitur in arbitrariis, id eſt, in ſtricti iuris actionibus. Hanc differentiam Bar. breuibus verbis ponit in d. l. in bonę fidei. Poteſtis ſumere exemplum naturale, licet à remotis. Hoſpes exhibet epulas ſano & ægro: in ſano hoſpes nihil aliud facit quã quòd porrexit epulas, iſte ſanus vltro vorat, ſorbet, ex ipſa vi ſanitatis: æger habet eaſdẽ epulas in eadem menſa exhibitas ab hoſpite, ſed non poteſt comedere niſi adhibeatur ſalſamentum, garum, quo ſalſamento inuitetur ad epulas: de quo ſalſamento hab:tis in l. ii. §. planè. ff. de penu leg. Ecce in ægro neceſſarium eſt ſalſamentum, quia proprio vigore nihil poteſt vel modicum. Sic eſt in arbitrariis ſtricti iuris. In ſano omnia ſunt robuſta, quæ comparamus hic actionibus bonæ fidei, quæ proprio robore nitũtur. Gl. hic in verbo, arbitrarias, breuiter diſſoluit hũc nodũ, ſed verbis obſcuris, quia in actionib. bonæ fidei deſeruit officium iure actionis, id eſt, pro natura eius: ſed in arbitrariis ſtricti iuris arbitrium eſt merum, & tantum poſitũ in

pote

poteſtate iudicis. Hęc difficilia poterat Imperator explicuiſſe in vtroque §. in bonæ fidei. & in §. noſtro, & non paribus verbis ingenia noſtra fatigaſſe: quod cōqueritur etiam Ioan. Fab. & dicit Bart. in l. in actionib. in fin. ff. de in lit. iur. quòd hanc materiam nunquam intellexerit niſi modò. Hic incidit alia dubitatio ex verbis gl. noſtræ: quia cùm gl. dicit, † arbitrium in arbitrarijs eſſe merum, & tantūmodo eſſe in iudice, & non in actione, ſicut iam latè declarauimus, an ergo iudex poſsit compelli vt arbitrio ſuo puniat reum non parentem ſententiæ? Et videtur quòd non poſsit, quia in d. §. in bonæ fidei. dicitur ei eſſe libera poteſtas, in §. noſtro dicitur, quòd permittatur iudici arbitrium. & gloſ. dicit, quòd ſit in mero arbitrio. At ea quæ ſunt meri arbitrij, ad talia non poteſt cō- pelli iudex: ſi adminiſtrat officium, bonum eſt: ſi nolit, nemo poteſt conqueri, per l. nō quicquid. ff. de iud. Non quicquid iudicis poteſtati permiſſum eſt, ſubiectū eſt neceſsitati. facit pulchra doctrina Innoc. in c. fi. de fer. vbi expreſſè tenet iudicem non poſſe compelli in merè arbitrarijs. & ita reſidet hic Ang. de Aret. Certè hoc eſſet graue, quòd tantum remedium contra reos cōtumaces eſſet in libera poteſtate iudicis. Vnde Iaſon hic rectè tenet contrarium contra Ang. videlicet quòd iudex poſsit cōpelli ad arbitrandum contra reum contumacem, & niſi faciat, teneretur in ſyndicatu, vel poſſet ab eo appellari: quod verū eſſe conuincitur ex text. noſtro cum dicit, condemnari debeat, quod ſignificat neceſsitatē. & facit l. qui reſtituere. ff. de rei vend. vbi bis dicitur, cōdemnandus eſt, intelligite, reus. Ad obiecta per Ang. & ad doctrinā Innoc. facilis eſt reſponſio, quia † arbitriū in iudice duplex eſt. Aliquod dicitur liberū & merum, quod in ſola poteſtate iudicis reſidet: vt, dando dilationes vbi nulla pars grauatur, prorogandi terminos iudiciales. & multa alia quæ accidūt iudici, quę poteſt facere aut non, id quod docet experientia. de hoc arbitrio loquitur & d. l. non quicquid. Aliud eſt arbitrium quod etiā ſtat in poteſtate iudicis, ſed eſt æquitati adſtrictum, & ſubiectum rationi naturali, & per quod, ſi nō præſtaretur, grauaretur litigans, & diceretur deſertus à iuſtitia. de hoc arbitrio hic loquimur. Aequitas enim & ratio naturalis docent iudicem, imò compellunt, quòd contra reum contumacem vtatur remedijs quibus alteri parti conſulatur. Quis æqua

fronte

fronte ferret, quòd cùm aduerſarius eſt mihi cōdemnatus vt reſtituat rem meam, ipſe nolit reſtituere, & iudex nolit eum compellere? hoc meritò diceretur iudiciū fuſtuarium. Coll.
7 præterea ex tex. quòd † actiones arbitrariæ in rem ſunt & in perſonā, ſicut hic ſatis deducitur per Imp. Et coll. quòd non ſolum in actionibus enumeratis, ſed etiā in alijs ſimilib. locū
8 habet arbitrariū officium iudicis. Gl. enumerat † actionem in factum contra naut. caup. & ſtab. quia cum hoſpites deponunt apud eos res eorū quas inuexerunt, niſi reſtituant nautæ vel caup. in duplum tenebuntur: quod etiam pendet ex arbitrarijs, quia ſi reſtituunt, non puniuntur: ſi nō reſtituunt,
9 iam arbitrio iudicis premūtur pœna dupli. Sic etiam † actio in factum contra publicanos, de qua in l. j. ff. de publica. quia ſi publicani ab hominibus res aliquas auferunt, vel ad illicita
10 cogunt, tunc tenētur pœna dupli etiā ex arbitrarijs. Sic † fin. regund. niſi reſtituat vicinus terram mihi adiudicatam, iura-
11 tur contra eum in litē ex arbitrio. l. ij. ff. fin. reg. Sic † in redhibitoria, cum emptor redhibet pecus morboſum venditori, niſi venditor reſtituat pretium & acceſsiones, iuratur contra eum in litem ex arbitrio. l. redhibitoria. ff. de ædil. ed. Aliqui addunt actionem ex ſtipulatu pro dote reſtituenda, ſed malè addunt, quia eſt inter iudicia bonæ fid. vt audiuimus in §. fue
12 rat. ſuprà eod. Coll. etiam ex text. noſtro, quòd † actio quod metus cauſa, & actio de dolo, ſunt arbitrariæ, ſed differenter. In actione quod metus cauſa, reus habet facultatē reſtituendi vſque ad ſententiā, & ſi non reſtituat, poſtea ex arbitrio quadruplabitur. l. ſi cum exceptione. §. quadruplabitur. iuncta gl. ff. quod met. cauſ. Poteſt etiam is qui metum pertulit agere actione ad intereſſe, & iurare in litem, & tunc non arbitrabitur iudex ad quadruplum, ſed quanti iuratum eſt taxatione facta, vt poſtea dicetur. ita habetis glo. notab. in l. arbitrio. ad prin. ff. de dolo. vbi gl. dat metum paſſo duas vias, duo remedia, aut iurandi in litem, aut agēdi ad quadruplum. Sed actio contra doloſum, actio doli nō quadruplatur, ſed ſemper eſt arbitraria, vt in ea iuretur in litem iuramento affectionis d. l. arbitrio. in prin. ff. de dol. Et vt breuiter in ſumma dicā, hęc eſt regula generalis quā dat Bar. in d. l. in actionibus. Quòd autem diximus & recenſuimus quaſdam actiones ſimiles, ex
13 gl. noſtra additæ † actionē rer. amot. quæ etiam eſt arbitraria:

ria:hoc eſt,cùm vxor amouet res mariti(ne dicam,furatur)& viciſsim maritus res vxoris, facto diuortio : quia crebrò fit quòd vterq; ſibi cõſulat:hoc loco datur arbitriũ, iudex arbitrabitur marito vel vxori,niſi reſtituant.l.ſi cùm dos.ff.rer. amot.Et in ſumma,accipite regulã generalẽ pro intellectu.§. noſtri,quã dat Bar.in d.l.in actionib.ad fi.videlicet, Omnis actio de mundo ſiue in rem,ſiue in perſonã,in qua res aliqua eſt reſtituenda(iſta ſola regula ſufficeret vobis)ſi ſit actio ſtricti iuris,tunc niſi reſtituatur poſt cõdemnationẽ, iurabitur in litem arbitrio iudicis, & taxabit iudex hoc iuramentum. Hanc regulã habetis in d.l.qui reſtituere.in fi.ff.de rei vend. Fiet autem variè cõdemnatio in iſtis actionibus, vt dicit gl. in verbo,condemnatio.Et iſtam variam condemnationẽ ſatis bene explicat gl.pen.Nam tribus modis fit condemnatio.

Primò,in omnibus actionib.in quibus petitur res reſtitui, feruntur duæ ſententiæ.Vna eſt,† quòd reus cõdemnatur ad reſtituendum, & niſi reſtituat, quòd admittatur actor ad iurandum.Secũda ſententia eſt,quòd poſtquàm reus cõtumax eſt,& nõ reſtituit,actor authoritate iudicis iurat in litem iuramento affectionis,id eſt,in infinitũ quanti non vellet carere actor hac re:ſed iudex poſtea taxabit ex arbitrio hoc iuramentum,& refrenabit id quod fortè in immenſum iuraretur.de quo habetis pulchrũ text. in d.l.in actionibus. & in l. arbitrio.ff.de dolo.Et hic modus practicandi præcipuè ſeruatur in actione de dolo,ſi fortè per dolum emũctus aliquis rem aduerſario dedit, quæ niſi reſtituatur, ſeruabitur quod dixi.Poteſt tamen (aduertite ad hoc) actor qui dolum paſſus eſt petere tantummodo verũ intereſſe, & ſuper eo iurare iuramento veritatis,non affectionis,hoc loco iudex arbitrabitur de vero intereſſe.Et quod dixi de actione doli , obſeruatur in omnibus alijs actionib. arbitrarijs in quibus eſt res reſtituenda,cæteris paribus.In metus tamẽ cauſa actione res aliter habet,vt etiam ſuprà diximus,quia metum paſſus cùm petit rem reſtitui,& reus ante ſententiã nõ reſtituat, tunc poteſt ſtatim petere quadruplum in pœnã.d.§.quadruplabitur. Cæterũ ſi vellet iurare in litem,tunc non eſſet locus quadruplo,ſed officiũ iudicis erumperet, ſicut circa alias actiones. Multi errant circa hoc,propterea ſeruate. Secundus modus practicæ, quòd iudex ſtatim prima actione, vnica ſententia condem

14

condemnet aduerſariũ in intereſſe quod petitur & hoc duntaxat eſt in promiſsione quę fit in certo loco. Nã qui ꝓmittit certo loco ſoluere, & ſoluit alio loco, actor nihil aliud quàm intereſſe petet, & damnum, quòd ſuo loco non eſt ſolutio facta. De hoc latius dicemus in § plus loco. infrà eod.

Tertius modus practicæ eſt in noxalibus, in quibus tamen gl. nõ perfectè loquitur. Nam quãdo impetitur aduerſarius ſuper damno quod ſeruus ſuus dedit, vel animal ſuum, quadrupes, tunc arbitriũ iudicis verſatur in eo quòd interrogatur aduerſarius an velit damnum pendere, an dedere ſeruũ, id quod etiam ſuprà declarauimus. Et ſi declarat ſe velle dedere ſeruũ pro noxa, tunc ſeruus incipit eſſe in obligatione, aliàs non eſſet in obligatione, ſed in facultate ſoluendi. l. miles. §. decem. ff. de re iud. Nam noxæ deditio eſt in facultate ſoluendi, nõ in obligatione: ſed hoc loco incipit eſſe obligatus cùm iudex interrogauit. quo loco oritur arbitrium, quia iurabitur in litem, ſicut in cæteris arbitrarijs. Et hoc poteſt etiam eſſe vtile in caſu Aliquis promiſit decem in melle, vel decem in pannis, ille obligatus eſt ad decem ſed habet facultatẽ ſoluendi pannos vel mella. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ff. de ſolut. quia interrogatus litigans an velit ſoluere mel vel pannos aut pecuniam, ſi reſponderit ſe ſoluturum ſpeciem, tenebitur. Iſti ſunt tres modi condemnandi in arbitrarijs, quæ habentur per gloſſ. hîc, ſed non ita perfectè.

In §. in bonæ fidei. in termino membro. ij. fal.

Quòd autẽ fecimus mentionem duplicis iuramenti in arbitrarijs, iuramenti veritatis, & iuramẽti affectionis, debetis
15 nouiſſe quòd † iuramentum veritatis præſtatur tantum pro rebus amiſsis quæ reparari non poſſunt, & continet veritatem: ad quod iuramentũ iudex nõ admittet partem, niſi pars prius taxet quantitatem intereſſe, & poſtquam taxauit, tunc demum iurabit læſus, metum paſſus. Nam ſi iuraret prius de veritate intereſſe, & iudex poſtea taxaret poſt iuramentum, tunc detegeretur periurium iurantis. Sed in iuramento affectionis res aliter habet: quia actor admittitur iurare in tantum, in quantũ extenditur ſua affectio: vt ſi iuraret vſque ad centum vel ad mille florenos, admittitur, & nõ dicetur periurus, quia excuſat ſe cum affectione: ſed poſt iuramentũ tunc taxat iudex arbitrando, taxat quantitatem, vt ſuprà diximus, & refrenabit immoderatam affectionem iurantis. Hic dubitabis,

tabis, an ex iuramento in litem oriatur actio: id eſt, an is qui iurauit poſsit ſtatim ex iuramento agere, ſicut fit in cæteris iuramentis? quia nouimus quòd † iuramentũ æquiparatur 16
ſententiæ. l. ij. ff. de iureiur. vt rectè agat actor, peto decem quia iuraui, an etiã hoc admittatur in iuramento affectionis in litem? Iaſon allegat gl. quæ hoc videatur velle, ego autẽ nõ potui inuenire in gl. Vnde dico cum Iaſone, quòd ex hoc iuramento non oritur actio, niſi poſtquam taxata eſt ſumma, & lata ſententia. Vltimò habetis hîc glo. fi. in verb. ſatisfieri, quæ dubitat circa ea quæ ſuprà latè reſoluimus, quaſi idem ſit officium iudicis in actionibus bonæ fidei & ſtricti iuris. Glo. diſtinguit † triplex officium iudicis, quantũ ad præſen- 17
tia ſatis eſt. Vnum eſt officium quod ſupplet vicem actionis, & hoc dicitur officium nobile, ſicut cùm petunt ſalaria aduocati, medici. Nam non eſt opus quòd ſolennem actionẽ inſtituant, ſed mox adeunt iudicem, implorato eius officio vt ſatisfiat eis. de quo habetis ff. de var. & extraord. cogn. Item quando minores petunt in integrum reſtitui, hoc nõ fit iure actionis, ſed ex officio iudicis, quod officium non eſt actio propriè, id quod eſt perpetuum. l. qui per colluſionem. ff. de act. empt. vbi eſt text. Et de hoc officio nihil ad præſentia. Aliud eſt officium quod deſeruit actionib bonæ fidei iure actionis, id eſt, ſecũdum naturam. Tertiũ eſt officium quod deſeruit actionibus ſtricti iuris arbitrarijs. Sed nos iſta omnia ſuprà latè explicuimus. Sequitur.

§. Curare.

1 ☞ Sententia debet ferri certa. & num. 15.
2 Debet, neceſsitatem importat.
3 Omnimodo, omnino, verba ſunt intenſiua.
4 Penitus verbum, intenſiuum
5 Verba quantũcunque extenta, caſum impoſsibilẽ nõ cõplectuntur.
6 Incerta petitio toleratur.
7 Libellus incertus quando & in quibus admittatur.
8 Vniuerſalia iudicia quæ.
9 Generalia iudicia quæ.
10 Generis obligatio.
11 Intereſſe incertum eſt.
12 Facta incerta ſunt, & qua actione petantur.
13 Fructus & expenſæ licet incerta, peti tamen poſſunt.
14 Pertinentiæ ſunt incertæ.

Senten

16 Sententia quando libello conformis ſit.
17 Incertum & certum non faciunt difformitatem inter libellum & ſententiam.
18 Iudex libellum modificare poteſt etiam ſi non ſit petitum.
19 Acta aſſertoria ſunt, quæ allegant, ſed non probant.
20 Poggianus iudex.

DICITE in ſumma, vſque ad §. ſi quis agens. Iudex certam ſententiam ferre debet, ſi poteſt, etiam ſi ſuper incerta quãtitate actum ſit. Coll.
1 primo, quòd † iudex debet ferre ſententiam certam, & ad hoc aſtringitur neceſsitate, quia ver-
2 bum, † debet, hic in text. poſitum, importat neceſsitatẽ, vt eſt gl. in l. ſæpe audiui. ff. de off. præſid. & Bart. in l. creditores. in ſua repetitione. C. de pignoribus. Secundo coll. quòd verbũ,
3 † omnimodo, eſt intenſiuum & ita generale, vt omnem cau-
4 ſam complectatur. ſicut verbum, omnino, & verbum, † penitus, quæ omnia in diſpoſitionibus intendunt. gl. habetis in l. ſi cũ exceptione. §. quatenus. in verb. omnimodo. & ibi Bart. ff. quod met. cauſ. Debet autem certam ſententiam ferre iudex, ſi ſit poſsibile: ergo arg. à contrario ſenſu, ſi non ſit poſſibile, iudex incertam ſententiam feret, ſecundum Ioan. Fab.
5 Ex quo habetis, quòd † verba quantumcunq; intenſiua, quãtumcunq; effuſa & extenta, tamen nõ complectuntur caſum impoſsibilem, etiam ſi ſit impoſsibilitas iuris, id eſt, difficultas, arg. l. nepos Proculo. in fin. ff. de verb. ſig. quæ ſunt vobis notanda. Vltimò notate ex tex. noſtro in verbo, incerta quã-
6 titate, quòd † petitio incerta in iure noſtro toleratur: cuius contrarium habetis in l. ſi in rem. ff. de rei vend. vbi omnia debent ad vnguem certificari. Hæc eſt res perplexa, in qua ad ambas partes arguitur. Ideo vt ordine tradam hanc rem vtilem vobis, & in practica notabilem, duo capita tractabimus hic: primũ circa incertam petitionẽ, ſecundum circa incertã ſententiam. In primo capite Doct. varij varia ſcribũt, diſtinguentes huc & illuc, vt per Ioã. Fab. hic & per Bar. in l. ij. poſt gl. C. de ſent. quæ ſine certa quantit. profer. Tu autem accipe aliquas doctrinas cum earum limitationibus, per quas facilè expedieris circa iſthæc perplexa. Prima doctrina eſt, † in iu-
7 dicijs vniuerſalib. & generalib. admittitur petitio incerta. Di-
8 cuntur autem † vniuerſalia iudicia, quæ ſunt per intellectũ abſtracta à ſingularib. vt eſt hæreditas, quæ poteſt intellectu

concipi

concipi ſine rebus hæreditariis:vt cùm dicimus,hæreditatem eſſe iuris ſucceſsionem.l.quædam.§.nihil intereſt.ff.de edẽ. & dedi ſæpe exemplum à niue, nempe aliquando frigus in niue conſideratur,& non albedo: ſic eſt multò fortius in hæreditate,quę in ſe eſt res vniuerſalis,& poteſt venire ſine particularibus,iuxta opinionem Scotiſtarum, & eſt de hoc tex.in l.hæreditas,ff.de petit.hæred.† Generalia autem iudicia longè aliter habent, quia ſub generibus verè continentur ſpecies,ita quòd genus non poteſt intelligi, nec intellectu cõcipi,nec vllo modo abſtrahi per intellectum, quin ſemper cõtineatur & intelligatur ſpecies.Cùm enim dico hominem,breuitate ſermonis intelligo omnẽ hominem.l.Mæuius.§.duobus.ff.de leg.ij. Ergo vniuerſale iudicium quo ad effectũ reſpicit particularia,non verè vel cõcretiuè,ſed generale iudicium in ipſa veritate continet ſpeciem. Et ſicut cõceptus animi,rationis,& veritas differunt à ſeipſis,ita vniuerſalia & generalia iudicia differunt: quod notabis,quia nõ inuenies in aliquo Doct.declaratum.Igitur in vniuerſalibus, ſicut eſt petitio hæreditatis, & actio pro dote, quia dos etiã eſt.ius vniuerſale,ſecundum Doct.in l.j.ff.ſol.matr.in iſtis vniuerſalibus procedit incerta petitio:quia cùm dico,peto,domine iudex,hæreditatem, & peto declarari me hæredem,hoc ſufficit in petitione hæreditatis, ſicut ſuprà habuiſtis libellos,& tamen eſt incerta petitio,ſed in executione ſentẽtię certificabitur cùm colligentur res hæreditariæ:quod eſt notabile,quia multi aduocati in hoc errant,etiam in camera Imperii,Sic & in generalibus iudiciis procedit incerta petitio, vt cùm proponitur actio tutelæ,actio negot.geſt.actio pro ſocio. Peto mihi dari rationẽ tutelæ adminiſtratæ,hæc petitio eſt incerta,ſed in proceſſu certificabitur, quia actor eliget vnã ſpeciẽ malæ geſtionis.l.ij.C.de iud.Sic cùm peto à te intereſſe,quia malè geſsiſti negotia mea,hæc eſt petitio incerta,ſed in proceſſu ego declarabo in qua ſpecie aduerſarius malè geſſerit. Ecce quomodo ſpecies cõtinetur in genere,& hoc voluit gl. j.hîc ad fin. Secunda doctrina;In alternatiuis quando electio eſt debitoris, ex neceſsitate admittitur incerta petitio.l. eum qui certarũ.in fin.l.ſi duo.in fi.ff.de verb.obli.vt, ſi promiſiſti mihi Stichum aut Pamphilum,quem tu velis,quomodo poſſem ego hic facere certã petitionẽ, cùm electio ſit tua?

Ergo petam,domine iudex , condemnate per ſententiã reum vt ſoluat mihi Stichum aut Pamphilum.Hæc eſt petitio incerta, ſed neceſſariò incerta donec debitor eligat , quod cogitur facere pendente iudicio,& ſic tũc petitio certificabitur.Si autẽ electio eſſet creditoris,actoris, vt, promiſiſti mihi Stichũ aut Pamphilum quem ego velim, hic non habet locũ incerta petitio,quia in mea volũtate ſtat declarare quem velim. & eum petere,ſicut audiemus in §.ſeq.& ſa.l.vbi autem.§.qui illud aut illud.ff.de verb.obli.Et idem dicemus† in promiſsione generis, quando aliquod incertũ genus promittitur.Non loquor hic de generalibus iudiciis , ſed de vna re ſub incerto genere promiſſa : vt ſi promiſiſti equum in genere,vel bouẽ, vel vas argenteum, hic ſi peto rem promiſſam,petitio eſt incerta,quia ſi electio eſt tua,quẽ ex equis, quẽ ex bubus,quod ex vaſis argẽteis ſoluas,petitio neceſſariò eſt incerta: niſi electio mea eſſet,vt,dabis equum quem ego volo, librum quem ego eligo, iam nõ daretur locus incertæ petitioni,poſtquam certam rem poſſum petere & eligere.habetis bonum text.in l.quæ de tota.§.j.ff.de rei vẽd. Nam ſæpe dixi & repeto,quòd qui equũ vel vas argenteũ in genere promittit,iſte intelligitur omnes equos quos habet,omnia vaſa quæ habet promiſiſſe,ſed ſub electione,vt vna ex ſpeciebus eligatur vel per reũ vel per actorem,ſecũdum quòd cõuentio facta eſt.l.cum incertus.ff.de leg.j. Tertia doctrina eſt , vbicunque incertitudo ex facto aduerſarii proueniat,hîc admittitur incerta petitio. Exemplum poteſt poni in alternatiua,vt prædiximus, quia facto debitoris emergit incertitudo,qui non eligit. Sic etiam in ſuperiori doctrina,cùm aliquid promittitur in genere,facto aduerſarii prouenit incertitudo. Sic ſi volo petere hæreditatem à Titio,& neſcio an pro hærede poſsideat,an pro poſſeſſore , poſſum incerto modo petere hæreditatem à reo,ſiue pro hærede poſsideat ſiue pro poſſeſſore.Ecce incertitudo:& ſuper hoc habetis notab.textum quem ſæpe allegaui in lectionibus meis,in l.j §.quia autẽ.ff.quor.leg.vbi hęc regula ad verbum ponitur cũ exemplo. Sic eſt in rem tradi, cũ peto quòd mihi res tradatur ex contractu emptionis, vel ſaltem intereſſe ſoluatur. Ecce iſta eſt incerta petitio,ſed ex facto aduerſarii,niſi declaret animũ , an tradere velit an ſoluere,l.j,ibi gloſ.ff.de act.empt.Sed hoc eget maiori explicatione,

tione. Ad hanc regulam facit quod dicit Innoc. in c. cum cauſa. de empt. & vend. quòd ex quacunq; cauſa actor probabiliter errat, admittitur libellus incertus. Et alibi in c. conſtitutus. de in integ. reſt. dicit idem Inno. ſi quis in quacunque cauſa probabiliter dubitet, etiã in facto ſuo proprio, poteſt plures actiones in libello proponere, niſi ſint prorſus cõtrariæ. Exemplũ eſt in d. c. cõſtitutus. vbi minor deceptus petijt aut venditionẽ factam irritari, aut ſeſe in integrũ reſtitui: quam petitionem ibi approbat Papa. Et eſt hæc regula vtilis, ſi quis ſua propria inſtrumenta perdidiſſet, vel eſſent igni conſumpta, aut alio euentu, hic poteſt duas vel tres actiones proponere, ſimul vnico contextu, & iudex ſe circa hoc informabit, vt certam ſententiam ferat. Et hoc eſt vobis notãdum in practica, quando noui aduocati faciunt incertos libellos, incertas actiones, & cõtra eos excipitur. iam habent ex iſtis doctrinis quomodo ſe defendant. Quarta doctrina: In obligatione ſimplici & particulari, petitio actoris debet eſſe certa, vt reus ſciat an contendere debeat, an verò cedere. l. j. ff. de eden. d. l. ſi in rem. & hic in tęxtu noſtro. Quæ doctrina multipliciter limitatur. Primò limitatur id quod diximus, petitionẽ incertam non admitti. Nam hoc primò non procedit in intereſſe: † quãdo enim intereſſe petitur principaliter per actionem, 11 iſta actio eſt neceſſariò incerta. ita habetis tex. in l. iij. ad fin. C. de inut. ſtip. Vnde ſufficit ſi dicat actor, Titius me dãnificauit, vnde peto id quod mea intereſt. hæc actio procedit, ſed intereſſe declarabitur per iudicem. tex. eſt in l. vnica. ad fi. C. de ſent. quę pro eo quod intereſt profer. vbi dicitur, per iudicem & per eius ſubtilitatem declarari intereſſe: & hoc tenuit hîc gl. & in alijs locis, quam ſequuntur Bart. & Doct. noſtri, quamuis vltramontani Galli contrariũ teneant in d. l. vnica. dicentes quòd intereſſe de pręterito, hoc eſt, dãnũ quod quis paſſus eſt, debeat certũ pęti, per rationes quibus mouẽtur, & per tex. noſtrũ. Sed verior eſt doctrina noſtra, gl. & Bar. quia pro eo eſt tex. cui reſponderi non poteſt, in d. l. iij. ad fi. C. de inutil. ſtip. vbi expreſsè dicitur, quòd actione incerti debeat peti intereſſe. Præterea ſi iudex debet per ſuã ſubtilitatem declarare intereſſe, neceſſe eſt quòd actio incerta præceſſerit. Nã doctrina eſt recepta, quòd quando declaratio ſpectat ad iudicem, præſupponitur actor incertus in ſua petitione. d. l.

vnica.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt &c.Et non obſtat fundamentũ partis aduerſæ, quę putat hoc intereſſe probari per teſtes,vt ſit certum,quia iſta depoſitio teſtium nõ procedit per ſenſum,ſed per induſtriã,quo caſu rectè relinquitur declaratio iudici.Hoc eſt quod dicit Bal.in d.l.vnica.in v.col. Quòd ſi actor probaret intereſſe ſuũ per vnum teſtem,iam non deferretur iuramentum actori in ſupplementum probationis,quia teſtis per induſtriam depoſuit,non per ſenſum.

Secundò fallit noſtra doctrina,ſi petatur factum:quia petitio eſt de natura facti incerta,† facta enim ſunt incerta,vt dicit l.C.in d.l.vbi autem.§.qui id quod.ff.de verb.obli.vbi dicitur,foſſam fodi,ædificare ſepulchrum,ædificare domũ,eſſe incerta facta:quod latiùs proſequitur Bar.in l.ſtipul.non diuiduntur.in viij.quæſt.ff.eo.tit.de verb.oblig. Intelligite de facto quod adhuc in fieri eſt,non quod perfectũ eſt,quia antequàm fiat,eſt incertum:interea quod fit,etiam eſt incertũ, quod ad ſenſum patet. Tertiò fall.cùm agitur vt aliquis reddatur indemnis.Cùm actor petit à iudice vt condẽnet reum, vt reddat eum indemnẽ,releuet eum à damno,hæc petitio vſqueadeò eſt incerta,vt etiã non niſi incerta ſẽtẽtia fieri poſſit.habetis tex.in l.ij.& ibi Doct.C.de ſen.quę ſine cer.quãt, profer.vbi dicit Impe.hanc ſententiam,Pronuntio vt reddas actorem indemnem, valere, etiam ſi incerta ſit.facit pulcher tex.in l.cum eorum.C.de ſent.vbi pronuntiatur fiſcum reſtituere debere pignora rei fideiuſſoribus,dũmodo fideiuſſores reddant fiſcum indemnem.Et hanc incertitudinẽ cõditio & natura rei recipit,quia cùm indẽnitas pẽdeat ex futuro euentu,& omnia futura ſint incerta,rectè etiã hæc petitio,imò & ſentẽtiæ incertę erunt.indemnitas quippe quo ad ſubſtantiã eſt certa,ſed qualitas, modus,tẽpus,locus indemnitatis ſunt incerta. Quartò fall.† in fructibus & expẽſis,quia poteſt fundus peti cum fructibus perceptis & percipiendis:item poteſt res aliqua peti cũ expenſis factis & fiẽdis,quæ eſſe incerta nemo ignorat:ſed iudex in ſẽtẽtia vel in executione taxabit fructus & expenſas,rediget ad certitudinẽ.Quòd autem ſic poſſit fieri incerta petitio,habetis tex.in l.cum propria.C.ſi quis alt.vel ſibi.& tractatur infrà de off.iud.§.j.quę res egeret maiori explicatione:quia tutiſsimũ eſt,vt etiam aliquando dixi,fructus perceptos ſpecificare,quot ſcilicet frumenti, vini

& olei

& olei &c.ſit quolibet anno leuatum. Et de hoc remitto vôs ad c.ſignificantibus.& ibi Feli.col.vj.& vij.quia res iſta ampla eſt,extrà de lib.obla. Quintò fall.d.quarta doctrina,ſi petatur caſtrum,villa,eccleſia,cũ poſſeſsionibus & pertinen 14 tijs ſuis. Ecce iſta petitio eſt incerta,quia pertinẽtiæ ſunt incertæ,nõ ſunt ſpecificatæ. Quòd autẽ iſte libellus procedat, habetis c.cùm ad ſedẽ.& ibi gl.& Inn.de reſti.ſpol.vbi petita fuit eccleſia cum poſſeſsionibus & pertinentijs. Parẽ textum habetis in c.cùm venerabilis.ad prin.de except. Et iſta procedunt,ſi pertinẽtiæ & poſſeſsiones in actis facilè liquerẽ poſſent:quod tenuit etiam Bald.in l. edita.in lectura Padũana. xiiij.col.C.de eden. Et quamuis Ange.Aret.hic contrarium teneat,tamẽ eá quæ diximus ſunt veriora,quę etiã tenuit Io. Fab.& Iaſ.hic. Ad iſtam fallentiam poſſent multa applicari. Quid enim ſi peto id quod tu poſsides in tali villa?ſi petó quicquid tibi ex hæreditate obuenit?ſi petó mihi ſubiectionem & obedientiã ab hominibus illius villę vel caſtri? In his & ſimilibus procedit petitio incerta,dum tamen pendente iudicio certificetur,quia omnino curari debebit, quòd iudex certã ferat ſententiã,vt per tex.noſtrũ. Prædicta tenuit Spec. in ti.de actione & petitione.§.ſequitur.verſ.quid ſi peto.xij. col.mihi. Doct.in d.c.ſignificantibus. & per Iaſ.hîc,cũ concord. Sextò fall.ſi actor quidẽ ſit incertus qua actione agat, vel qualiter petat,iudex autẽ certus eſt quid actori cõpetat, quia tunc non nocet incertitudo actoris,cùm iudex ex probationib. vel aliter certus eſt quam ferat ſententiam. Hæc eſt doctrina Iaſonis,qui alleg.Bat.in l.Gallus.§.ſi eius.ff.de lib. & poſthu. Vnde ſi hæres alicuius defuncti petat à te codicem vel aliquam aliam rem,quam defunctus tibi cõmodauit,vel apud te depoſuit,ecce iſta eſt incerta petitio,quia hæres merito redditur incertus de facto defuncti. Finge iudicem ſcire quòd hæc res fuerit cõmodata,& non depoſita,iã poteſt certam ferre ſententiam. Hic fingamus,actor petit fundũ, & eſt incertus de finibus,de cõfinibus:ſi iudici ſit cõpertum vel ex actis vel aliter,hos vel hos confines eſſe,iam certam feret ſententiam,non attenta incerta petitione:quia quod actor ſub incerto petijt,hoc reducit iudex ad certum in ſua ſententia. Septimò multũ notabiliter fallit,ſi petitio actoris ſit incerta,obſcura,dubia,& tamen in proceſſu producantur proba-

tiones certæ & ſpecificæ quæ concludant iudicij:iam non nocebit incertitudo libelli,quia fortaſſe libellus admiſſus erat per partem aduerſam non excipientē.Nam eſt doctrina multum memorabilis,quòd licet libellus incertus,dubius,obſcurus,ſi pars aduerſa excipiat nō admittatur,ſed reijciatur incerta petitio,tamen ſi pars aduerſa nihil obijcit,non excipit, & ita libellus procedit ſine pugna,proceſſus propterea non vitiatur.Eſt elegans dictum glo.in l.fi.in gl.mag.ad fi. C.de ann.excep.& glo.mag.in l.j.ff.de eden.Debet tamen poſteà actor declarare pendente iudicio, quandocunque iudex vel pars aduerſa petat,aliàs iudex non poſſet dare ſententiam ſuper incerto.c.cum Bertoldus.de re iudi.Prædicta procedunt in ciuilibus,in quibus admittitur actio incerta:ſed in criminalibus non procederent,in accuſationibus,quia non debet accuſator vagari in incerto cum diſcrimine partis aduerſæ. l.prætor edixit.ad prin.ff.de iniur.Bar.in l.libellorū.ff.de accuſat.Ang.in l.vacantia.C.de bon.vacant.lib.x.Et ita expediuimus primū caput noſtri propoſiti tractatus. Venio nunc ad ſecundum caput,quod ſententiæ certitudinem vel incertitudinem reſpicit. Vnde coll.ex text. quòd quamuis incerta
15 quātitas vel res peti poſsit,vt ſuprà latè diximus,tamē † ſententia non poteſt nec debet ferri niſi certa.per tex. noſtrum, qui ad hoc eſt quotidianus,dummodo hoc poſsibile ſit. Cæterùm ſi non ſit poſsibile,de eo dicemus infrà ſuo ordine.Si ergo ex incerto libello,vel ex incerta actione debet ferri certa ſententia,ſequitur quòd ſententia non ſit conformis libel-
16 lo,contra quod omnia iura clamant,videlicet,† ſententiam debere eſſe conformem libello.l.vt fundus.ff.comm.diuid & dicit Imp.ſtultum eſſe iudicem,cuius ſententia non ſit cōformis libello.in l.fi.C.de fideicommiſſ.lib.Sed certè ſi verum amamus,propter certitudinē ſententiæ dici non poteſt eam
17 ſententiam non eſſe conformem libello:† incertum enim & certum ſunt qualitates,quæ non faciunt difformitatem inter libellum & ſentētiam.De hoc poſteà latiùs.Hinc ſumpta occaſione aliqua dicemus circa ſententiam,an & qualiter debeat eſſe conformis libello. Et certè in Papa & principe hoc nihil neceſſe eſt,quia ſecuri qualiter vel quomodo petitum ſit,iſta ſumma capita ſola facti veritate inſpecta pronūtiāt,ſcilicet quòd nō ſint obligati nec aſtricti Papa vel prin-

ceps ſolennitatibus. Princeps enim legibus ſolutus eſt. l. prin ceps. ff. de ll. quod intelligite quo ad ſolennia iuris, vt Baldus in l. fin. C. eod. titu. & ſic exceptio ineptitudinis circa libellos apud ſummos principes, & item in Camera imperii, non habet locum, quod eſt nota dignum. Et quòd ſola facti veritate inſpecta procedant, habetis Archid. c. ij. de reſtit. ſpol. libro vj. ſicuti eum hic allegat Iaſon. & habetis gl. in c. petitionem. in verbo, reſtituendus. & ibi Doct. extrà de accuſat. Secundò, iſta regula qua dicitur, ſententiam conformem eſſe debere libello, hoc nō procedit in criminalibus. Cùm accuſator proponit libellum contra reum criminis, & petit eum ſic vel ſic puniri, iudex poteſt non attendere hunc libellum, & infligere pœnam reo quam ipſe velit, vel quæ ei iuſta videatur. Ita eleganter Bartolus in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. & expreſsius Baldus in l. & ſi ſeuerior. C. eo. ti. Vnde ſi petat actor reum cædi flagris, iudex poteſt facere eum ſuſpendi, ſi ei videatur. Et hoc mouit Ciceronem in j. libro Diuinat. contra Verrem, vbi cùm ageret contra Ebutiū qui fuerat emētitus accuſator Verris, & egerat ſuper pœna leui, hoc noluit Cicero, quòd imò iuſtus accuſator & pœna iuſta intercederet. Tertio, hæc regula de cōformitate libelli etiam in ciuilibus ſuo loco non procedit, quia iudex quo ad qualitates, tempora, modos, loca, poteſt non ſequi petitionem libelli. Quid enim ſi ſuper cōdemnatione libelletur, & iudex in actis videat condemnationem fieri non oportere, & abſoluat reū? Iā ſentētia eſt difformis libello; ſed circa qualitates abſoluendi vel condemnandi. Vnde dicit eleganter Bald. in l. j. C. ſi plur. vna ſent. &c. quòd ſufficit ſi ſententia ſit conformis libello in re, cauſa & actione. In re petita, quòd iudex de alia re non pronuntiet. In cauſa petendi, quòd iudex aliam cauſam non præferat: quia ſi actor petat ex cauſa depoſiti, iudex non pronuntiet ex cauſa mutui. Sic in actione, quam actionem actor inſtituit vt eam ſequatur iudex ſiue condemnet ſiue abſoluat. Ex quibus ſequitur, quòd † iudex poteſt li- 18
bellum modificare etiam ſi non ſit petitum, vt dicit elegāter Bal. in d. l. fi. ij. col. C. de fideicom. lib. per l. cū is qui legatū. ff. de pet. hæred. vbi aduerſarius qui legatū perceperat à putatiuo hærede, accuſat teſtamentū falſum & obtinet, ſed non reſtituit legatū perceptum putatiuo hæredi. Ecce iudex poteſt

hunc modũ imponere,quòd putatiuus hæres reſtituat hæreditatẽ aduerſario, dum tamen aduerſarius legatũ perceptum reſtituat. Iſte modus nõ fuerat in libello expreſſus,ſed iudex adiecit ex officio. Ita poteſt in multis aliis poni exemplum. Quartò conſiderandum eſt, quòd ſententia poteſt etiã fieri ſuper non petitis in libello,ſi tamẽ ſint de natura petitorum, vel correlatiua, vel correſpondentia,vel ex eodem fonte. Vt, ſi quis petat in libello marcam argenti,iudex pronuntiat tres libras denariorum eſſe ſoluendas,quæ correſpondẽt marcæ argenti.Item ſi petatur ne vicinus quatiat mihi murũ carpentis ſuis,iudex pronuntiat vicinum non debere ducere. Circa hanc partem,iſta correlatiuè correſpondent. Item ſi petatur hauſtus aquæ ex fonte meo pecoribus vicini, iudex decernit poſſe me claudere fontem,iam etiam decreuit hauſtũ eſſe denegandum.Et hoc eſt multum neceſſarium,pulchrũ, & not. in practica,ad defendendas ſententias iudicũ. Hoc eſt quod. boni practici dicunt, Dato quòd hæc ſententia non complectatur rem petitam,complectitur tamen ea quæ ſunt de natura petitorum.Hæcq; ſunt ſignanda albo calculo.Tandẽ glo. hic ex text.colligit, quòd ſi iudex ferat ſententiam in qua ſe ad acta referat,& in actis reperiatur certa quãtitas,quòd iſta ſentẽtia non erit incerta. Exemplũ. Si dixerit iudex, Condemno te ad præſtandum fideicommiſſum, de quo in inſtrumento in actis producto: condemno te ad ſoluendum debitum iuxta cautionem obligatoriam in actis productam:iſta ſententia licet non cõtineat certam quantitatẽ, & ſit incerta ſimpliciter,tamen per relationẽ ad acta dicetur certa: de quo dixi multa in l.ait prætor.§.j.& in l.in ſũma.ff.de re iud. Cæterùm ſi iudex ſe referret ad acta,& in actis nihil cõtineretur ſuper re petita, iſta ſententia meritò non valet,vtpote data ſine cauſæ cognitione.arg.eorum quæ traduntur per Bar.in l.prolatam.C.de ſent.Quid autem ſi iudex in ſententia dicit, Condemno reum vt ſoluat actori id quod debet, ſicuti communiter laicorum ſententiæ proferuntur,an iſta ſententia valeat?glo.variant. Nam Imperator in l.iij.in verb.ſolue.C.de ſent.quæ ſine cert.quant. profer.putat quòd non valeat hæc ſententia: hic contrarium ſentit,& in l.quid tamen.§.Pomponius.ff.de arbit.Breuiter,veritas huius dubitationis pẽdet ex prædictis: quia ſi appareat in actis,quid ſit debitũ,tũc valet

let ſententia etiam ſi nõ fiat relatio ad acta.tex.eſt expreſſus, ne dubitemus,in d.l.iij.C.de ſent.quæ ſine cert. &c.vbi dicit Imperator hanc ſententiam valere & eſſe certam,cũ pronuntiat iudex, Solue omnem quantitatem quam debes,ſi ſaltem aliqua parte actorum liqueat quid aduerſarius debeat. Et ſic limitandus eſt d.§. Pomponius.in l.quid tamen.ff.de arbitr. vbi Pomponius improbat hãc ſententiã arbitri, Solue quod debes.quod verum eſt,niſi in aliqua parte actorum de debito conſtet.Intelligas tamen ſanè.Cùm dicimus,conſtare oportere ex aliqua parte actorum de debito, intelligẽda ſunt acta probatoria , ſicut ſunt teſtes,inſtrumenta,confeſsiones partium,quæ dicuntur acta probatoria. De iſtis intellexit Imperator in d.l.iij.Cęterũ ſi intelligamus de† actis aſſertoriis,id
eſt,cùm actor aſſerit ſibi deberi in libello & in poſitionibus 19
ſuis,allegans reum talia & talia debere,ſed non probãs,tunc procedit §. Pomponius.quia ſententia relata ad huiuſmodi,
eſt de nihilo,& ſapit† iudicem Poggianum, coram quo vene 20
rat Titius petendo centum à Flacco,aſſerebat ſibi deberi: iudex pronuntiauit mox contra reum,Tu nebulo funeſte,ſoluito actorem : poſteà cùm reus ſe defenderet,Domine iudex ſolui,habeo hîc quietantiam: mox vultuoſè conuerſus ad actorem iudex , Tu nebulo, cur petis ſummã quæ tibi ſoluta eſt ? & ſic eodem veſtigio iſte fatuus iudex,ſecutus acta aſſertoria,duas contrarias dedit ſententias. Inferunt Doctores hic multas quæſtiũculas circa formas ſententiarũ, quæ quia poſſunt omitti,ea tranſibimus, dum hoc vnum dicam : Licet ſententia ſemper debeat eſſe certa,hoc tamen non procedit ſi ſit difficilè,quod hic Imperator dicit poſsibile. Exemplum optimum habetis in ſententia quæ fertur in poſſeſſorio retinendæ, vbi ambæ partes cõtendunt ſuper poſſeſsione fundi, & ambæ partes probant de poſſeſsione : iudex cùm neſciat quis ſit potior,dat ſententiam incertam,ſcilicet, vti poſsidetis ita poſsideatis: quaſi dicat,neuter faciat alteri violentiam, ſed maneat quiſque cum ſua poſſeſsione ſicut poſsidet , donec in iudicio ordinario de iuſtitia poſſeſsionis cognoſcatur.Iſte eſt intellectus huius ſententiæ incertæ.In fine gloſſa hic notat vel colligit ſententiam fieri oportere in ſcriptis, per l.ij.C.de ſenten.ex breuicul.recit.& dicit quòd hoc fallat in quatuor caſibus,quos enarrat.eos videte.

§. Si quis agens.

1 Intentio, id eſt actio. Intendere, id eſt agere.
2 Cadere cauſa, rhetoricum.
3 Ignorantia quando excuſet.
4 Minor facilitate ſua labi præſumitur.
5 Iuuenta & Iuuentus diuerſa.
6 Ignorantia facti alieni iuſta. Et quibus caſibus id non procedat.

ISTA eſt materia prolixa, ſine magna vtilitate, & ſatis facilis: habet materiam cohærentem vſque ad §. prætereà. Ego autem per verſiculos declarabo, & per doctrinas, loco ſummarii & caſus. Vnde in §. ſi quis agens. vſque ad verſic. plus. habetis hanc doctrinam: Olim qui plus in intentione, id eſt, in actione propoſita petiit, cauſa cadebat, nec in integ. reſtituebatur, niſi eſſet minor, aut niſi iuſtiſsima ignorantia interceſsiſſet. Exemplum ponit Imperator: Si legatarius totum legatum petat in iudicio, & hæres producat codicillos in quibus pars legati eſſet adempta legatario, vel in quibus fuerant adhuc aliis legata facta, ita quòd locus erat Falcidiæ, quòd hæres poterat quartam partem deducere à legatis, & ſic legatario competebat tantùm dodrans, id eſt, nouem vnciæ in legato, certè legatarius excuſatur iuſta ignorantia qui petiit totum legatum. neſciuit enim de codicillis quos hæres produxerat. Hoc vult in effectu hoc principium. Coll. ex
1 iſto tex. modica quædam. & primò tex. expreſſum, quòd † intentio ſumitur pro actione: & eo verbo vtitur Imperator inferius plus ſemel cùm dicit, Intendit, id eſt, agit, experitur. De hoc dixi ſuprà circa prin. tit. noſtri. Secundò collig. quòd olim duriter agebatur cum eo qui plus petebat quàm ei debebatur, quia fecit iacturam cauſæ, perdidit totam maſſam. Hodie autem mitius agitur, ſicut in ſeq. audiemus. proptereà non eſt hic ſtādum, quia per duas aut tres col. recitatur tan-
2 tum antiquum ius. Tertiò coll. quòd † cauſa cadere eſt Rhetoricorum phraſis, & ſignificat cauſam amittere, vt hìc inter-
3 pretatur ipſe Imperat. Quartò coll. ex tex. quòd † ſiue ſciens ſibi cōpetere debitum, ſiue ignorans, dum ſit ignorātia craſſa, affectata, tunc ſi plus petat, in pœnam incidit ſine aliquà

re ſtitu

reſtitutione in integrũ. Vnde dicit hic Ioan.Fab. prout eum allegat Iaſon,quòd ſi ꝓcurator meus accepit à debitore meo partem debiti,& ego poſtea totum debitum peto à debitore, tunc dicor plus petiſſe,vt in pœnam incidam, quia eſt craſſa ignorantia,debebam prius inquiſiuiſſe procuratorem an totum vel partẽ debiti exegerit,& ſic ego dominus fui in craſſa ignorantia, Præterea coll.† quòd minori circa hanc cõſtitutionem ſuccurritur per reſtitutionem in integrum, ſi ſua facilitate lapſus ſit petendo, quod in dubio præſumitur, per elegantẽ text.in l.j.ff.de minor. Sed hoc certè nõ procederet ſi minor fuiſſet in dolo:poſſunt enim etiam minores dolum committere,quia tunc ei nõ ſubueniretur quo minus etiam hodie cauſa caderet,non per hunc text ſed per l.vnicam.C.de plus petit.quod intelligas de vero dolo & manifeſto. Nam ſi eſſet minor in dolo præſumpto,ſcilicet in lata culpa de prę- terito, tunc nihilominus ei ſuccurreretur. & ita intelligitur §.fi.in l.j.ff.de eden.vt per gl,in l.vbi exigitur,in princ.ff eo. tit.Poteſtis etiam hic coll.Imperatorem impropriè loqui in vocabulo iuuentutis:poterat nominare iuuentam,quia † iuuentus dicitur multitudo iuuenũ,iuuenta reſpicit ætatem.ita Caper grammaticus. Finaliter coll.quòd † iuſta eſt ignorãtia in alieno facto,in quo conſtantiſſimus errare poteſt.l.in omni.ff.de iur.& fact. ign. Hoc fallit in aliquibus caſibus, quorum aliquos hîc recenſere volo. Primò fall.ſi is qui dicit ſe ignorare factum alienum,ſæpius tractaſſet hoc factũ,interfuiſſet dum tractaretur,ſicut ſunt amici compoſitores vel arbitratores & mediatores qui in factis alienis componendis verſantur.ita not Bald.in l.cum rem alienam.C.de lega. per eleg.l.Procula.ff.de probat. vbi Procula ſæpe tractauit rationes cũ fratre ſuo,poſt mortẽ fratris ſui Procula captioſa mulier petijt fideicommiſſum ab hæredibus fratris,dicens ſe hoc ignoraſſe tanquam factũ alienum. Cæterùm ei obiectum fuit,quòd multas rationes,ſæpius tractatũ cum fratre feciſſet,vt ita præſumatur nõ ignoraſſe fideicommiſſum.Secundus caſus eſt,ſi aliquid eſſet publicatum in valuis curiæ, ſicut hic publicatur pro foribus eccleſiæ, per l.ſed & ſi pupillus.§.proſcribere.ff.de inſtitor.vbi palàm proſcriptũ fuerat, id eſt,in publicũ ſcriptũ ne aliquis cõtrahat cũ Titio qui ſit pupillus.In his ſic publicatis,nõ poteſt prætẽdi ignorantia à

4 5 6

quoquam indigena, quia quod à multis noſcitur, non præſu mitur ab vno ignorari. Tertius caſus eſt, ſi aliquod alienum factũ ſit grande, maioris abollæ, vt Iuuenalis dicit, ſit arduũ, quod nõ facilè detur obliuioni, quia in eo nõ recipitur igno rantia, tanquam in alieno facto. c. cum illorum. in fin. extrà: de ſent. excõ. vbi eſt text. Alios caſus habetis multos in quibus ignorantia alieni facti non excuſatur, in c. ab excommu nicato, per gl. & Doct. de reſcriptis. Poſtremò coll. in textu noſtro, quòd excuſatur qui totum legatum petit, etiam ſi aliqua pars adempta ſit in codicillis: & ſic ſcientia teſtamenti, non infert ſcientiam codicillorum.

Verſ. Plus autem.

1 Plus quomodo, quibus, & quot modis petatur.
2 Saluo iure ſuperflui clauſula.
3 Plus tempore petit, qui ante diem petit.
4 Comparatiuus abuſiuus ſine poſitiuo.
5 Dictio ſimplex, propriè & impropriè.
6 Argumentum à contrariis duplex.

EXPEDIT I de iſto princip. accipiamus verſi. PLVS, quẽ continuo vſq; ad verſ. Loco. Sum
1 marij loco & caſus, ponite hãc doctrinã: † Plus dicitur peti quatuor modis, re, cauſa, tempore, & loco. Gl. hic ponit verſum: Plus petitur cauſa, tempore, reque loco. Is autem dicitur plus repetere, qui plus petit quàm debitum ſuũ ſit. Tempore autẽ dicitur plus peti, quando aliquis præmaturè, id eſt, ante diem & cõditionem petit. Nam ſicut minus ſoluit qui tardius ſoluit, ita è regione plus petit, qui citius petit. Coll. ex textu noſtro, quòd qui petendo principale debitum auget, is dicitur plus petere: vt, ſi viginti petat pro decem: ſi totum fundum petat cum ei pars debeatur: ſi totam hæreditatẽ petierit qui in partem hæres eſt: & multa ſimilia, quæ quotidie contingũt. Hoc verum eſt in principali debito, cùm principale debitũ augetur & increſcit. Sed hoc non habet locum in acceſſorijs, ſecundum Ioan. Fab. hic, & Ioan. de. Plat. quos allegat Iaſon. Vnde ſi petam fundum cum fructibus, domum cum penſionib. vel ſi petam rem aliquam cum intereſſe, & tamen mihi non debeantur

tur nec fructus nec penſiones nec intereſſe, ecce iſte nõ dicitur plus petiſſe:quod eſt not.dig.quia acceſſoria non faciunt plus quod pœnam mereatur. Et hoc eſt pro nouitijs aduocatis & prælocutoribus multũ vtile,quia ſemper dicũt in fine, Et hæc peto, Domine iudex, cum omni intereſſe. Ita faciunt noſtri imperiti prælocutores hic in iudicijs, petũt intereſſe, & neſciũt quid petant. Secundò poſſunt excuſari hi qui plus debito petunt,ſi annectant hanc ſalubrẽ † clauſulã in libello, 2 ſcilicet,Hæc peto,ſaluo iure ſuperflui. Ita ſingulariter Anto. de Butri.in c.ij.ad fi.extra de lib.obla. Coll.ex text. noſtro, quòd † qui petit debitum ante diem, iſte dicitur plus petere: 3 & eſt vna quaſi noua limitatio ad l.obligationũ.§.placet.ff. de act.vbi tempus nihil facit in obligatione,nihilominus inducit moram ſi tempus ſit præfeſtinũ, præmaturum, hoc eſt quod dicitur vulgò, Præmatura ſeges noſtris non creſcit in agris. Et hæc doctrina procedit nõ ſolum ſi cõuentione partium ſit dies appoſita,vt promitto ad Calen. Martias,ſed etiã ſi ex natura rei inſit dilatio. Nam petere fructus fundi antequàm naſcantur,partũ pecoris antequã editus ſit, is dicitur etiã ante diem petiſſe,vt incidat in pœnam.& ad hoc facit iſte verſicul. Præmatura ſeges &c.tex.habetis in l.interdum.ff.de verb.oblig. vbi interdum natura & conditio rei ſuſpendunt puram ſtipulationẽ:vt qui ſtipulatur fructus fundi,nõ ſtatim petere poteſt,ſed expectandi ſunt fructus. & hoc eſt not.dig. Porrò iſtam doctrinã intelligite,etiã ſi ex lege detur dilatio, vt in exactione dotis, hæredes mariti habent annum à lege intra quem reſtituant dotem in rebus mobilib.exiſtentem.l. vnica.§.exactio.C.de rei vxor.act. Vnde ſi vxor vel hæredes vxoris peterent res mobiles ante annũ, inciderẽt in pœnam. Sic dicimus de termino ſolutionis,qui datur iudicatis. Olim fuêre quatuor menſes: hodie ſecundũ conſuetudinẽ locorũ, vt diximus in l.debitorib.ff.de re iud. Omnib. iſtis caſibus q antè petit,in pœnam cõmiſit. Coll.etiã ex text.noſtro, quòd qui pendente conditione debitũ petit,dicitur plus petere: vt, ſi ſtipulor decem ſi nauis veniat ex Aſia,ante euentum conditionis petere nõ poſſum ſine pœna. Sed quomodo dicar hoc caſu plus petere?cum † plus ſit cõparatiuus, qui præſuppo- 4 nat poſitiuũ. At hic nullus eſt poſitiuus in cõditionali obligatione,quia nunc nulla prorſus eſt petitio cum nõ inſit ali-

qua

qua obligatio. Inſtit.de verb.oblig.§.ex conditionali. Quomodo dicitur plus petere, qui penitus nihil petit, ſcilicet ante conditionis euentum? Dicit Iaſon, quòd ſit cõparatiuum abuſiuum: abutimur hoc loco cõparatiuo, quia in veritate non petit plus, nec plus, nec quicquã, nec minus, qui ante conditionem petit, quod eſt nota dig. In huiuſmodi locutionibus abutimur verbis: ergo hoc verbum, plus petere. quo ad obligationem ante diem propriè capitur, quo ad obligationem
5 ſub conditione impropriè: & ſic vna † dictio in vno ſtructu orationis propriè & impropriè capitur, quod certè non eſt infrequẽs in iure noſtro. facit l.j.ff.quand.act.de pecul.ann. eſt.cũ vulg. Hæc eſt vna clauis in iure noſtro. Coll. prætereà
6 hic anceps, id eſt, † duplex argumentũ à contrarijs, quod hactenus nõ inueni in iure. Quia ſicut qui tardius ſoluit, dicitur minus ſoluere. l. ſi cui. §. minus. ff. de ver. ſig. ita qui citius petit, dicitur plus petere. Hoc eſt quod dicimus, contrariorũ eſt eadẽ diſciplina: de quo per Doct. in rub. ff. de acquir. poſſ. Quòd autem ſit duplex argumentũ à contrarijs, manifeſtum eſt: quia primo ſumitur arg. à tardiori ad citius, & eodem contextu ſumitur arg. à ſolutione ad petitionem: quod ſeruabitis, quia non temerè inuenietis in iure duplex arg. à contrarijs vno contextu. Et ad hoc arg. ex contrarijs ſequitur aliud arg. Sicut propoſitum in propoſito, ita oppoſitum in oppoſito. fac. eleg. text. in l. fin. ad ſi. ff. de leg. iij.

Verſ. Loco.

1 Promittens ſoluere certo loco, iure ciuili alio loco ſoluere nõ tenetur.
2 Intereſſe debitoris non ſuo loco conuenti, multiplex.
3 Pudoris habetur intereſſe.
4 Forum quibus, & quot modis ſortiatur.
5 Incolæ & ciues quibus fiant & differant.
6 Debitor qui in loco debito non ſoluit, an poſsit conueniri vbique locorum vbi forum ſortitur.
7 Vagabundus vbique conueniri poteſt.
8 Friburgenſium mos debitores capiendi.
9 Quod certo loco, arbitraria actio.
10 Intereſſe debitoris & creditoris an ſimul vna & eadem cauſa conſideretur.
11 Alteruter quid importet.

Nouum

12 Nouum contra gl. & Doct. pro Placentino.
13 Plus petitionis libell. & practica.

ISTE verſ. continuatur vſque ad verſiculum, Huic autem. Potes talem doctrinam elicere: is dicitur plus loco petere, qui alio loco petit, quàm in quem facta eſt promiſsio. Coll. primò quod † is qui ſtipulatus eſt certam ſummã petere in loco certo, puta Epheſi, ſi petat hanc ſummam debitam in alio loco ſine commemoratione loci conuenti, id eſt, quod non commemorat, non exprimit in libello locum cõuentum, ſcilicet Epheſinũ, iſte dicitur plus loco petere, quia adimit, tollit, aufert vtilitatem reo. debitori, quam haberet, ſi loco conuento impeteretur: vt, ſi creditor petat à debitore debitum Baſileæ, quod debebat petiſſe Argentinæ, ecce iam plus loco petitur, & ſic iudex arbitrabit circa intereſſe ipſius debitoris, id eſt, ex officio æſtimabit quantum ſit æquum & bonum ſubueniendi debitori & conſulendi ei, vt cõſequatur vtilitatẽ ademptam. Hoc voluit Imper. noſter, quem hic declaramus aliquanto diligentius, quia materia conuentionis ad certũ locum, eſt obſcura, perplexa, & ſubtilis, vt toto tit. ff. de eo quod cert. loc. Sed hic quæras, † quod eſt debitoris intereſſe, cùm conſtet eum eſſe debitorem? Dicite, in multis intereſſe rei, vt potius conueniatur in loco conuento, quàm alibi. Aliquas rationes hic tractat Imperator in text. ibi, Propter quam cauſam: quia fortaſſe debitor conuentus loco nõ ſuo, cogitur fœnerari ſub maioribus vſuris vt ſoluat creditorem, vel fortè maiorẽ pœnã cogitur promittere illi qui ei ſubuenerit. Et dicit Imperator, quòd vtilitas vel intereſſe debitoris facilè cõſideratur in mercibus, ſcilicet frumento, vino, & oleo, quæ res facilè variantur iuxta varias regiones. Nam Argentinæ frumentum eſt multo parabilius quàm hic ſit, & hic eſt parabilius quàm Baſileę, quàm in aliſs ciuitatib. Sueuiæ. Ecce quomodo appareat vtilitas. Si creditor conueniſſet me Argentinæ in loco cõuento, potuiſſem minori diſpendio ſoluiſſe frumentũ vel vinum debitũ. Et ita ſentite de omnib. rebus fungibilib. Poteſt & aliud eſſe intereſſe ꝓpter monetã, quia facilius eſt debitũ ſoluere Baſileæ quàm Argentinæ, propter grauitatẽ monetæ. Itẽ poteſt etiã dari intereſſe pudoris, quia pudor poteſt eſſe debitori quòd in alieno loco

conueni

conuenitur, vt ſic appareat egeſtas ſua. Quòd autem cõſideretur intereſſe pudoris, præſertim in bonis & honeſtis viris,
3 Bald. tenuit in conſilijs ſuis: quia† pudoris habetur intereſſe. l. Quintus. ff. mand. l. pecuniæ. ff. de alim. leg. vbi propter pudorem recuſatur quod aliàs non recuſaretur. & fac. l. ſi cum ante. ibi gl. in verb. remaneret. C. de don. ante nupt. vbi dicitur, intereſſe etiam à remotis conſiderari. In his & ſimilibus poteſt intereſſe prætendi in debitore contra creditorem, qui loco plus petijt. Quid autem ſi creditor commemorat locum in libello ſuo, ſic dicens: Peto decem à Titio, quæ hic Friburgi promiſit mihi ſoluenda Argẽtinæ, an tunc creditor excuſetur? cùm text hic dicat, Sine loci cõmemoratione. Ego credo eum non excuſari, ſed magis delinquere, quia locũ conuentionis exprimit verbis, & tamen conuentionem non ſeruat, quæ eſt quædã temeritas meritò coërcenda: quod tamen ego limitandum puto, ſi creditor iuſtam & quaſi neceſſariã cauſam haberet ibi potius petendi quàm loco conuento: quæ iuſtæ cauſæ ſtant in arbitrio iudicis, ita quòd iudex nõ ſolũ æſtimabit quantũ interſit, ſed an interſit: quę eſt not. ampliatio ad materiã arbitrarię, de qua plura tractauimus in §. prętereà. ſuprà eo. Secundò coll. ex text. noſtro, in fi. quòd creditor qui petit in loco cõuento, nõ habet neceſſe quòd commemoret vel exprimat locum. Vnde ſi conueniat debitorem Argentinæ, ſufficit dicere, Peto debitum à debitore, etiam ſi locum conuentum non exprimat, vt hic per Imp. Nam ſatiſfecit conuentioni etiã ſine verbis expreſsis. Quid autẽ ſi creditor petat debitũ à debitore in loco domicilij, id eſt, in loco vbi debitor fouet domiciliũ, cùm tamen cõuentum ſit quòd ſoluat Argentinæ, an etiam dicatur loco plus petere? Dicite per gl. elegantem hîc in verb. loco, quòd creditor nihil delinquat petendo debitum in loco domicilij, præſertim ſi dicat, Peto decem mihi ſoluas hîc, vel vbi ſoluere promiſiſti, ita gl. tenet. Ego dico quòd debitor non delinquat ſi purè & ſimpliciter in loco domicilij pecuniam petat, quod eſt not. dig. etiam ſi partes alibi conuenerint de loco, text. eſt in l. hæres abſens. §. fi. ff. de iud, vbi promiſerat aliquis ſoluere debitum in aliqua ciuitate Italiæ, dicit eleganter Iureconſultus, quòd iſta pecunia peti poſsit etiam in prouincia, id eſt, in loco domicilij. Quid autem ſi reus conuentus loco debito, non ſol-

uerit,moretur ſolutionē,fruſtretur creditorem,differat,lati tet,ita quòd creditor non poteſt cōſequi debitū,an tunc poſ ſit alibi conueniri debitor? Dicite vt not.per gl.hîc in d.verbo,loco,quòd is debitor poteſt eo caſu conueniri,vbicūque locorum inuentus fuerit,& nō dicitur creditor plus loco pe tere,dum tamen debitor in alijs locis etiam ſortiatur ſorum, Sortiuntur autē forum varijs modis.† Primo ratione domi 4
cilij,vt iam diximus.quia vbi quis habet domicilium, ibi tutò cōuenitur.Itē ratione cōmunis patriæ,vt eſt Roma: quilibet poteſt conueniri Romæ,quia eſt cōmunis patria.l.Roma.ff.ad municip.quod ego hodie non credo eſſe verū, niſi quo ad Curtiſanos,illis eſt cōmunis patria.Et certè ſi videri mus hîc Imperatorem,tunc apertè contrariū innuit,cùm di cit,Romæ purè intendat dari ſibi oportere:certè ibi non ha betur pro cōmuni patria.& in l.qui Romę.in prin.ff.de ver. obli.Item & tertiò ſortitur aliquis forum ratione patrimonij ſui:quia in quo loco quis habet maiorem partem fortunarum,in eo loco eſt ſubiectus foro & iuriſditioni. text.eſt no.in l.ſi fideicōmiſſum.§.tractatum.ff.de iud.& bonus tex. in l.ciues.ad fi.C.de incol.lib.x.In qua l.eleganter colligitis fundamentum inſtitutionis Friburgen.quia ibi † ciues diffe 5
rūt ab incolis,& iſta tria faciūt ciues,ſcilicet origo,allectio, vel adoptio. Sed incolæ dicuntur qui habent domiciliū in lo co,qui poſſunt facilè mutari.Sic etiā hîc habemus ciues & incolas.Itē & quartò ſortitur aliquis forum ratione tēporis: quia ſtudens aliquis,vel alius alienus,ſi decem annos habitet in loco,& poſteà parat domicilium,is iam dicitur incola,& ſortitus eſt forum loci.l.ij.C.de incol.lib.x.Quapropter ne ceſſaria nobis ſunt priuilegia noſtra,quæ nos tuētur ne ſortiamur forū hîc.Itē ratione ordinis vel clericatus, vt clerici habēt ſuos ſuperiores,quia ſunt clerici.in Auth.vt cler.apud prop.&c.Item & ratione matrimonij,quia vxor traducta in domū viri,ſortitur forū ipſius.per not.tex.in l.exigere.ff.de iud.vbi cōſideratur locus mariti in quo habitat,& non conſi deratur locus cōfecti inſtrumēti dotalis.Alios modos videte in d.l.hæres abſens.§.proinde.per gl.magiſt.ibi,in verbo, debebit.& Spec.in tit.de compet.iud.adit.Iſta ſunt vtilia pro opinione gl.quā ſuprà retulimus,quòd poſsit cōueniri debitor vbicunq; locorū,dūmodo ibi forū ſortiatur.Vidiſtis

enim quot modis ſortiatur forum. Reuertẽdo ergo ad propoſitum,doctrina gl.eſt cõmuniter recepta à Doct. videlicet
6 quòd † debitor qui in loco debito nõ ſoluit, poſsit cõueniri vbique locorũ vbi ſortitur forum. Contra hanc opinionem Placent.docuit contrarium,vt eum hîc refert gl.& in l.j.ff.de eo quod certo loco.& in multis aliis locis: qui Placentinus voluit,quòd ſi debitor in loco cõuento non ſolueret,vel fruſtraret creditorem,poſſe tunc debitorem cõueniri vbicunq; locorũ,etiã vbi forum nõ ſortiretur:mouetur per duos text. not.in l.eum qui.ff.de iud. vbi quidã locauit facere aliquod opus Capuæ,& non fecit,dicitur quòd in quolibet loco poſſit conueniri. Alius text.eſt in l.ſi duo.§.j.ff.de conſtit.pecu. vbi aliquis conſtituerat ſe ſoluere pecuniã Capuæ,& nõ ſoluit,dicit tex.quòd poſsit in quolibet loco conueniri. Ecce duos apertos text.pro Placentino. Sed gl. ſupplet:cùm dicitur,in quolibet loco,intellige idoneo. Barto.non placet iſta ſuppletio,in l.j.ff.eod. de eo quod cer.loc. per rationem quã ibi latius tractat. Et certè quamuis opinio gl.contra Placẽt. communiter ſit recepta,tamen mihi videtur opinio Placent. multùm probabilis,quia text.ſunt aperti, & ſuppletio gl.mihi videtur impertinens:tamen quia à cõmuni opinione difficilè receditur,vnde eam retineamus.Poteſt tamen opinio Placentini ſaluari in tribus caſibus,licet Doct.non tangant.Primus caſus eſt in vagabũdo,in eo qui vagatur per orbem, nec habet aliquod forum, quia tunc de neceſsitate recipienda eſt
7 doctrina Placen. † quia poteſt vbiq; conueniri,quocunq; loco inueniatur. Et hoc eſt valde elegans dictũ Bar.in l.j.ad fi. C.vbi de crim.ag.opor.& idẽ in l.iiij.§.prætor.poſt not.tex. ibi.de dam.infect. Secundus caſus eſt in eo qui non eſt vagabundus,& tamen non habet ſpeciale forum,ſicut ſunt mercatores trãſitorii,ſicut ſunt empirici,& ſimiles huiuſmodi.Nã & in eis poteſt verificari opinio Placent.vt quoquo veniant conueniri poſsint. Tertius caſus eſt,quãdo inter partes conueniat,quòd ſi debitor non ſoluat loco cõuento, tunc poſsit vbique conueniri:quia tunc procedit opinio Placent.licet ex conuẽtione partiũ. Sic hodie fiunt literæ obligatoriæ,quòd niſi debitor ſoluat,poſsit conueniri, vel de iure eccleſiaſtico vel ſeculari,vbicunque inuentus fuerit: & hæc conuentio eſt recepta etiam iure,per l.cõtraxiſſe.ff. de act.Contraxiſſe videtur

detur in eo loco,in quē confertur ſolutio. Et ſic iſte debitor cenſetur contraxiſſe in omni loco,vbicunque conuenitur & ab eo debitum petitur,& cēſetur ſortitus forum in quolibet loco.quod faceret pro opinione gloſſæ. Videtur ſortiri forū in quolibet loco. Et non ſolùm in debito principali ſortitur forum,ſed etiam in expēſis & alijs acceſſorijs.c. dilecti.& ibi Panor.de for.compet. Quam tamen doctrinam not.limitat Ang.in l.cùm res.ff.de leg.j.videlicet,niſi debitor inueniatur in loco peſtifero,vel in loco hoſtili,vel ſi nauigio tranſuehe retur cùm alijs nauitis,cùm alijs vectoribus, quia nō poſſet de naui abduci:quam rem Ange.Aret.hîc latiùs tractat. Hodie prouiſum eſt per ſcribas,per Notarios,qui clauſulis vtūtur,ſiue debitor per aquam ſiue per terram vehatur. Nos hîc †Friburgi antiquis moribus introduximus,quòd ciues no- 8 ſtri & incolæ,quemcunq; debitorem eorum,ex quocunq; loco veniat. poſſunt hic capere,carceri mancipare,niſi ſatisfaciat creditori,ſoluendo eum vel aliàs ſatiſdando. Hoc loco non nego,ſi debitor promiſiſſet debitum certo loco,& caperetur hic pro ſolutiōe,creditorē teneri ad intereſſe ipſi debitori,quia plus petijt:quod eſt not.pro pulchro exemplo tex. noſtri. Vltimo coll.ex tex.quòd cùm hæc †actio ſit arbitra- 9 ria,vt hic dicit Imp.id eſt,iudici datur arbitrium æſtimandi ex bono & æquo intereſſe partis,vt ſatis declarauimus in §. præterea.ſuprà eo.hoc arbitrium reſpicit aliquando perſonam creditoris,aliquando perſonam rei. Nā ſi creditori debitum non ſoluatur in loco conuento,ſi aliquod damnū ex hoc patitur,iudex hoc æſtimabit. Vt,cùm debitor mihi obligatur centū,quę non ſoluit loco conuento,ego patior dānū in decem,quia potui hoc lucrū facere negotiando,iſta decem iudex arbitrabitur. Item & perſonam rei,debitoris,aliquando reſpicit hoc intereſſe:vt ſi cogitur alio loco ſoluere quàm promiſit,& per hoc damnum patitur, ſicut ſuprà docuimus quomodo debitoris poſsit intereſſe,certè & hoc cōſideratur; & ſic nūc creditoris,nunc debitoris intereſſe venit,ſeparatim alio & alio caſu,quod voluere Irner.& Placent.& eſt pro eis tex.in l.ij.ad fi.ff.de eo quod cer.loc.vbi nunc intereſſe creditoris tractatur,nunc debitoris,cuiuſlibet ſeparatim. An autē †creditoris & debitoris ītereſſe in vna & eadē cauſa cōſideretur?vt cū creditor cōqueritur ſe dānū paſſum fuiſſe in decē, 10

debitor etiam cōqueritur ſe fecisse damnum in quinque, an iudex iſta duo dāna ſimul & ſemel in eadem cauſa cōſideret? quòd dicat, intereſſe creditoris ſint decem, & intereſſe debitoris ſint quinque, & ſic tantum quinq. tribuerentur creditori. Dubitationis eſt. Gl. hic in §. noſt. & in d. l. ij. & in l. vnica. C. vbi conuen. qui cer. loc. prom. vbique tenet quòd vtriuſq; intereſſe ſimul poſsit in vna cauſa cōſiderari, & dat in d. l. ij. exemplum obſcurum, quod raro eueniat. Breuiter ego teneo contrarium cōtra gl. licet ſit communiter recepta: iſta enim infelicitas Doct. circumuenit quòd quaſi ſemper contra Placent. pro Accurſio teneant. Vnde credo indubitatum, quòd iſta intereſſe creditoris & debitoris ſeparatim conſideretur, nunc in perſona huius, nūc in perſona alterius. & hoc voluit tex. in d. l. ij. in fin. rectè & ſanè intelligendo: & ne calumniemur, tex. eſt apertus, planus & manifeſtus in d. l. vnica. C. vbi cōuen. qui cer. loc. prom. vbi dicit Imperator illud æſtimari

11 quod alterutrius interfuerit. At verbū † Alterutter eſt particulare, id eſt, nunc ille nunc alter: quod etiam gl. ibidem exponit, & habetis text. in §. proximo ſeq. in verb. alterutrum. Vult ergo Imperator quòd nō vtriuſq; ſimul, ſed alterutri⁹, id eſt, aliquando creditoris, aliquando debitoris intereſſe veniat, quamuis gl. ibidem ex proprio capite addat quòd etiā ſimul vtriuſq; intereſſe cōſideretur: quod non puto verum,

12 & ſine iure loquitur. Hæc ſunt not. tanquam † noua, quia Doct. communiter tenent cum glo. & malè, imò etiam ratio viua facit contra gl. quia certum eſt qui debitum petit vel ſoluit contra conuentionē in loco impertinenti, iſte delinquit, aliàs non teneretur ad intereſſe: ſed nemo debet ex delicto conſequi commodum. l. ſiue hæreditaria. in fi. ff de neg. geſt. Hoc ſi cogitaſſent Doctores, fortè aliud ſenſiſſent. Tandem noueris, quòd quamuis Accurſ. hic, & in d. §. præterea. putet quòd arbitraria qua plus loco petitur, procedat tantū in tribus caſibus, ſcilicet in promiſsiōe, in mutuo, & in legato. In promiſsione, cùm aliquid promittitur fiēdum certo loco, vt in d. l. eū qui. In mutuo, cùm debita pecunia promittitur certo loco. In legato, cùm teſtator in teſtamento cauet, quòd legata certo loco ſoluantur: tamē hos tres caſus concludit gl. in arbitrariam certi loci. Sed hoc non eſt verum. gl. iterum cecidit, & improbatur per Doct. communiter in d. §. præterea.

& hic

& hic:imò arbitraria certi loci procedit in omnibus contráctibus ſtricti iuris,qui ad certum locũ præfiniũtur. Vbicunque ſit conuentio quòd hoc facias vel non facias certo loco, ibi arbitraria noſtra locum habet. Exemplum eſt iñ cõnſtituto,per d.l.ſi duo.§.j.vbi conſtituerat debitor certò loco ſoluere,& procedit arbitriũ. Sic ſi quis promitteret mihi quòd in iſto vel hoc loco nõ vellet artificium exercere,ſicut etiam ſonant priuilegia noſtra,ſi contrà faceret,arbitrium locum haberet. Item ſi cõueniret inter nos quòd cauſam tuam non concluderes,niſi in ædibus meis,ecce ſi cõtrà fieret,arbitriũ locum haberet. Iſta ſunt pulcherrima. Nunc ad formas libellorum in noſtra materia. Actor ergo ſic formabit libellum: † Domine iudex, quamuis ego mutuauerim Titio viginti hic Friburgi,mihi ſoluenda Francofordiæ,is tamen debitor conuentus Francofordiæ mihi non ſatisfecit,quo caſu dãnum feci,& intereſt mea in decem,quæ poterã obtinuiſſe negotiando & res meas gerendo: iſta decem petõ,Domine iudex,velitis æſtimare & arbitrari ex officio veſtro,ex æquo & bono,ſalua V.P.taxa.&c. Libellus quem poteſt formare debitor ſic habet:Cũ Flaccus creditor Friburgi mihi mutuaſſet viginti ſoluenda Argentinę,& ego paratus fuiſſem ſtare conuentioni,is tamen creditor coëgit me,extorſit à me hoc debitum Baſileæ,quo loco ſolutio fuit mihi difficilior & minus expedita, quia coactus ſum eandem pecuniam accipere ſub maioribus vſuris,vel ſub magna pœna:vel ſi debitũ fuit frumentum,vinum,oleũ,potuiſſem Argentinę facilius ſoluiſſe, vel aliud ſimile intereſſe,vt ſuprà tractauimus, quia etiam intereſſe remotum conſideratur,vt dixi per.l.ſi cũ ante.gl.in verb.remaneret.C.de dona.ante nupt. Vnde Domine iudex, quia mea intereſt in decem,peto ex officio arbitrari ex bono & ęquo tãtùm,quanti mea intereſt. Hæ duæ formæ pro mõribus Germaniæ ſufficiant. Nõ moror formas Iaſonis,quas ponit iuxta mores Italicos. 1

Verſ. Huic autem.

1 Electio in alternatiuis cuius ſit.
2 Plus cauſa petere quid.

3 Re & cauſa plus petere,an differant.
4 Alternatiuæ multiplices.
5 Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus.
6 Alternatiua actio quando recepta.
7 Generis obligatio.
8 Viliora nonnunquam chariora.

1 PRAEMITTIT E,quòd regulariter † in alternatiuis electio eſt debitoris.l.plerũq;.ff.de iur. dot:cum concord.Sed de hoc poſteà plura tractabimus. Hoc præmiſſo ſummate text.Cauſa dicitur plus petere,qui in alternatiua,in qua ſit rei electio,alteram tantùm partem petit.Idem ſi in generali promiſsione vna tantũ ſpecies petatur.Habebitis pulchrã & 2 ſubtilem materiam.Coll.ex iſto tex.quòd † cauſa plus petere dicitur,qui alteram ex alternatiua partem tantummodo petit,cùm electio ſit debitoris.Ex quo ſecundo notabis, quòd cauſa plus petere nihil aliud eſt, quàm electionẽ aduerſario tollere,ſicut Impe.hic exponit Nã rectè cauſa conuentionis exceditur,cùm in alternatiuis electio debitori tollitur. Sed 3 hic dices, † Nónne iſte caſus quo cauſa plus petitur,idem eſt cum caſu quo re plus petitur?quẽ ſuprà habuimus:quia cauſa conuentionis,& res ipſa conuentionis,videntur nõ differre:& certè differentia nõ eſt expedita,quia qui ſtipulatur decẽ & petit quindecim,iſte plus re petit.Sic qui ſtipulatur Stichũ aut decem,& petit tantũmodo Stichũ,quid aliud quàm re plus petit?nónne in ipſa re excedit?petitur vtroq; loco.Et ſic videbuntur iſta duo genera non differre. Iaſ.tangit ex Nicolao de Neap.& ſatis prolixè tractat Vos dicite expeditam differentiam:quia in ſuperiori caſu,cùm re plus petitur,petitur id quod non eſt obligatum. Nam qui eſt obligatus in decem,iſte non eſt obligatus in quindecim , quod ſenſu patet,& ſic ibidem petitur res non obligata.At in caſu noſtro, in caſu poſteriore,in alternatiuis vtraque pars eſt in obligatione,licet electiuè , cùm electio ſit debitoris:debitor eſt ab vtraque obligatus,ſalua electione:ergo creditor, cùm petit vnum tantùm ex alternatiua,petit rem obligatam licet electiuè,& ſic minus delinquit quã ſuperiore caſu. Hic petitur res obligata,ſed electiuè:in ſuperiore caſu petitur res non obligata. Et ſi diceres, nónne minor ſumma eſt in maiori? Vtique,per l.j.§.ſi petenti.ff.de verb.oblig. Ergo videtur in

ſupe

ſuperiori caſu, quòd is qui petit quindecim, petat etiã decẽ, quia decem ſunt in quindecim, & ſic petit etiam rem obligatam, ſicuti hîc in poſteriori caſu, & ſic differẽtia quæ data eſt, ſeruit nobis de nihilo, non valet. Cogitabitis, quia Doctores non tangũt, & per hoc ſubuertitur iſta differẽtia. Ego autem dico differentiam, & iſtam obiectionem non obſtare. Nã licet minor numerus inſit in maiori, vt decem in quindecim, hoc verũ eſt naturaliter, quia eſt pars diſcretiua vel numeralis in toto numerali ſcilicet quindecim, ſed tamen non ineſt per modum obligationis. Ille qui obligatur ad quindecim, non poteſt propriè dici quòd obligetur ad decem, cùm hoc totum numerale ſit in obligatione. Nos hîc nõ loquimur naturaliter, ſed ſub obligatione: & ſic adhuc ſtat differẽtia, quòd in priori caſu ageretur contra nòn obligatum. Prætereà in priori caſu directò offenditur, violatur obligatio, ſed in caſu noſtro, non niſi ex obliquo: quia hîc non offenditur obligatio in alternatiua, cùm petitur alterum tantum, ſed tollitur electio, ipſi debitori, quæ eſt offenſio per obliquum. Iſta ſunt not. quia à nemine tanguntur, & poſſent etiam in aliis locis eſſe vtilia. Et quia hîc loquimur de alternatiuis, ſciendum eſt † varia eſſe genera alternatiuarũ: eſt enim alternatiua perſonarũ, rerum, ſummarum, locorũ, item rerum & locorũ miſtim, & tandẽ rerum, perſonarum & locorum ſimul. Alternatiua perſonarũ: vt, promittis mihi aut Titio decem? In hac alternatiua creditor habebit petere tantũ nomine ſuo, & ſic ex altera parte alternatiuæ: vt, peto à te decẽ: nam aliam partem alternatiuæ non poſſet proſequi, non poſſet petere decẽ Titio dari, nec ſeparatim nec cõiunctim, quia iſte Titius eſt tãtum adiectus ſolutioni, quod ei ſolui poteſt, etiam inuito creditore: ſed nomine ipſius peti non poſſet. eſt enim quaſi quidã procurator iſte adiect⁹. Iſta habẽtur ſuprà de inutili ſtip. §. ſi quis. & melior tex. in l. vero ꝓcuratori. in prin. ff. de ſol. & ſic in alternatiua perſonarũ non poſſet petere creditor alternatiuè vtranq; partẽ, ſed tantũ ſuã partem, quo ad ſuã perſonã. Aliã diximus alternatiuã rerũ, de qua eſt farina noſtra: vt promittis bouẽ vel aſinũ? In hac promiſsiõe creditor neceſſariò debebit alternatiuè petere, Peto aut bouẽ vel aſinũ, quia electio eſt debitoris alterutrũ ſoluere velit. Quod tamẽ limitatur in caſu not. ſi iſta alternatiua in fauorẽ actoris vel 4

creditoris,aut pro eo eſſet poſita,conuenta:ſi hæc alternatio reſpiceret cõmodum creditoris:nam eo caſu electio eſt creditoris,poteſt agere ad vnam partẽ alternatiuæ. ita Bar.not. in l.quamuis.ff.de pig.act.vbi ſi promittat mihi debitor ſoluere debitum vſque ad paſcha, vel dare pignus; hic creditor tẽpore paſchali poteſt petere ſummam debitam,purè ſimpliciter,& non facere mentionem pignoris,(eſt notabiliſsimus caſus)quia fuit pro commodo ſuo adiectum.Ex quo inferũt Nicol.de Neap.vt eum hic allegat Iaſon,ad quæſt.quid ſi dicam ad ruſticum, conueniat mihi tecum vt ſumam vel duo plauſtra ligni ex nemore tuo?Poſt varias altercatiões Doct. vt hic per Iaſonẽ latè,veritas eſt quòd electio ſit creditoris, ſtipulatoris, vt poſsit eligere vnũ vel duo plauſtra, quia hæc ſtipulatio eſt facta ad commodum ſtipulatoris. & fa.in argu
5 mentum l.planè.§.pen.ff.de leg.j.† arguendo ab vltimis voluntatibus ad cõtractus:quod fieri poſſe,nuper per multa iura probaui.& fa.l.quæ de legato.ff.de leg.j.Nam ſi dicat teſtator,Capiat legatarius fundũ vel domum, hic videtur data electio legatario,& non hæredi.Hæc eſt alternatiua rerũ.Tertio.in alternatiua ſummarũ:vt,promittis decem vel quindecim, hoc loco id quod minus eſt, eſt in obligatione,ſcilicet, ſola decem:quo loco creditor petet alternatiuè alteram partem, ſcilicet, decem tantùm:& ſi peteret quindecim,vel decẽ aut quindecim,tũc plus peteret, quia quindecim non ſunt in obligatione. Quando minor ſumma & maior concurrunt alternatiuè, tunc tantùm minor ſumma eſt in obligatione. l.ſi ita ſtipulatus fuero decem aut quindecim.ff.de verborũ oblig. Et hoc procedit ex communiter accidentibus,non ex defectu obligationis, quia ius præſumit debitorem electurũ id quod minus eſt.Cæterùm ſi electio eſſet creditoris,vt ſi diceret,dabis mihi decem aut quindecim vtrum ego velim, tũc ambo eſſent in obligatione,quia ceſſat præſumptio ex communiter accidentibus,vt habetis ibidem text.valde not.quòd ius tantùm authoritatis locat in argumentum à communiter accidentibus,quod ſuper eo decidit.Eſt præterea alternatiua locorum: vt, dabis mihi decem Baſileæ aut Argentinæ: hoc loco electio eſt actoris, creditoris, qui poteſt alteram tantùm partem alternatiuæ petere.Vnde ſi petit ſibi dari Baſileæ, vel ſi petit ſimpliciter ſibi dari Argentinæ, rectè petit.

non

non plus petit, nec habet neceſſe dicere, Peto decem Baſileæ aut Argentinæ. Quo caſu tex. noſter not. limitatur, & eſt ratio, quia ſi petam ego creditor Baſileæ, aut Argentinæ, tu diceres, dabo Argentinæ, electio eſt mea. Et ſi Argentinæ peterē, tu diceres, dabo Baſileæ, quia electio mea eſt: & ſic debitor poſſet ludificare creditorē, quia nunquam eligeret locū, ſemper alternaret ſi haberet electionē, & ſic in poteſtate ſua eſſet an eſſet debitor vel non. ita eſt text. elegans & valde not. in l. non vtiq;. in verſ. quare. ff. de eo quod cert. loc. Sic fecit olim Marcolphus, cùm diceretur ei quam arborem eligeret in qua ſuſpenderetur, nulla ei placuit, nullam voluit eligere: & ad hoc in conuiuiis eſſet alleganda hæc l. Porrò diximus eſſe alternationem rerum & locorum, vt, dabis mihi codicem Baſileæ, vel Ciceronem Argentinæ. Iſta eſt † alternatiua rerū & 6 etiam alternatiua locorū: in qua dic, ſicuti in ſuperiori caſu, quia locus trahit ad ſe rem. Vnde ſicut in alternatiua locorū electio eſt actoris, vt iam diximus; ita etiam in alternatiua rerum & locorum, quia eadem abſurda timentur. tex. eſt in d. l. non vtique. §. ſi quis ita ſtipuletur Epheſi. ff. de eo quòd certo loco. Debitor etiam nūquam eligeret, ſemper alternaret, & ſic etiā res obligata eſſet dubia. Vltimò eſt alternatiua rerum, perſonarum & locorum: vt, dabis mihi lancem Baſileæ, vel Titio cyphum Argentinæ: hoc loco ſentimus ſicut ſuprà de alternatiua perſonarum & locorum, quia creditor peret tantùm id quod ei promiſſum eſt, & non quod ad Titiū reſpicit: ſic etiam eliget locū, & non debitor. Iſta circa alternatiua ſunt notāda in multis aliis quæ poſſunt occurrere. Coll. principaliter ex text. noſtro, quòd † obligatus in genere, poteſt ſoluere quancunque ſpeciem velit, quia electio ſua eſt: & 7 ſi creditor generis peteret ſpeciē præciſè, tunc diceretur plus petiſſe cauſa, quia adimit electionem debitori. Vnde ſic petet: Domine iudex, Titius eſt mihi obligatus ad equum in genere, peto quòd mihi tradat equum certum quem ipſe elegerit. Iſta eſt forma libelli, & dicūt Doct. communiter omnes, quòd in obligatione generis nulla ſpecies ſit obligata, ſed tātùm in ſolutione, ita quòd quē equum ſoluat debitor, iſte fingatur fuiſſe in obligatione, cùm tamē non fuerit. Doctores mouētur per l. cum incertus. ff. de leg. j. quæ nihil facit, vt. poſteà dicam: & in l. ij. §. & harum. in fin. §. ff. de verb. oblig. cum

aliis ſim. Et in hoc Doct. omnes communiter, nemine diſcrepante, ſequuntur opinionem Thomiſtarum. Thomiſtę ſeparant realiter generalia à particularib. vſque adeò quòd dicāt, rem multùm abſurdā: ſi quis promittat equū in genere, iſte non tenetur ad aliquem equum in ſpecie, & ſic eſſet iſta promiſsio de vento. Vos diceetis ſine omni dubitatione contrarium, quòd imò in obligatione generis omnes ſpecies ſimul ſunt obligatæ, ſed electiuè, id eſt, quam eligat debitor. Hoc probo per tex. apertū, ne diu fatigemur, in l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. ij. vbi dicuntur iſta verba: Legatum hominis in genere, compendio ſermonis omnes ſpecies in ſe cōtinet: id eſt, ſub breuitate ſermonis. Cū dicimus, homo, eſt breuis ſermo, intelligimus omnem ſpeciem contineri, id eſt, omnes homines proprios. Si nunc omnes ſerui enumerarentur ad ſpeciem, iam non eſſet dubiū: ergo & ſi ſub breuitate ſermonis enumerantur. & ad hoc facit d. l. cùm incertus. quam Docto. pro ſe allegant, vbi dicitur, hæres qui obligatus eſt ad hominem in genere, ſi ſoluit Stichum, liberatur ac ſi Stichus nominatim eſſet legatus. Porrò quod abſurdum eſſet ſi ſpecies nō eſſent in obligatione? quia tunc debitor non poſſet cogi ad ſoluendum per ea quæ ſuprà diximus, & ſic ludificaretur iſta conuentio, & tot iura caderent, quæ de obligatione generis loquuntur. Quid enim eſſet in obligatione? genus non, quia eſt quiddam intellectuale, vt dicit Baldus in l. incendium. C. ſi certum pet. Si ergo genus ſeparatum non eſt in obligatione, quia eſt impoſsibile, & ſpecies non eſt in obligatione, vt dicunt Doct. ergo nihil erit in obligatione: & ſic præſens text. & multi ſimiles deſeruirēt nobis de vēto. Vltimò coll. quòd
8 † ſæpe ea quę viliora ſunt, ſunt chariora. fac. l. fin. ff. de vſu & hab. Poſſet diffuſè tractari, ſed tranſeundum eſt.

§. Sed hæc.

1 §. Pœna plus petentium. & num. 4.
2 Expenſæ indebitæ fatigationis reo reſtituendæ.
3 Exceptio præfeſtinationis.
5 Totum ratione partis negatum.
6 Creditor petens debitum quod ei ſolutum eſt, qua pœna puniatur.
7 Stellionatus pœna.

§. Sed hæc.

DICIT hic §.breuiter in ſumma: Hodie muta-
ta ſunt aliqua ex parte, ea quę ſuprà dixim⁹ cir
ca plus petitionē: nam ante tempus petenti du-
plicantur induciæ, in alijs generibus imminet
pœna tripli. Quoniā verò Doc. in hunc §. nihil,
aut modica ſcripſerint, cùm nihil faciat niſi ius nouum indu
cere, tamē nos aliqua dicemus. Et ſiquis dicat, quid opus erat
tot paramētis, tanto feſto, tanta prolixitate tractare iſta qua-
tuor genera, vt ſuprà diximus? Dic, expediebat ita facere: q̄a
noſtra conſtitutio nō in totum mutauit ius antiquum, ſicut
infrà per ordinem dicetur: & pulchrum eſt cognouiſſe vetu-
ſtos mores, vt dicit Impe. ſuprà de teſta. in princ. Coll. ergo,
quod quamuis is qui ante tempus, qui † plus tempore petijt, 1
antiquo iure cauſa caderet, hoc tamē durum viſum eſt ſacra
tiſsimo Imperatori Zenoni: vnde is conſtituit, qui ante tem
pus petit, ei duplicātur induciæ, id eſt, cogitur duplo plus ex-
pectare. Et hoc intelligas in omni dilatione, ſiue dilatio ſit
data à lege, vt eſt terminus legalis qui datur iudicatis ex cau-
ſa miſerationis, ſcilicet quatuor mēſes, vt audiuiſtis in tit. de
re iud. Et hic de cōſuetudine ſunt quindecim dies qui dantur
iudicatis in Conſiſtorio noſtro: vnde qui ante hoc tempus vr
geret debitorē, cogeretur octo menſes, vel triginta dies ex-
pectare. Sic maritus habet annū antequam reſtituat dotē in
bonis mobilib. ſi vxor vel hæredes vxoris peterēt ante annū,
tunc marito dantur duo anni. Sic de alijs dilationib. legalib.
Et procedit etiā hæc conſtitutio, ſi ab homine ſtatuatur dies,
& ante diē petatur. Item procedit conſtitutio ſi à natura de-
tur dilatio. Nam qui promittit fructus ex fundo naſcituros,
hic natura dat dilationē, quia expectandū eſt donec creſcant.
Vnde qui peteret fructus immaturos ante diem, ei duplicare
tur dilatio, & cogeretur expectare duos. Sic qui promiſit Frā
cofordiæ, & ego hic peterem, ante tēpus peto, quia à natura
ineſt tempus in quo perueniatur Francofordiā. Et ſic proba
bile eſt quòd qui plus loco petat, petat etiā ante tēpus. quod
eſt not. dig. quia Doct. non tangunt: & iſta ſunt quotidiana
in penſionib. domorū vel fundorum: quia ſæpe laici ingrati
& duri, penſionē petunt ante diem. hæc habetis aliquanto cla
rius infrà de except. §. tēporales. in verſ. hodie. vbi eſt de hoc
not. tex. Hæc conſtitutio hic in noſtro tex. non enarratur ad
verbum,

verbum,ſed ſolum Imperator ſe refert ad conſtitutionẽ Zenonis. Quòd autem diximus eum puniri in duplicanda dilatione,verũ eſt,niſi actorem pœniteat ante lit.conteſt.quia tunc effugitur hæc pœna,nõ dicitur petijſſe antequã lis conteſtetur,ſed petere voluiſſe:quod eſt not.dig. licet vulgatum tex.habeatis in l.amplius non peti.in prin.ff.de rem rat.hab.
2 nihilominus iſte actor,petitor, etiã ſi eum pœnituerit,† expenſas indebitæ fatigationis reo reficere cogitur.ita pulchrè Hoſt.in c.j.extrà de plus peti.vbi eſt in totũ elegãs text.ſumptus ex ll.qui clarè omnino determinat, & dat lumen tex.noſtris.Hoc quoq; non eſt prætereundum,quòd ſi petitor poſt lit.conteſt. perſeuerando extorqueret cautionẽ obligatoriã vel ſatisfactoriã à reo,tunc diceretur dolo facere,& caderet à cauſa,quo loco nõ eſſent immutata iura antiqua.ita habetis text.in l.vnica.C.de plus petit. Qualiter autem duplicandæ ſunt dilationes?an numerãdo à die cõuentionis,& ſic ab initio,vt in tot duplicetur terminus,quot fuerunt dies à cõuentione à partium contractu vſq; ad dilationem ? vt, ſi abhinc Calendis Iulij conueniret mihi tecum , quòd ſolueres mie ad Calend. Ianuarij,ego peto ante tempus,an duplicẽtur omnes dies abhinc vſq; ad Calen.Ian. vel an duplicetur hoc tempus quo petij vſq; ad terminũ conuentum?Pulchrum eſt hoc inueſtigare.Bart.in l.iuſtas.C.de iur.fiſc.lib.x.tenuit quòd duplicatio dilationis numeretur à tempore petitionis, vt ſi ad menſem antè petijſti,iam duplicetur tantum menſis.Sed hoc non eſt verum, & Doctores cõmuniter contrarium tenent, quòd imò tota dilatio duplicetur,numerando à tempore cõuentionis,& ſic ab initio, vſque ad tempus ſolutionis. Et in hoc multi dubitant vel errant, propterea eſt tenendum : nec enim ego me in hoc expedire potui,cùm eſſem adhuc nouitius in Doctoratu,quomodo induciæ duplicarentur.Sed pulchrum eſt inueſtigare. Quid ſi creditor ante euentum cõditionis petat?Exempli gratia:Promiſeras mihi decem ſi nauis ex Aſia veniat;ſi Imperator Italiam intraret:ego homo præfeſtinus peto iſta decem antequã eueniat conditio,ſicut ſæpe fit,an mihi petitori etiã duplicentur induciæ,quia ante tempus peto?Promptũ eſſet dicere quòd non,quia ibi nullus eſt terminus ſolutionis,in conditione nulla eſt obligatio; & ſic nullũ eſt tempus quod duplicari poſsit,quod ad ſenſum palpatur:

patur: & hoc tenuit Guiliel. de Cun. in l. pecuniam. ff. ſi cert. peta. videlicet quòd non duplicentur induciæ, quæ duplicari nō poſſunt cùm omnimodo ſit incertitudo, ſed petēs à cauſa cadat. quòd ſi eſſet verum, iura antiqua in hoc manerent intacta: ſed in cōtrarium eſt veritas, vt tenuit Bart. in d. l. pecuniam. ad fi. volens quòd ſaltē futurus euentus duplicetur. Iſta verba ſunt obſcura, quæ ego ſic intelligo: expectādum eſſe futurum euentū an nauis ex Aſia veniat. vel Imperator in Italiam, an non veniat. Si venerit, tunc ab aduentu Cæſaris tantum tempus duplicabitur, quantum eſt inter contractum & inter extantem conditionē. Sin autem non veniat, ita quòd cōditio deficiat, tunc nihil duplicabitur, nullam pœnā ſuſtinebit actor, quia obligatio defecit, ſed nihilominus reficiet expenſas reo, quē indebitè fatigauit: & ita obtinet. Quid autem ſi cōuentio fiat ad diem incertam quando veniat, certam autē quòd futura ſit, nempe ad diem mortis? vt, promitto tibi fundū cùm moriar, hæc eſt iuſta & bona promiſsio & quotidiana, quia me mortuo, actio ab hæredib. meis incipiet. C. vt act. ab hæred. & contr. hær. incip. Hic iterū ſunt opiniones: ſed breuiter dicite, quòd ſi petitor ante mortē meā petat, tunc me mortuo duplicabuntur induciæ: tantū tempus expectabit, quantū eſt inter contractū & mortem meā. Et hæc eſt cōmunis opinio. Hoc quoq; noueris, quòd † iſta exceptio, 3
Tu præfeſtinò petis, ante tempus petis, eſt dilatoria, quæ debet opponi ante litem conteſtatā. Nam ſi lis fuerit cōteſtata, cùm creditor ante tempus petit, tunc non audiretur plus excipiens. ita pulchrè Bald. in l. ſi extraneus, ff. de cōd. cauſ. dat. & proceſſus nihilominus tenebit, etiā ſi eò loci ante tempus petitū ſit, vt dicit Spec. in tit. de fruct. & lit. expenſ. § fi. verſ. vt hic articulus. Ergo cauti ſint debitores, vt mox à primo limine, id eſt, ante lit. conteſt. hanc exceptionē objiciāt. Hoc quoque non eſt prætereundum, quòd licet cōtra petentem ante tempus duplicentur induciæ, vt iam ſæpe diximus, tamē hoc nō procedit in fiſco, fiſcus impune poteſt ante tempus petere ea quæ ſibi debentur. eſt text. valde elegans in l. j. C. de cond. ex lege, vbi fiſcus conuenerat ante tempus debitorē debitoris ſui. & dicit ibi Bald. poſt text. quòd hoc receptum ſit propter publicam neceſsitatem, quæ ſemper fiſcum vrgere præſumitur. Et addit idem Bald. verbū notabile, quòd paria recipiantur

tur

tur in emptoribus telonij,vel vt barbarè nominem, gabellarum. Nam qui telonia vel gabellas emunt à Repub. poſſunt ante tempus conueniri,ſi immineat neceſsitas. Quid ſi debitor ſit fugitiuus, ſuſpectus de fuga, qui ad diẽ mihi teneatur quæ nondũ venerat,an poſsim eum capere ante tẽpus debiti? Certè ſic.text.eſt not.in l.quæſitum.ff.de pigno.vbi creditor cùm habet debitorem ſuſpectũ de fuga, poteſt diſtrahere pignus ante tẽpus. Et hoc ponitur pro ſingulari per Lud. Ro. in ſuis ſingularibus. Secundò principaliter coll.ex text.no-
4 ſtro,quòd † qui plus re,cauſa vel loco petierit, huic imminet pœna tripli,& in hoc eſt mutatum ius quod ſuprà recenſuimus:intelligite ſanè eo caſu quo reus paſſus ſit damnũ ſportularum à viatoribus,vt audiuimus in §.tripli. Et vt ſic intelligatur text.& determinetur,facit, quia Imper. ſe refert ad ea quæ ſuprà dixit,id eſt,ad d.§.tripli. Cæterũ ſi nõ interceſſerit damnũ ſportularum,tunc iura antiqua quæ ſuprà tractauimus remanet immutata. Et ita hunc §.intellexit Ioan.de Plat.
5 vt eum allegat Iaſ. † Quid autẽ ſi cùm creditor plus debito petiſſet,reus plus debito negat?id eſt,cũ creditor petit viginti,vbi debebat petere decem, reus dicit, non ſum tibi obligatus,nõ credo libellũ,& tamen eſt in aliquo debitor,ſaltem in decem. Hoc eſt quotidianũ, quòd cùm creditor aliquis plus petat quàm ſibi debetur.reus etſi in aliquib.ſit obnoxius,tamen totũ negat. Ita inſtituuntur partes per eorũ procuratores.& ita fit quotidie. An etiã debitor puniatur plus negãdo, ſicut creditor punitur plus petẽdo? Dicite breuiter quòd nõ, ꝙ reo hoc licet impunè. Nam hoc eſt de natura litis cõteſtationis,quòd reus negat ſicut petitũ eſt , negat narrata prout narrantur : & quotidie dicitur, ratione partis poteſt negari totũ. In Conſiſtorio Rotuuilen.hoc eſt perpetuũ, bene facit
6 c.j.extrà de lit.conteſt. † Quid autẽ ſi creditor petat debitũ quod ei ſolutũ eſt?ſicut nodus incidit in Cõſiſtorio Enſſesheim inter quoſdam nobiles, an & qualiter iſte creditor puniatur,comperto quòd debitum ei ſolutum fuit ? Dicite eum
7 puniri † crimine ſtellionatus,id eſt,extraordinario crimine, cuius criminis pœna eſt in honeſtis viris quòd moueãtur ordine.l.iij.ad fi.ff.de crim.ſtellion. Quòd autẽ tali pœna puniãtur,tex.habetis ſingularẽ & not.in l.ſi fideiuſ.§.in omnibus.iuncta ibidẽ gl.quæ etiã alias pœnas enumerat.ff.mand.
§.Si

§. Si minus.

1 Minus petens, & reliquum petere poteſt.
2 Iudicium multis modis accipitur.
3 Libellus quomodo addendo, detrahendo &c. emendari poſsit.
4 Intendere quomodo in iure capiatur.
5 Emendatio libelli quomodo & quando admiſſa.
6 Subſtantialia libelli criminalis & ciuilis.
7 Libellus quomodo emendetur detrahendo.
8 Supurflua in libello reſecari poſſunt.
9 Diſpoſitiuum quomodo intelligatur.
10 Narratiuum quomodo in libello intelligatur.
11 Libelli mutatio quomodo & quando fiat
12 Cumulatio quid, & quando recepta.
13 Contrarium vnum alterum remouet.
14 Codicillaris clauſula.
15 Lucratiuæ cauſæ non concurrunt.
16 Maius ad ſe trahit minus.
17 Poſſeſſorium & petitorium quomodo cumulentur.
18 Cumulationum quatuor ſpecies.
16 Hæreditatem petere, eſt petere ius ſucceſsionis.
20 Seruum alienum verberans, tenetur domino iniuriarum.
21 Poſſeſsio & proprietas nihil habent commune.
22 Exceptio præpoſterationis.

HIc eſt not. §. & habet materiam bene copioſam & difficilem, ſi vellemus intrare difficultates. Hic §. rectè continuatur ad ſuperiora, quia ſuprà dictũ eſt de his qui plus petunt, nunc dicetur de his qui minus petunt. Et habet duas partes: prima loquitur de emendatione libelli, ſecũda de eius mutatione. Dicite in ſummá: † Minus petens quàm ſibi debeatur, vel aliud pro eo per errorem, reponere omiſſa in eodem 1
iudicio poterũt: ſecundum quod intelligimus textum, vt infrà dicetur. Coll. primò ex text. noſtro, quòd ſi quis minus petat quàm ei debetur, per hoc nõ præiudicat ſibi in reliquo, quin & reliquum in eodem iudicio petere poſsit. Vnde dicit hic Ang. Aret. qui aſſerit ſe creditorẽ in aliqua ſumma minori, per hoc non confitetur ſe non eſſe creditorem in maiori ſumma. Eſt pro filijsfamil. & creditoribus, cùm creditor dicit ad parentes, Filius veſter tenetur mihi in decem, & tamẽ ſumma fuit maior, quia creditor nõ præiudicat ſibi per hoc. text. eſt pro hoc in l. ſiquidem. & ibi Doct. C. de tranſactio.

Aliud

Aliud eſſet ſi creditor per taxatiuã diceret, Titius debet mihi tantũ decem, quia tunc noceret ſibi. eſt gl. not. in l. rationes. C. de probat. Bart. in l. ſi cum dos. ff. rer. amo. Alio iure vtimur in debitore: quia ſi debitor ad creditorem diceret, accipe illa decem quæ tantum tibi debeo, & creditor acciperet, per hoc ſibi non præiudicat, quin poſsit reliquum petere. itã habetis tex. & ibi pulchrè Bal. & Doct. in d. l. ſi quidẽ. Coll. ſecundò, id quod dixi ſuprà, eum qui minus petit, poſſe petere ſuperfluum in eodem iudicio: ita enim dicit Imp. cuius verba ſunt notiſsima. Sed contra hanc doctrinam validiſsimè pugnat l. non poteſt videri. ff. de iudi. vbi dicitur nõ poſſe videri in iudicium veniſſe, quod poſt iudiciũ acceptum, id eſt, poſt litem conteſtatam venerit. Et hoc eſt quod voluit Imp. in l. edita. C. de eden. cum dicit emendari poſſe, vt vult perpetui edicti authoritas. Dicũt Doct. quòd licet nõ habeamus verba edicti, tamen in d. l. non poteſt. contineatur ſententia edicti. Ecce quàm implacabiliter pugnat d. l. non poteſt. cũ text. noſtro. Gloſſatores in ea re variarunt. Nam Martinus dicebat text. noſtrum ſimpliciter procedere, & licere ante & poſt litem conteſt. vſq; ad ſententiã emendari libellum, per quædam fundamenta quæ nõ curo referre. Ioan Fab. hîc, vt eum allegat Iaſ. idẽ tenuit, videlicet, in eodẽ iudicio ſemper poſſe emendari, cùm ex vna actione procedat hæc emẽdatio, ex vna cauſa petendi, ex vna radicali obligatione: quapropter putabat ſine nouo proceſſu poſſe emendari, & non eſſe diſcedendum à text. noſtro, qui planus & clarus eſt. Iaſoni nõ diſplicet ſententia Fab. licet nihil firmet. In contrarium eſt cõmunis ſententia Ioan. gloſſatoris, gl. noſtræ, Bart. & communiter Doct. nemine refragante, quòd in caſu text. noſtri actor poſsit emendare libellum addendo maiorem ſummã ante litem conteſt. poſt litem conteſtatã non poſsit ſine nouo proceſſu & ſine noua inſtantia. Vnde poſſet quidẽ addere, hoc ei eſt liberum actori, ſed ex nouo libello, ex nouo proceſſu, ex noua inſtantia, tamen coram eodẽ iudice, per d. l. nõ poteſt. cui nõ datur ſufficiens reſpõſum, nemo euadit iſtam l. Et nõ eſt nouum, quòd Imp. hîc ſimpliciter loquatur, & in l. edita. cũ aliqua determinatione, ſcilicet edicti perpetui, quia nõ eſt nouũ quòd iura per iura determinentur l. nõ eſt nouũ. cum l. ſeq. ff. de ll. Nec obſtat quòd hic dicitur in eodem iudicio

poſſe

poſſe emendari: quia gl.exponit,in eodẽ iudicio,id eſt,corã eodem iudice. Verùm hæc eſt improuida,ne dicã fatua expoſitio: text.enim dicit,In reliquũ verò nihilominus iudex aduerſarium in eodem iudicio condemnat.Si exponas,id eſt,coram eodem iudice,tunc ſenſus eſt, quòd iudex coram iudice condemnet,quod eſt planè ridiculum. Hæc igitur expoſitio nihil valet: ſed retenta cõmuni opinione,quam & ego teneo vt verã,expone: † In eodem iudicio,id eſt, in eadem contro- 2
uerſia,vel in eadem lite,vt ſic iudicium impropriè accipiatur: de quo habes Panor.in rub.de iud.quot modis iudicium accipiatur. Stat ergo concluſio firma & indubitata,quòd actor emendando,prout text.noſter vult,poteſt addere impunè in eodem iudicio,ante litem cõteſt.poſt litem cõteſtatam non, niſi ex nouo libello,& ex noua inſtantia. Sed quia occurrũt nobis verba emendationis & mutationis,operæ pretiũ putaui aliqua de his tractare,& addere pro corolla materiã cumulationis. Circa emendationẽ noueris,quòd † emẽdatio tunc 3
fit cùm actor reformat libellũ vel actionẽ,id eſt,extra mendam,extra vitiũ ponit,vt per Cin.in d.l.edita. Iſta autẽ emendatio fit varijs modis,partim ex ſentẽtia Bart.partim ex aliorum ſententia.Nam aliquando dicimur emendare libellum, cùm obſcura declaramus,ſi libellus ſit obſcurus,cõfuſè poſitus,inordinatè,generalis,incertus,contra ſtylum communẽ conſiſtoriorũ: iſtam obſcuritatẽ poteſt actor declarare emẽdando in toto iudicio ante litem cõſt.& poſt, vſq; ad ſententiam.arg.l.fi.in fi.C.de annal.excep.& melius in l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iud. Et hoc eſt verũ ſi pars rea nõ opponat contra libellum de incertitudine vel obſcuritate.Si verò reus oppoſuerit à prin,dicẽs, Domine iud.libellus eſt obſcurus,non debet admitti,tũc actor poſſet emendare libellũ ante litem conte.quia nondum dicitur petiiſſe, ſed petere voluiſſe.l.amplius.ff.rem rat.hab. Poſt litẽ cõteſt.nõ liceret ei emendare,ſi antè non emendauit reo oppoñẽte, & proceſſus erit nullus,ſententia nulla,propter vitiũ obſcuritatis. Quapropter Specul.in tit.de lib.cõcept.§,fi.in verſ.cautus. ꝓcuratoribus conſulit,quòd hoc caſu cùm libellus eſt obſcurus, reus non debeat petere quòd actor declaret obſcuritatẽ, quia contra ſeipſum peteret,ſed debet ſimpliciter excipere,ſimplicibus verbis, libellum eſſe obſcurũ & generalem,& ita pro-

cedere. Si actor non emẽdat, vt diximus, iam procurator rei totum proceſſum poteſt dicere nullum. Cynus in l. edita. dicit hanc cautelam gloriam parere in mundo præſenti, ſed in alio ſeculo pœnam æternam. ita allegat eum Paul. de Caſt. in d. l. edita. Hanc doctrinam notate, quam & aliàs retuli, & in tota præſenti materia habere pro repetita, vbi incidimus in obſcuritatem vel incertitudinem. Poteſt autem eſſe obſcuritas libelli ſi quis cõtra ſtylum cõmunem libellaret, ſi quis ornatè loqui vellet, rhetoricè, & verba communia obliquare, ſicut fuit aduocatus Conſtantiæ, dum eram ibidẽ Notarius, is in omnibus ſcriptis ſuis rhetorizabat, & reijciebãtur eius multi libelli & alia producta: tandem verò cùm nemo eo vte
4 batur coactus eſt diſcedere. Vnde quamuis † intendere ſignificet agere, tamen ſi quis actor diceret, ego intẽdo cõtra reũ, hoc eſſet vitioſum. Item in addendo poteſt fieri emendatio, quod fit cùm aliquid additur ad libellum, ſicut in tex. noſtro in j. reſponſ. Circa hoc diſtinguẽdum eſt, quia aut ſumus in vniuerſalib. iudicijs, aut in generalibus, aut in iudicijs particularibus. In iudicijs vniuerſalibus res ita habet, vt cũ actor petit hæreditatem totã vel partem, & exprimit certas res hæreditarias, ſicut faciunt imperiti aduocati, quia tũc actor poteſt addendo ante & poſt litem conteſt. ſemper vſque ad ſententiam, alias res hæreditarias exprimere & addere, quia per hoc libellus non emendatur, neq; eſt neceſſe res hæreditarias exprimere in libello, ſufficit ſi poſteà in executione ſentẽtiæ deducantur. Vnde nõ eſt mirũ quòd actori ſemper licet addere res hęreditarias, quas etiam omiſiſſe poterat. Idem dicite in generalibus iudicijs, vt eſt tutelã, neg. geſt. Nam ſi pupillus generaliter ageret tutelæ contra tutorem, & exprimeret in libello aliquas res in quibus tutor malè geſsit, poteſt nihilominus poſt litem conteſtat. & ſemper vſque ad ſententiam etiam alia exprimere, quę ſunt cõtra tutorẽ. facit l. licet. C. de iud. Sic paria dicite in neg. geſtis. Nunc verò veniẽdo ad ſingularia ad particularia iudicia, qualiter in eis liceat emẽdare libellũ, res latè patet: tamen diſtinguite certos articulos: quia aliquãdo emendatio fit in re petita, aliquando circa ſubſtantialia libelli, aliquando circa qualitates principales, aliquando circa qualitates aduentitias. De ſingulis diſpiciamus breuiter. Nam primò ſi fiat emendatio circa rem petitã, de hoc

iam

iam antè diximus,quia ſic procedit tex.noſter,vbi primò pe tebatur minus,deinde plus:quia diſtinximus quòd ante litem conteſt.poſsit actor emendare,& iſtud plus addere ſine nouo libello,ſed ex priori emendato libello:poſt verò litem conteſt.vt diximus,non liceret addere,niſi vt ſuprà declarauimus.Quòd autem dixi,poſſe ante litē conteſ.addi ad rem petitam,verum eſt,ſi id quod additur reſpicit rem petitam,vt ita addatur circa eandem rem,quòd alterum in altero clauderetur,ſicut decē in quindecim,in viginti,pars fundi in fundo.Cæterùm aliam rem diſtinctam nō poſſet addere actor, nec ante nec poſt litem conteſta.ſed ſemper opus eſſet nouo libello,& poſſet fortè per accumulationem,de qua poſteà dicetur,accumulare rem rei,actionē actioni.Quando autem dicatur eadem res vel diuerſa aut diſtincta,tractat no.tex.in l.ſcire debemus.ff.de verb.obli.vbi quot ſunt ſtipulationes, tot ſunt corpora,tot ſunt res:vt,promittis mihi equum,lancem,librū &c.iſtæ omnes ſunt diſtinctæ res propter diſtinctam ſtipulationem,quod hîc pulchrè Bar.aſſequitur.Circa ſecundum,cùm additur,in ſubſtātialib.libelli,ibi aliter rem tractabo quàm Bar.ſecutus Iaſonem in d.l.edita.Breuiter dicite,& ſine diſtinctione aliqua,quòd † in ſubſtātialib.libelli 5
ante litem conteſtat.poteſt fieri emendatio impunè:hoc eſt, antequam aduerſarius,reus accuſatus eſt,antequā reus inter reos receptus ſit,quod in criminalib.fit poſt litem conteſta. Nā non dicitur reus in criminalibus,etiam ſi ſit accuſatus in tribunali,donec lis cōteſtetur.l.ſi maritus.§.præſcriptiones. & ibi glo.ff.de adult.Quapropter nō eſt mirum,ſi etiam in criminalibus ſubſtantialia libelli poſsint emendari ante litem conteſtatam.Sunt autem † ſubſtantialia libelli in crimi 6
nali,ea quæ narrantur in l.libellorū.per diſcurſum.ff.de accuſat.videlicet nominare Conſulem,exprimere menſem,locum criminis,inſcribere ſeſe ad talionem.Iſta dicuntur ſubſtātialia in criminali,quia ſubſtantialia libelli in eis cōſiſtit, vnde poſt litē conteſt.huiuſmodi ſubſtantialia emendari nō poſſent,imò reus abſolueretur,eximeretur ab accuſatione,ſi ſaltem poſtularet,iuxta ſententiam Pauli de Caſtr.Iudex tamen etiā reo non poſtulante,poteſt ex officio reijcere talem libellū,qui in ſubſtantialibus poſt litem cōteſt.emēdaretur. Paria dicimus in cauſa ciuili,quia ante litem conteſ.poſſunt

ſubſtantialia emendari, pòſt nõ poſſunt. Sunt verò ſubſtantialia libelli in cauſis ciuilibus, ea quæ habentur in l.j.ff.de eden.& ibi per gl. videlicet quòd concluſio libelli rectè procedat, rectè fluat ex præmiſsis, ita vt ꝓpoſitio propoſitioni ordinatim cohæreat. Nã ſi peteret aliquis fundũ, quia rex eſt in Francia, iſta eſſet inepta cauſa, inepta concluſio, & ſic vitiaretur libellus, adeò vt poſt litem conteſ. emendari nõ poſſet, ſed tota farina, totus proceſſus nullus eſſet, reo etiam tacẽte. Quapropter nõ eſt expeditũ cuilibet libellos cudere. Hæc habentur per gl. in d.l.j.ff.de eden.& per gl. in l.ij.§.circa.ff. de dol.except. Bar. facit ad diſtinctionem in d.l.edita. videlicet, aut libellus vitiatur parte rea tacente, & tunc procedunt prædicta: aut libellus vitiatur niſi pars opponat, vt ſuprà diximus circa obſcuritatẽ. Sed iſta diſtinctio improbatur per Iaſonẽ in d.l.edita.& per Paulũ, quia non poſſunt dici ſubſtantialia niſi in totũ inficiant libellum, pars rea taceat vel opponat. Vnde tutiora ſunt, & magis expedita, quòd dicamus defectum libelli in ſubſtantialibus poſt litem cõteſt. in totum vitiare. Quòd autẽ diximus vitium emendari poſſe ante litem conteſ. ſanè intelligas, ſcilicet, ſi tempora largiantur, id eſt, ſi adhuc termini ſeu dies ſtatuti nondum tranſierint: quia ſtatuuntur triginta dies, qui velit denuò accuſare poſt iſtos triginta dies, nõ licet libellum emendare, nec ante litem conteſt. nec poſt, quia tempora non largiuntur, non admittunt, clauſa iam eſt ianua. Sic in actione iniuriarũ ſtatutus eſt annus fatalis: intra annũ poteſt emendari libellus, ante litẽ conteſt. anno finito non liceret, quia tempora non largiuntur. Non liceret, intellige, ſi actor vellet poſt annũ intentare actionẽ. Sic maritus habet ſexaginta dies in quibus poteſt iure mariti accuſare mulierem adulteram: decurſis his diebus emendatio etiam ante litem cõteſtatam eſſet prohibita. text. eſt valde no. in l.accuſaturus. quem iam intelligitis. ff.de adul. Sic etiã in cauſis ciuilib. ſtatuũtur aliquãdo actori certi dies in quibus agat: ſi poſteà egerit, vel, ſi iſta tempora decurſa ſint, tunc nõ poſſet plus emendare libellum etiã ante litem conteſtatam. Circa tertium, hoc eſt, circa qualitates, cùm quæritur an emendari libellus poſsit, maximè circa principales qualitates, dicite non poſſe emẽdari niſi ante litem conteſtatã: poſt verò non poſſet, quia per huiuſmodi emendationem qualitatum

tum principalium mutaretur actio vel facti ſubſtãtia. Exem pli gratia, vt intelligatis. Cùm aliquis vult agere cõtra reum quòd rapuerit ei violẽter bona ſua in turba & per turbã: hęc eſt vna principalis qualitas huius actionis, ſcilicet rapere in turba, per l. prętor ait. ij. §. hęc autẽ. verſ. docere. ff. vi bonorũ rapt. vbi dicitur, actionẽ vi bonorũ rapt. non habere locum, niſi rapina facta ſit in turba & cũ turba. Vndè ſi actor vellet emẽdare libellum, & dicere, quòd non in turba factum eſſet, hoc poteſt ante lit. conteſt. poſteà non poſſet, cũ ſit qualitas principalis. Sic ſi ſtatutũ hic eſſet, quòd qui noctu ferret arma, puniretur: actor agit cõtra reum quòd noctu tulerit arma: hæc eſt qualitas principalis quæ reſpicit mutationem actionis, vnde actio in hoc emendari non poſſet poſt litem cõte. ne actio mutaretur. Sic habetis ſuprà de iniur. §. atrox. quòd atrox iniuria eſt quæ corã prætore fit, vel in cõſpectu populi: hæc eſt qualitas principalis: vnde qui ageret ſuper atroci iniuria, non poſſet emendare poſt litem conteſt. Simi lia dicimus ſi per qualitatem principalem mutaretur ſubſtan tia facti, id eſt, quòd per emẽdationẽ ipſum factum mutaretur. Vt, ſi maritus accuſat vxorem adulterij, quod cum Titio perpetrauerit, hæc eſt qualitas principalis quo ad factũ adul terij: vnde ſi emendaret poſt litem conteſt. quòd vxor cõmiſe rit adulterium cũ Flacco, & ſic aliam perſonam nominaret, iam emẽdaretur qualitas principalis, & mutaretur facti ſubſtantia. text. eleg. habetis in l. denuntiaſſe. §. quid tamen. ff. de adult. Seruate iſtam doctrinã vtilem in practica. Circa quartum, hoc eſt, circa qualitates minus principales, circa qualita tes aduentitias, extrauagantes, vt ita loquar, quæ aliquando adduntur in libellis, vt ſi tẽpus adderetur in libello, vbi non eſſet neceſſarium: ſi locus, ſi dies, ſi hora, ſi alię circunſtantiæ non neceſſariæ, per quas qualitates nec actio nec factum mu taretur. Vt, ſi peterẽ decẽ à Titio quæ mutuaui ei ante duos annos, iſta eſt qualitas aduentitia de annis facere mentionẽ: actio ſtat, factũ mutui ſtat, ſiue iſta qualitas mutetur aut nõ mutetur: hoc loco poteſt fieri emẽdatio libelli ante litẽ conteſtat. & poſt litem conteſt. vſque ad ſententiam, ſemper poteſt tolli vel mutari iſta qualitas. habetis textum vulgatũ, ſed valde eleg. (quia omnia iura vulgata ſunt elegantia, ſicut dicimus vulgatus Poëta, intelligendo Virgil.) in l. in delictis.

§.ſi detracta.de noxalib. Vt intelligatis hunc tex: quia eſt frequens in ore, debetis ſcire, quãdo ſeruus alicuius domini alteri damnum dat, tunc ſi dominus fuit ſciẽs, nouit hoc factum ſerui, poteſt cõueniri ipſe ſolus, nec poſſet ſeruum noxæ dedere: ſi autem dominus ignorauit factum ſerui, tunc habet facultatem vel ſoluendi damni, vel ſeruum pro noxia dedendi: & hoc tractat d.l. in delictis. cum alijs ll. per diſcurſum. Nũc ad propoſitum. Ego egi contra dominum, quòd ipſo ſciente ſeruus ſuus dediſſet mihi damnũ: poſteà melius informatus, poſt litem conteſt. emẽdo libellum, dico quòd ſeruus damnũ mihi dederit domino ignorante: quærebatur an liceret mihi hoc, maximè poſt litem conteſ. ita emendare libellum. Iureconſultus reſpondet licere, receptam eſſe hanc emẽdationem quandocunq; vſq; ad ſententiã. quare? quia iſta qualitas, ſcilicet, quòd dominus ſciuerit vel ignorauerit, eſt aduentitia, per hoc nõ mutatur actio quæ ad damnũ datur, nec mutatur factum, ſcilicet facinus ſerui. Hæc ſunt omnino notãda pro nouitijs libellantib. quia raro ceditur libellus quin habeat aliquas inutiles qualitates aduẽtitias, quæ nec vitiãt nec mutant libellum. Vnde iſte §. ſi detracta. circumuolat totum ius ciuile, ſicut Amphion cœlum circumuolat. Videamus nunc
7 † quomodo poſsit emendari detrahendo, id eſt, cùm detrahitur aliqua qualitas à libello, vel aliqua ſumma. Si petijt actor viginti, an poſsit poſteà detrahere, & petere niſi decem. Si petijt totum fundum, an poſsit detrahere partem, & niſi aliam partem petere. Dicite quòd hæc emẽdatio eſt ſemper permiſſa ante litẽ conteſt. & poſt, quia non poterit reprehẽdi actor qui emendat in partem mitiorem, & temperatius petit. Audietis in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cer. pet. Vnde hæc eſt laudabilis emendatio, detrahere à re petita, & minus petere. Hæc doctrina fall. ſi aliquis plus petijſſet, & poſt litem conteſt. cautionẽ ab aduerſario petijſſet, ſecundum continẽtiam l. vnic. C. de plus pet. quia ſi vellet detrahere & minus petere, nõ ſubterfugeret pœnam l. quia nimis ſerò detrahit: niſi detraxiſſet ante litem cõteſt. quia plus petens quàm debeat, poteſt euitare pœnam quam ſuprà audiuimus, ſi ante litem conteſt. detrahat. Hæc eſt bona limitatio. Secundò fall. ſi aliquis vellet detrahere in ſubſtantialibus libelli, vel in qualitatibus principalibus, de quibus ſuprà diximus, quia tunc non

poſſet

poſſet detrahere poſt litem conteſt. proceſſus irritaretur: vt ſi vellet detrahere mēſem, vel locum in criminalibus, vel vellet detrahere ſubſtantiam facti in ciuilibus, fieri non poſſet. Tandem fit emendatio libelli cū reſecantur ſuperflua, & hæc emendatio poteſt ſemper fieri, ante & poſt litem cōteſt. Dicūtur autem † ſuperflua in libello, quæ poterant dimitti ſine 8
iniuria cuiuſquam. Poteſtis exemplum accipere quod nuper dedimus. Si peterē decem ex mutuo, quæ mutuaui tibi eo tēpore quo Haſsius fuit in Germania, hoc eſt ſuperfluū quod poteſt ſemper reſecari. Vel ſi diceret aliquis: Depoſui apud Titiū, XVII. die, in qua iſti cōiuges ſolennizauerūt matrimonium, hoc eſt ſuperfluum, nihil facit ad rhombum. Sic ſoliti ſunt facere libellos Itali noſtri dum hîc eſſent: narrauerunt enim omnes etiam inutiles circunſtantias per duo folia, in cauſa quadam, in qua vix ego impleui dimidiatum folium: & cùm eos reprehēderem de ſuperfluitate, dicebāt, oportere ſic fieri, quòd narratio ſit prolixa: & fortè vera dixerunt ad exaggerenda lucra, vt poſſent maius petere pretium: item ad exaggerendas ſportulas. arg. §. tripli. ſuprà eodem. Noui hominem, qui cùm faceret libellum ita ſcripſit: Ego Petrutius, qui ſum magiſter Friburgen. & fui Decanus facultatis artium ibi, & eram Rector, ago cōtra Titium. Audite quantam ſtultitiam. Quidam ex noſtris fecerunt libellum, & cùm in petitione peterent decerni pro actore, refuſis expenſis, addiderunt, Expenſæ ſunt duæ libræ, tres denarii, vnus obolus. Ego autem reieci illum libellum, reſecando ſuperflua. Ecce iam habetis diſtinctè & clarè, quomodo emendatio libelli poſsit fieri, declarando obſcura, addendo ad ſubſtantialia, ad qualitates minus principales, detrahendo, reſecando ſuperflua: in his propémodum concluditur tota moles emendationis. In præmiſsis omnibus vbi recepta eſt emendatio, actor qui emendat tenetur reo ad expenſas indebitæ fatigationis, non autem ad expenſas cauſæ vel litis: & ſi poſt emendationem reus non eſſet inſtructus quid reſpondeat, dabitur ei noua dilatio: & hoc ſeruat etiam conſuetudo, id quod gloſ. hîc in verb. iudicio, eleganter attigit. Sin verò de cauſa poſſet eſſe inſtructus etiam poſt emendationem, tunc non debet ei dari dilatio, quæ non datur niſi vbi neceſſarium eſt. l. j. C. de dilat. Exemplum habes: Si actor egit vi bonorum rapt. ad pœnam

quadrupli,& poſtea emendat ante litem conteſt. & agit furti ad duplum,& ſic detrahit actioni,hoc loco non daretur noua dilatio reo,qui poteſt de cauſa benè eſſe inſtructus, etiã poſt emendationem,vt hic per Angel. Aret.Hoc quoque noueris, quòd ea quæ diximus de emendatione, intelligenda ſunt in narratiuis,vel ſi enuntiatiuè aliquid in libello contineretur, quia talia poſſunt emendari,circa narrationem,vel circa alia quæ enuntiatiuè proferuntur,quæ per indirectum proferũtur.
9 Cæterùm ſi aliqua eſſent † diſpoſitiuè in libello narrata, id eſt,quæ obligarent,& quæ fauorẽ rei concernerent, eſſent pro reo,iſta nunquam poſſunt emendari:quia quicquid ſcribitur in libello diſpoſitiuè,hoc eſt, quod diſponat ad cauſã, quod medullas cauſæ reſpiciat, iſta non emendantur, ſi ſunt pro reo.text.eſt valde elegans in l.cum precũ.C.de libe. cauſ.
10 Dicitur autem † enuntiatiuè deduci, cum ſimpliciter aliqua res ſine myſterio,ſine põdere,ſine momẽto deducitur:vt cùm dico,Peto à Titio qui eſt hæres Seii,iſta verba ſunt enũtiatiua,qui eſt hæres &c.vnde etiã ſi non ſit hæres Seii,tamẽ procedit libellus.Caſum habetis in fortiorib.terminis,in l.qui familiæ.quem text.vt ſingularem omnes Doct.explanãt.ff fa mil.erciſc.vbi aliquis petiit à Titio cohærede ſuo:ꝑ iſta verba non arguitur,non conuincitur cohæres, quia ſunt enunciatiuè,non diſpoſitiuè deducta,enarrata. Vnde cũ ſuprà circa emendationem tractauimus,intelligite emendationẽ circa formam libelli vel actionis in diſpoſitiuis,non in enunciatiuis.Tãdem noueritis in tractatu emendationis, quòd vbicunque diximus poſt lit.conteſt.non poſſe emẽdãdo aliqua addi,intelligite de rebus quæ ante lit.conte. euenerũt,& ante iudicium acceptum,iſta non poſſunt emendari poſt litem conteſtatam. Sed ſi aliqua emerſiſſent poſt litem conteſt.de nouo, quæ prius non emerſerunt,iſta poſſunt addi licenter vſque ad ſententiam,quia ſi non adderentur, venirent tamen ex officio iudicis: quicquid enim poſt iudicium acceptũ euenit,hoc totum eſt in poteſtate iudicis,nõ autem illa quæ ante iudicium acceptum euenerunt.text.eſt vulgatus ſed not.in l.ſi ædiles.j.§.item ſciendum.ff.de ædil.edi.vbi ſi ſeruus emptus qui redhibetur,ſit per emptorem factus deterior pendẽte iudicio,hoc poteſt addi per actorem,poteſt dicere: Domine iudex,emptor iſte qui vult mihi redhibere ſeruũ,corrupit

iſtum ſeruũ pẽdente iudicio:vnde ego hoc addo ad cauſam, vt etiam eius detrimenti rationẽ habeatis. Sic ſi aliquis petit fundum in iudicio reali,& pendente iudicio reus colligat fructus,actor poteſt addere etiam poſt litem conteſtatam: Domine iudex,ego tantùm petii fundum à princ.nunc autẽ etiã peto fructus,quos reus poſt litem conte.collegit.In ſumma, quicquid poſt litem conteſt.contingit,poteſt per actorẽ addi.habetis text. not.in l.ſi tertius.§.officium.in l. Atteius.cũ l.ſeq.ff.de aq.plu.arc. Expediti circa articulum emendationis,nũc de† mutatione diſpiciamus:in qua modica ſunt videnda, quia mutatio incidit in materiam erroris: de qua materia Bald.prolixa & multa tradit in l.error.C.de iur.& fac. ignor.& Angel.Aret.hic per duas & amplius col.ſatis impertinenter:vnde modicis tactis trãſibimus.Eſt autem mutare, veram actionẽ dimittere,& aliam proponere.arg.l. mutari. ff.de procurat.quæ mutatio poſt conflictus Doct.etiam hodie eſt recepta ante litẽ conteſta.ſemper.d.l.edita.C.de eden. & in eodem libello.Sed poſt litẽ conteſt.non liceret niſi probato errore,quòd actor probaret probabiliter ſe erraſſe.l.de ætate.§.qui iuſto.ff.de interrog.act.& tũc requiritur nouus libellus,noua inſtãtia , quicquid Imp.hic dicat. Et ſi opponas, Nõne hæc iura ſunt hodie correcta per iura Authen.in Authen.de litigioſ.§.omnem.& Authen.qui ſemel.C.quomodo & quãdo iud.vbi dicitur,is qui libellum obtulit,cogitur perſiſtere in eo vſque ad finẽ litis: ſi hæc vera ſunt,tũc certè mutare non licebit.Gl.hic ſtat cõtrario,admittit quòd iura noſtra ſint hodie correcta. Odofr.contrà,qui dicit, iura noſtra adhuc eſſe in vigore,& d. Authenticũ nihil huc pertinere, ſed prouidet circa eos qui cauſas differũt,fugiunt,multa ſubterfugia quærunt,vt lites ſint immortales, illos taxat Authenticum,ſed mutationem non prohibet. Et hæc eſt opinio communis.Vnum tamen te non prætereat,quòd in criminalibus non admittitur mutatio nec ante nec poſt litem cõteſtatam. imò accuſator incideret in Turpilianũ,id eſt,puniretur tanquam calumniator,ſecundum Bar.in d.l. edita. Nunc de cumulatione.Eſt autẽ†cumulatio vnius actionis ad aliam adunatio:vel,eſt pluriũ rerũ vel actionũ coaceruatio cõtra eundẽ in iudicio legitimè propoſita.Nihil enim aliud eſt cumulare,quàm ſimul congerere diuerſas actiones in eodẽ libello

vel diuerſis,vt poſteà audiemus. Hæc cumulatio ſi Bartolo credimus in d.l.edita. ideo eſt inuenta, ne incidamus in cõfli ctus & diſceptationes Doct.de d.Authen.qui ſemel. Ideo liti gantes nolũt mutare actionem propter iſtam Authenticam qui ſemel.vnde cumulant, à prima actione non diſcedunt, ſed aliam addũt.Hæc ratio non eſt perfecta, imò nihil valet, cùm non omnes litigantes iſtos conflictus nouerint de Authent.qui ſemel.Vnde dicite meo periculo, cumulationẽ eſſe inuentam propter dirimendas lites: & ita dicit in pleriſque locis Iureconſultus,& colligitur ex l.non eſt nouum.de quo poſteà tractabimus.ff.de act.emp.Exemplum cumulationis habetis optimum in l.ſi idem cum eodem.ff.de iur.om.iudi. vbi actor poteſt petere coram defenſore ciuitatis centum ex cauſa mutui,centum ex cauſa depoſiti,& aliam ſummam ex cauſa mandati,vbi plures actiones cumulantur,& non faciũt vnam ſummam ſimul computatam, ſed quælibet ſumma manet ſeparata ab alia. Inter mercatores eſt hoc frequens,quòd ex pluribus cõtractibus plura debita petant à debitore etiam in eodem libello.An autem iſta cumulatio permiſſa ſit,diſceptant Doct.ſed communiter concluditur quòd ſit permiſſa, poſtquam iure non inuenitur prohibita.argu.l. necnon.§. quod eis.ff.quibus ex cauſ.maio.vbi quæ ſpecialiter lege nõ prohibentur, permiſſa intelliguntur.quod verum eſt,cumulationẽ eſſe permiſſam, niſi in caſibus in quibus expreſſè prohibita inuenitur: quos caſus quia latè patent,per aliquas regulas elucidabimus: quarũ duas dat hic gl.in verbo,iudicio. tertiam dat Dyn.in c.nullus pluribus.de reg.iur.lib. vj.alias tres dat Bart.quæ tamen à Doct.improbantur:ſed nos nihilominus recẽtebimus omnes regulas, vt circa quãlibet veritas eo clarius colligi & intelligi poſsit. Prima regula, de qua in §.præiudiciales.ſuprà eo.in primo genere præiudicii mẽtionẽ fecimus,eſt: Quandocunq; actiones ſic ſe habẽt quòd ſentẽtia abſolutoria in prima actione parit vel parere poteſt exceptionẽ rei iud.in ſecũda actiõe, tũc iſtæ duæ actiones cumulari nõ poſſunt:quod nõ eſt mirabile,quia actor qui ſuccubuit in prima actione, facilè repellitur vel repelli poteſt p reum qui excep.rei iud.allegat.Hæc ſunt exẽplis declarãda:& primò exẽplum in l.fundũ.ff.de excep. Tu poſsidebas fundũ Titianũ & fundũ Sempronianũ: fundum Titianũ ego dico

meum

meum eſſe,& mihi reſtitui oportere:ſed fundus Semproniaꝰ nus tuus proprius eſt:nunc ego ago cõtra te actione reali rei vendicatione, & dico me dominũ eſſe fundi Titiani, & peto me declarari dominum. Hæc eſt vna actio. Ego ſum homo cautus,cauſidicus,litigioſus, propterea addo aliam actionẽ ex verſutia,ex calliditate,& dico,Domine iudex condemnate reum vt det mihi viam à fundo ſuo Semproniano,ad meum fundum Titianum: & ſic ego accumulo rei vendicationẽ & confeſſoriã actionẽ ſuper ſeruitute.Hæc cumulatio certè eſt iure prohibita,quia poſsibile eſt quòd ego ſuccumbã in prima actione,& reus abſoluatur ab impetitione mea: nunc actor non poteſt procedere in alia actione,nõ poteſt plus petere ſeruitutẽ viæ,quia nõ eſt dominus fundi Titiani, perdidit ſententiã,ſed ſeruitus realis nõ datur niſi domino.l.ij.ff. ſi ſeruit:vend.Vnde ſi vellem agere ad ſeruitutẽ,poſtquã ſuccubui in dominio, reus exciperet cõtra me de re iud.per eum obtenta in prima actione. Ecce ita meritò in his duabus actionibus prohibetur cumulatio,quia reus eſt tutus propter ſententiã abſolutoriã in prima actione cõtra actorem datã. hoc vult d.l.fundum.Aliud exemplum quod habetis in l.fundi.ff.eod.tit.de except.vbi eſt propemodũ idem caſus.Finge, retento themate ſuperiori, quod peto à te fundum Titianũ, quem poſsides,& quẽ dico eſſe meũ.Hæc eſt vna actio. Deinde accumulo iterum ex magna verſutia aliam actionem,& dico,Domine Iudex,condemnate reum vt reſtituat vel tradat mihi fructus quos collegit ex fundo meo Titiano. Iſta cumulatio iterũ eſt prohibita,quia poſsibile eſt quòd actor ſuccumbat in dominio fundi Titiani,& reus ab eo abſoluatur,obtineat ſentẽtiã abſolutoriã,quomodo ergo actor poſſet deinde petere fructus à fundo Titiano qui non eſt ſuus? Nam ſi pergat petere, reus excipiet contra eum de re iud. In prima actione euici per ſententiã,ꝙ tu nõ ſis dominus fundi Titiani,abſolutus ſum à te,& cur petis fructus fundi tanquã præſupponeres tacitè fundum eſſe tuũ? Aliud exemplum, retento dicto themate:Tu poſsides fundum Titianũ,ego peto abs te actiõe reali partẽ eius fundi.Hæc eſt vna actio:& mox callidè & quaſi per obliquũ peto quòd diuidas mecũ fundũ Titianũ tanquam nobis vtriſq; communem. Ecce iam inſinuo tacitè,clanculum irrepo, quaſi pars fundi ſit mea. Inter

ſocios non poteſt fieri diuiſio,niſi bona ſint eorum propria, & ſic accumulo actionem commu. diuid.cum actione reali. Nunc poſsibile eſt quòd ego actor ſuccumbā in actione reali,& reus abſoluatur à mea prima actione,certè etiā ſecunda actio commu.diuidund.tollitur,quia reus habet exceptionē rei iud.ex ſententia abſolutoria, quæ in prima actione cōtra actorē lata eſt. Iſti caſus habentur in d.l fundi. Accipite aliud exemplum in l.interdum.ff.de publ.iud. Fingite quòd quidā Titius mihi furatus eſt lancem, vel libros meos, ego peto actione ciuili,quòd Titius reddat mihi libros quos ſuſtulit. Iſta eſt actio ciuilis quæ nō infamat.Deinde exaſperatus incenſus ira,accuſo eum criminaliter,dico: Domine Iudex, puniteeū propter crimē furti pœna legitima. Ecce hæc eſt actio criminalis. Nónne poſsibile eſt quòd ego in actione ciuili nō poſsim probare quòd Titius quicquā mihi ſuſtulerit? & ſic ſuccumbo in actione ciuili,& reus abſoluitur,quòd nihil mihi abſtulerit, quomodo ergo poſſum procedere in accuſatione criminali? quomodo poſſum eum petere cōdemnari tanquam furem,cum nō probauerim in actione ciuili quòd quicquā mihi furatus ſit? Ergo exceptio rei iud. per quā reus à prima actiōe abſolutus eſt,obſtabit huic cumulationi,obſtabit mihi actori criminaliter agere volenti. Similia dico ſi ago cōtra Titium l.Aquilia,quòd ipſe ſeruum meū interfecerit,& peto æſtimationem quanti plurimi,ſicut ſuprà à me audiuiſtis,nihilominus accumulo crimen homicidij,& peto eum puniri tanquā homicidam, quæ eſt accuſatio criminalis: certè ex eadē radice qua ſuprà prohibetur accumulatio: quia ſi reus abſoluitur in actione ciuili,tunc habebit rem iudic.contra actorē in actione criminali. Et hæc non habent vbiq; locū,quòd per ciuilem tollatur criminalis. eſt longus tractatus circa iſtas cumulationes ciuilis actionis & criminalis: prout Bart.latè tractat in l.ij.§.hoc edicto.ff.vi bono. rapt. Vnde hoc vltimū exemplum de ciuili & criminali,in his caſibus procedit,vbi vtrobique verſatur res familiaris. Nam in l.Aquilia verſatur vtilitas familiaris, ſcilicet æſtimatio ſerui: in condictione furtiua verſatur res familiaris, ſcilicet reſtituere ea quæ furto ablata ſunt. Iſta res familiaris etiam criminalibus includitur, propterea criminalis cū ciuili hoc loco accumulari non poteſt. Hoc dico vt intelligatis d.l.interdum.

terdum. quæ eſt difficilis intellectu. Sic etiam in inofficioſo teſtamento, quia querela inofficioſi teſtamenti non poteſt cumulari cum petitione hæreditatis, vt eſt glo. in l. qui de inofficioſo. in verbo petitionem. ff. de inoff. teſtam. Nam ſi filius conqueritur coram iudice cõtra hæredem ſcriptũ, quòd ipſe ſit iniuſtè exhæredatus, & cõtra officiũ paternæ pietatis, & petit decerni teſtamentum eſſe inofficioſum, eſſe cõtra paternam pietatẽ: hæc eſt prima actio vel querela. Poſtea dicit, Domine Iudex, ego peto hæreditatẽ ab iſto ſcripto hærede, quia hæreditas debetur mihi. Ecce hæ duæ actiones ſimpliciter cumulari nõ poſſunt, quia poſsibile eſt quòd filius non poſsit probare patrẽ fuiſſe inofficioſum, nónne tunc hæres ſcriptus habebit exceptionẽ rei iudicatæ cõtra filiũ? Tu ſuccubuiſti, nõ potes ſubuertere teſtamentum, habeo ſententiã contra te, vnde fruſtrà, imò iniuſtè petis hæreditatem, quæ mihi ex teſtamẽto debetur. Per hæc & alia exempla credo ſatis eſſe declaratam iſtam primam regulam, qua prohibetur cumulatio. Sed contra hanc regulam vrgenter opponitur, & eſt difficillimum contrarium, de Auth. de fideiuſſ. §. ſed neq;. vbi Imperator admittit quòd idẽ creditor poſsit agere actione perſonali ad debitum, & nihilominus actione quaſi Seruiana, id eſt, hypothecaria, & petere pignus cõuentũ ſibi tradi. Hoc loco certè cumulantur duæ actiones, quarũ ſententia abſolutoria in prima, parit reo exceptionem in ſecunda actione. Nã finge, creditor petit decẽ à debitore. Vna actio. Et nihilominus petit ei tradi pignus pro debito. Eſt alia actio. Nónne ſi reus abſoluatur à creditore in debito in prima actione, tolletur etiã ſecunda actio pignoris? Reus dicit, cur tu petis pignus cũ ſim à te abſolutus à debito? Ecce, quid mouit Imperatorem quòd iſtas duas actiones cumulari pateretur, imò iuberet? Nam certũ eſt quòd poſtquam debitor abſoluitur à debito, tunc pignus etiã liberatur. text. eſt nor. in l. ſi deferente. ff. quib. modis hypo. ſoluit. Hoc contrarium præſtrinxit oculos Doct. quòd vſq; in hodiernum diem nõ poſsint habere expeditã ſolutionem, & meritò, quia hæc cumulatio ex profeſſo eſt contra regulam noſtram. Dyn. dicit, quòd cumulatio admittitur quando ſimul fit, mox ab initio. & ita procedit d. §. Sed pendente iudicio, ex pòſt facto non admittitur cumulatio: & ſic loquitur regula noſtra, quando

pendente iudicio, ſucceſsiuè fit cumulatio. Hæc ſolutio habe ret colorem ſi non confunderetur, per d.l.fundum.de except. quia ibi ambæ actiones ſimul ſunt intentatæ, vt dicit ibi tex. Vnde Bart. recedit à Dyn. & poſtquam multa alternauit ſine vtilitate, tandē dicit quòd ſit ſpeciale in iſto caſu. §. ſed neq;. Paul. de Caſt. in d.l. edita. dicit, quòd hæc ſolutio Bart. veniat per emendicata ſuffragia. Specul. alicubi dicit quòd ſit ſolutio miſerorum, dicere, quòd ſit ſpeciale. Adhuc non habemus ſolutionem. Ego puto ita eſſe dicendum, quòd in iſto §. ſed neque. conſtabat de debito, quia fuerant accepti fideiuſſores. item res fideiuſſorum fuerant obligatæ, vt totus §. dicit: quapropter neceſſarium eſt quòd ibi conſtiterit de debito, & ſic nō poterat timeri ſententia abſolutoria in creditore. Et hoc videtur voluiſſe Bart. ſi ſanè intelligatur. Et rectè dixit eſſe ſpecialem caſum, ſcilicet vbi conſtat de debito, quia tunc admittitur cumulatio earū actionū quæ aliàs non cumularen tur. Iſta ſunt inſignia dicta, quæ ab alijs nō audietis: & hanc puto verā ſolutionē. Ex prædictis ergo colligere poſſumus quatuor limitationes ad regulam noſtram. Primò, quòd nō procedat vbi de prima actione conſtat. Idem ſi ſuper prima actione eſſent probationes factæ, quia tunc poteſt cumulari etiam alia actio. per verum intellectum d. §. ſed neque. Iſta eſt noua limitatio, quam nemo audiuit ſub ſole. Et habet hæc limitatio rationē, quia cumulatio primæ regulæ eo ſolo prohibetur, quòd dubiū eſt an reus abſoluatur à prima actione per ſententiā: ſed hæc ratio ceſſat in noſtra limitatione, vbi veriſimiliter conſtat de debito. licet ſit arg. cōtrà in d.l. ſi deferente. in fi. verbis, ſed iſta limitatio procedit. Secūdo limitatur, ſi ea quæ deducuntur in ſecunda actione, deducerentur non per modum principalis actionis, ſed per modum acceſſorij: vt ſi petam fundum cum fructibus, fundum cum ſeruitutibus, debitum cum vſuris, iſta actio procedit, & eſt quotidiana, quòd poteſt res peti cum fructib. textus eſt in l. cū pro pria. in fin. l. C. ſi quis alt. vel ſibi. vbi maritus vendicat fundū ab vxore, vel ab eius filia, cum perceptione fructuū. fa. Cyn. in l. j. C. de iud. vbi poteſt peti res cum vſuris. Secus autē eſſet ſi peterem fundum principaliter vna actionē, & pòſt peterem fructus collectos à fundo etiam principaliter, non per modum acceſſorij, quia tunc vna actio præiudicaret alteri per regu

regulam noſtram:vt cùm dico, Domine iudex peto fundum Titianum qui meus eſt,peto eum mihi reſtitui:& mox poſt dico pendente iudicio,Domine Iud.iſte reus collegit fructus à fundo meo,peto ꝙ mihi reſtituat. Iſta cumulatio eſt prohibita,propter rationē quam audiuimus. Sed cùm peto fundum cum fructib.rem cum vſuris, fundū cùm ſeruitute viæ, hæc ego peto tantū vna actione,ſed cum acceſſorijs & cōcomitantijs:& eſt ſenſus iſtius actionis,peto fundū mihi reſtitui,cū omnibus ſuis pertinentijs ſi fundū obtineo: hoc enim tacitè ſubintelligetur.Et ſic defenditur quotidiana practica. Per hanc limitationē limitari etiā not.poſſunt.d.l.fundi.d.l. fundum. Et hoc etiam attigit Paul.de Caſt.ſed non ita perfectè,in d.l.edita.ad fin.Tertiò limitatur,ſi iſtæ duæ actiones cumulantur per expreſſam conditionem:vt ſi dico, Domine Iudex,peto fundum Titianū qui meus eſt,& ſi obtineo eum, peto etiā ſeruitutē viæ.Item peto fundum Titianū qui meus eſt,& ſi obtinuero,peto fructus.Item peto partem fundi Titiani,& ſi obtinuero,peto mecū diuidi cōmuni diuid. Hanc limitationem didici à gloſ.ſingulari,in d.l.qui de inofficioſo.in verbo,exercere,in fin.gl.ff.de inoff.vbi docet elegāter quomodo poſsit cumulari querela inofficioſi, cum petitione hæreditatis.Sic enim debet petere filius exhæredatus: Domine iudex,peto teſtamentūpatris mei rumpi,& iudicari inofficioſum : & ſi ruptum ſit, peto hæreditatem. Iſtam gloſſ. credebam me nouiter inueniſſe, & gaudebam, ſed Paulus de Caſt.eam etiam allegat in hunc finem. Quæ limitatio eſt ſupra modum not. quia per eam limitantur d.l.fundi.d.l.fundum.quòd nunquam procederent & eſſent quaſi de vento,ſi ita duæ actiones cumularentur ſub conditione. Quartò limitatur regula noſtra multum eleganter, quādo duæ actiones incompatibiles,propter præiudicium, cumularentur alternatiuè diſiunctiuè:vt ſi actor petat à reo rem pro legato, vel pro hærede,vel pro poſſeſſore,quia iſta alternatiua procedit in omni actione cumulata, cæteris paribus. Et hoc eſt verum, quando actor eſt incertus vtram ex actionibus debeat inſtituere: quod facilè poteſt euenire, ſi actor neſciat contenta teſtamenti.Et hoc dixi etiam ſuperius circa alternatiuam,quòd actor poteſt alternatiuè petere, quandocunque eſt probabiliter ignorans quid debeat petere, & hoc ex

facto

facto rei,aduerſarij. text.habetis in l.j.§.quia autem ff.quor. leg.vbi ponitur hæc ſalubris doctrina,quam iam diximus:& Innoc.in c.conſtitutus.de reſtit in integ.Ergo accumulatio, quæ per noſtrā regulam eſt prohibita, procedit ſine dubio ſi diſiunctiuè alternatiuè cumulentur:vt,peto fundum vel ſeruitutem viæ ad fundum.& ita de alijs. Hæc eſt prima regula cum ſuis limitationib.Secūda regula cumulationis eſt, quādo plures actiones ad eandem rem ſic ſe habēt,quòd electione tollantur,tunc prohibita eſt cumulatio,& neceſſe erit alteram ex eis eligi cæteris dimiſsis.Exemplū habetis in legatario.Legatarius habet plures actiones ad conſequendam rem legatam,quia poteſt petere legatum actione perſonali ex teſtamēto,vel rei vend.vel hypothecaria, quaſi peteret rem ſibi pignoratam,hypothecatam.Iſtas tres actiones legatarius nō poteſt ſimul mouere,cumulare,vt dicat, peto ex teſtamento, & peto rei vend.& peto hypothecaria,ſed cogetur vnā ex iſtis eligere. text.eſt in l.cùm filius.§.varijs.ff.de leg.ij. Et q̄ plures actiones habeat legatarius,habetis tex.ſuprà de leg.§.noſtra autē. Sed hoc eſt facile, bene intelligitis. Aliud exemplū in l.quod in hærede.§.eligere.eſt vulg.§ ff.de tribut. vbi creditores qui contrahunt cum filiofam.in merce peculiari, habent duas actiones ſi filius ſciente patre negotiatus eſt) vt habetis in titulo infrà proximo)vnam ſuper peculio filijfamil. aliam tributoriam. Prima actio ſuper peculio eſt grauata, quia quando creditores agunt ſuper peculio ,tunc pater deducit omne illud quod ei debetur, in reſiduo habent creditores ius.Sed tributoria actio eſt æquior creditoribus : quia cùm pater ſciuerit filiū negotiari in aliqua merce.& paſſus eſt,tūc pater vocabitur in tributū pro rata cum alijs creditoribus. Hoc loco creditores debent eligere alteram ex actionibus,& vtram elegerint,ab alia receſſerunt. Hæc omnia latius deducuntur in d.tit.quod cum eo &c.infrà proximo. Tertia regula procedit ratione cōtrarietatis, & eſt regula Dyn.Superiores duæ regulæ ſunt gl.noſtræ.Hanc tertiā Dyn. ponit in d. c.nullus plurib.nempe quando plures actiones ita ſe habent, quòd altera eſt contraria alteri, tunc neceſſariò prohibetur
13 cumulatio,quia nouimus quòd † vno contrariorum poſito, remouetur aliud.Exemplū habetis in l.j.C.de furt.vbi ſeruus meus mādauit Titio vt ex pecunia mea emeret prædium me nolente

nolente & inuito:iſte Titius emit prædiũ ex pecunia mea: iã habeo duas actiones contra Titium : vna eſt actio mandati, quia ſi ratum habeo contractũ,tunc cõpetit mihi actio mandati,vt Titius reſtituat mihi prædia empta. Vel habeo actionem furti contra Titium,quia dum recepit pecuniã à ſeruo meo,perinde eſt ac ſi furatus eſſet,qa pecunia mea fuit & nõ ſerui. Ecce iam cogor vnam eligere ex iſtis duab.actionib. Si eligo actionẽ mandati,tunc receſsi à furti: ſi eligo actionem furti,receſsi ab actione mandati, quia hoc loco ſunt directò contrariæ,cõprobare contractum,& non cõprobare cõtractum. Aliud exemplum in l.fi.poſt prin.C.de codici.vbi hæres habet duas actiones ad conſequendã hæreditatẽ:quia poteſt eam petere ex codicill.& ſic ab inteſtato:vel poteſt eã petere ex teſtamento:quæ duæ actiones ſunt cõtrariæ,actio ex teſtamento,& actio ab inteſtato. Et iſta vſu veniũt hodie frequenter propter clauſulam codicillarẽ quæ apponitur in teſtamento. Teſtator enim poſtquam fecit teſtamentum ſuũ, adiicit clauſulam, †ſi teſtamẽtum non valeat vt teſtamentũ, 14 valere debeat tantummodo vt codicillus. Ex iſta clauſula cõpetunt hæredi duæ viæ:ſi vult ex teſtamẽto agere,tunc receſſit à codicillis: ſi vult ex clauſula codicillari agere, & petere tanquam ex codicillo,tũc receſsit à cauſa teſtamenti, per d.l. fin.quod tamen non eſt perpetuũ,& eget maiori explicatione,vt d.l.fin. Hîc ego credo,ex ea limitatione quam ſupra ex prima regula audiuimus,quòd ſi cõditionaliter peterem: vt, peto hæreditatem,& ſi non obtinuero,propter defectum formæ teſtamenti,peto ex clauſula codicillari. Hæc eſt tertia regula. Circa iſtas regulas dixerũt quidã, quòd tertia regula eſſet ſuperflua,& ſatis cõtineretur in ſecunda,vbi exercẽdo actiones etiam relucet contrarietas,aliàs electione non tollerentur. Vnde ſicut in ſecunda regula neceſſaria eſt electio vnius actionis, ita etiam in hac tertia: & oppugnatio hæc ſatis vrget,propterea gl. hîc miſcuit ſecundam & tertiam regulam. Sed Bartol.in l.edita.defendit Dyn.quia tertia regula habet contrarietatem mox ab initio,in qua non datur electio. Sed in ſecunda regula ab initio actiones non ſunt cõtrariæ,licet in proceſſu & exercendo incipiat relucere contrarietas. Et ſic ſecũda regula continet cõtrarias actiones in exercitio, inter quas cadit electio. In tertia regula relucet contrarietas mox

ab origine,in quã non cadit electio,quia actor cogitur alte-
ram accipere ex natura cõtrarii,& nõ in vim electionis.Hæc
eſt vna ſuaſio legalis Bar.ſed non vrget,non impellit,deſtrui
tur per text.apertum in d.l.j.C.de furt.vbi Imperator dicit al
teram debere eligi:vtitur verbo eligere, & tamen ſunt ab ini-
tio contrariæ actiones,& mirùm eſt quòd Bart.hoc nõ vide-
rit.Sed nihilominus poſuimus hanc tertiã regulã,cauſa faci-
lioris declarationis.Alias tres regulas addit hic Bar.quæ ta-
men improbantur à Salic.& Ang.Aret.tamen ponã eas vt res
cumulationis perfectius cognoſcatur.Vna eſt,quam dico nu
mero quartam,quando plures actiones ſic ſe habent, ꝙ fa-
cta condemnatione ex vna,conſequar ſatisfactionẽ,tunc pẽ
dente iudicio nõ poteſt cumulari alia,& eſt expectandus euẽ
tus litis,an mihi ſatisfiat ex prima actione.Fruſtrà enim cu
mularentur duæ actiones,cùm ſpero ſatisfactionẽ ex altera.
Exemplum.Vos ſcitis,ſi familia domini, id eſt,ſi plures ſerui
fecerint alteri furtum, tunc dominus ſeruorum non tenetur
tanquam pro pluribus furtis,licet plures furati ſint,ſed tan-
quàm de vno tenebitur,ac ſi liber homo furtũ feciſſet.ita ha-
betis in tit.ff.ſi fam.fur.fe.dica.& in l.ſi familia.ff.de iur.om.
iud.Nunc in propoſito,ſerui mei fecerũt furtũ in aliqua re,
tota familia ſeruorum meorũ, tu impetis me nomine Stichi
ſerui mei,petendo rem furto ſublatam,& nõ es cõtentus, ſed
etiam impetis me nomine Pamphili, cumulas aliã perſonã,
certè hæc cumulatio eſt prohibita,quia tu actor debes expe-
ctare,an ego cõdemner tibi nomine Stichi,& an ſatisfaciam
tibi:ſi ſatisfactũ tibi fuerit,fruſtrà adduceres Pamphilum,fru
ſtrà inquietares me nomine Pamphili.quòd ſi nõ cõſequaris
furtum ex condemnatione nomine Stichi, tunc ſalua eſt tibi
actio contra me dominum nomine aliorum ſeruorũ. ita eſt
tex.quem Doct.habent pro not.in l.j.§.fin.ff.ſi fam.fur.fec.
di.Hæc doctrina Bart.poteſt vtilis eſſe etiã ad noſtram rem,
15 quia vos ſcitis,quòd † duæ cauſæ lucratiuæ non concurrunt
in eadem perſona.Vt,ſi Titius donat equũ, vel legat equum,
eſt cauſa lucratiua: & alius,puta Flaccus, mihi eundẽ equum
donat & legat:quod poteſt fieri, quia aliena res poteſt dona-
ri,legari, vendi: textum habetis in l.omnes.j.ff.de act.Nunc
finge, Titius legat mihi rem aliquam in teſtamento ſuo:hæc
eſt vna cauſa lucratiua: Flaccus legat mihi eandem rem in

A ſuo

ſuo teſtamento, quo caſu deberetur mihi æſtimatio:nunc ego peto ab hærede Titij equum vel rem legatam,& nihilominus cumulo aliã rem lucratiuam,& peto ab hærede Flacci eundem equum:vel rem legatam.Hanc cumulationẽ perſonarum & cauſarum lucratiuarum facere nõ poſſum, quia debeo expectare,an ex prima lucratiua cauſa mihi ſatisfiat. Si non fuerit ſatisfactum,tũc ſalua eſt mihi actio pro altera cauſa lucratiua:ſi ſatisfactum fuerit,alia cauſa lucratiua tollitur.d.l.omnes.j.ff.de act.Hæc procedũt,vt dixi,ſi ambę cauſæ ſunt lucratiuæ:ſecus ſi altera eſſet oneroſa,quia tunc hæc doctrina non procederet,nam ambæ cauſæ bene poſſent cumulari:quia poſſum petere equum ex legato, & eundem nihilominus petere poſſum tanquam emptũ à Flacco,& non traditum,id quod in ſeq.ſpeciebus cumulationis latiùs tractabimus.Hæc regula Bar.eſt vera non tanquam regula,quia loquitur de cumulatione perſonarum,noſtra farina tractat de cumulatione actionum.Sed nihilominus doctrina Bar.vera eſt & not.præſertim circa cauſas lucratiuas.Alia regula eſt Bart.quòd ratio maioritatis impediat cumulationem.Nam quando ſunt duæ actiones,quarũ altera eſt maior,altera minor,iſtę nõ poſſunt cumulari,per l.per minorẽ.ff.de iud.vbi dicitur,Si incidat maior & minor actio,tunc† maior trahit 16 ad ſe minorem.Hoc eſt quod prouerbialiter dicitur,motus maiores expellũt minores.Sic ſi incidat actio criminalis & actio ciuilis in iudicium,tunc criminalis præcedit,& ciuilis differtur.Sic ſi duæ actiones incidãt vbi in altera eſt cauſa ſtatus,ſcilicet quòd litigans dicitur eſſe ſeruus, vel infamis, vel libertus,iſta cauſa præcedit,& facit ceſſare aliam.habetis tex. in l.ſi.C.de ord.iud.vbi actor agebat actione ciuili,reus accuſabat criminaliter:certè cauſa criminalis præcedit. Ita in l. quoniã Alexandrũ.C.de adul.Alexander obiecit vitium lenocinij cuidam marito,alter litigans dicebat Alexandrum eſſe ſeruum,non poſſe agere:iſta cauſa præcedit,& differtur cauſa lenocinij.Ecce ſic Barto.propter maioritatem dicit arceri cumulationem.Hęc doctrina eſt vera in ſeipſa,ſed huc non pertinet,quia nos loquimur, quando actiones cumulantur ab eodem actore:ſed iura allegata loquuntur,quãdo à diuerſis perſonis actiones cumulantur: vt cùm actor agit ciuili, reus per modũ reconuentionis accuſat actorẽ criminaliter.

Sic in cauſa ſtatus:aliquis petit hæreditatem,aduerſarius accuſat eum ſeruũ,& non poſſe petere,iſta cauſa ſtatus ſemper præfertur inter diuerſas perſonas:vt cùm aliquis petit dignitatem,officium aliquod,aduerſarius dicit quòd ſit infamis, hæc cauſa infamiæ primitus eſt tractanda,ſicut dixi vobis latè in l.ſæpe.ff.de re iud.& in §.præiudiciales.ſuprà eod. Denique nõ eſt verum quod dicit Bart.quòd ſi actor ciuilem & criminalem intẽtet,& ſic vna & eadem perſona,quòd criminalis præferatur tãquam maior,quia tex.eſt in contrarium, ſecundum vnam lecturam Ioan.in l.j.C.de appel.vbi ciuilis præfertur criminali.tex.apertum habetis in d.l.interdum.ff. de pub.iud.vbi criminalis tollitur & præfertur ciuilis,quando in vtriſque eſt res familiaris,vt ſuprà declarauimus:quapropter hæc regula Bart.non eſt tuta:& ita etiam ſentit Sali. prout eum allegat Ang.Are.hic.Vltima regula Bar.eſt,quòd ceſſat cumulatio ratione ordinis.Quando actiones ſic ſe habent quòd vna præcedit aliam propter ordinem,tunc tales actiones non cumulantur,ordine impediẽte.Nam vbi eſt ordo,ibi non eſt cõcurſus ſimultaneus.Sic eſt in poſſeſſorio & petitorio,ſi Bar.credimus,quia poſſeſſoriũ ordine pręcedit. Si ambæ iſtæ actiones incidant,tunc primò omnium poſſeſſoriũ examinatur,licet non ſit maius petitorio:ſed ordo hoc facit.tex.habetis in l.ordinarij.C.de rei vẽd.in l.incerti.C.de interd.in l exitus.ff.de acq.poſ.Dicit Imp.in dictis iuribus, ordinarij iuris eſſe,vt ſi incidat quæſtio poſſeſſorij,& petitorij,primò omniũ examinetur cauſa poſſeſsionis.Hæc regula nihil valet,quã etiã Salicetus improbat,quia nõ eſt verum
17 quòd † poſſeſſoriũ & petitoriũ cumulari nõ poſsint.Nã poſſeſſorium recuperandi concurrit cum petitorio,per expreſſum tex.in l.cum fundum.in fi.ff de vi & vi arm.vbi ſi tibi rapta ſint bona,potes petere quòd reſtituãtur,hoc eſt poſſeſſorium recuperandi,& nihilominus potes vẽdicare bona iure dominij:altera actio alteram non impedit. Et hoc eſt hodie expreſſum in c.paſtoralis.de cauſ.poſ.& propr.Ecce cumulatio poſſeſſorij & petitorij.Sic in poſſeſſorio adipiſcẽdæ,quãdo hæres petijt bonor.poſſ.& obtinuit,iſte habet interdictũ adipiſcendæ poſſeſsionis contra omnes qui bona detinent, infrà de interdi.§.adipiſcendæ. & nihilominus poteſt bona petere iure dominij.Ecce quomodo poſſeſſorium adipiſcendæ cu

dæ cumulatur cũ petitorio. Sed in poſſeſſorio retinendæ res ſic habet, quòd iſta duo, poſſeſſorium retinendę & petitoriũ, non cumulantur. Verũ eſt, ſed non ratione ordinis, non mehercule, ſed propter alias duas rationes. Primò, ſi actor contendat ſe poſſeſſorem & dominum fundi, qui etiam ambo iudicia accumulet, hic incertum eſt vter eorum ſit dominus, & vter poſsit probare ſe dominum, quia ignoratur vter eorum ſit poſſeſſor. Ratione huius incertitudinis primò examinanda eſt cauſa poſſeſſorij retinendę, vt alter ex litigatorib. poſſit ſuper dominio cõqueri, quando apparet quòd non poſsideat. Alia ratio quare poſſeſſorium retinẽdæ præcedit, eſt ratio contrarietatis: quia qui ſe dicit eſſe dominum fundi, & ſe moleſtari in poſſeſsione, iſte actor ſi vult accumulare, ſe dicere dominum, & quòd aduerſarius reſtituat fundũ ratione dominij, iam fatetur ſe non poſsidere. In poſſeſſorio dicebat ſe eſſe poſſeſſorem, quòd poſsideat fundũ, & quòd turbetur in poſſeſsione, ergo fatetur ſe poſsidere, quia non poteſt turbari in poſſeſsione qui nõ poſsidet. E diuerſo fatetur ſe non poſsidere cùm petit reſtitui fundum: quia poſsidere & non poſsidere ſunt duo cõtraria. Hæc eſt ratio quòd poſſeſſoriũ retinendæ, non cumulatur cum petitorio, & non ratione ordinis. Natura poſſeſſorij & petitorij nihil commune ſimul habent, alterum non impedit alterum, non eſt ordo inter ea, quantùm ad præſentem materiam. Hoc tamen non nego, quòd poſſeſſorium retinendæ poſſet aliquo reſpectu cõcurrere cum petitorio, ſicut dixi in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſ. propterea Bar. in hac regula omnino ſubuertitur, quia incertitudo circa cauſam dominij, & contrarietas inter poſſeſſorium retinendę & petitorium, prohibet in propoſito cumulationem, non vllus ordo, quia natura iſtorum iudiciorum facilè admittit & recipit cumulationem, vt iam ſuprà declaraui. Expediti nunc de iſtis ſex regulis, intrabimus materiam fortaſſe paulò difficiliorem. Nam videndũ eſt in quibus differentijs, in quibus ſpeciebus cumulationum dictæ ſex regulæ impediant, vel non impediant. Circa quod noueris primò, tria eſſe in hac materia præcipua ſcilicet, rem quæ in iudiciũ introducitur, actionẽ per quam res introducitur, & cauſam petendi, id eſt, quare ea res petatur, ex qua obligatione. Ex iſtis tribus, quæ debetis meminiſſ

18 ſe,oriuntur† quatuor ſpecies vel differētiæ cumulationum.
Prima,quando actor diuerſas res diuerſis actionibus,ſed ex
eadem cauſa petendi introducit. Secunda, quando actiones
ſunt diuerſæ,& cauſæ petendi diuerſæ,ſed eadem res. Tertia;
ſi diuerſæ quidem ſint actiones,ſed res eadem,& cauſa peten
di eadem. Quarta,quādo omnia tria ſunt diuerſa,actio, res,
& cauſa petēdi. Hic ego alium ordinem obſeruo quàm Bar.
qui quartam ſpeciem ponit primam. Item ipſe Bar.fa.quin-
que ſpecies. Salic.ponit ſex ſpecies,& ita obſcuratur hæc res
vltrò difficilis. Ego quatuor ſpecies differentia. poſui,vt do
cerem clariùs & breuius:& in iſtis quatuor ſpeciebus omnia
clauduntur quæ Salic.in ſex generibus per longa ſyrmata &
per flexuoſos mæandros multum faſtidioſè & obſcurè tra-
ctat:quem Salicet.qui ſequitur legendo, neceſſe eſt quòd ſit
obſcurus. Prima ergo ſpecies eſt,quando actiones ſunt di-
uerſæ,& res diuerſæ,ſed cauſa petendi eadem:id eſt quando
proponuntur duæ actiones quæ ſunt diuerſæ,& res quæ pe
tuntur etiam ſunt diuerſæ,ſed cauſa petēdi eſt eadem in vtriſ
que actionibus, idem factum vertitur in vtraque actione.
Exemplum habetis in l.ſi duo.§.idem Iulianus.ff.de iureiur.
vbi ſi reus deferente actore iurauit ſe furtum non feciſſe,iam
non poteſt teneri condictione furtiua. Ex quo habetis,ſi a-
ctor agit actione furti ad duplum vel quadruplum, & accu-
mulat condictionem furtiuam,iſtæ ſunt diuerſę actiones,&
ſunt etiam diuerſæ res,quia actio furti proſequitur tantùm
pœnam,ſicut audiuiſtis in §.quadrupli.ſed condictio furti-
ua perſequitur rem furto ablatam,vt etiam ibi audiuiſtis. Ec
ce iſtæ ſunt diuerſæ res, pœnam petere, & rem petere:quia
res non eſt in pœna,in crimine furti: vnde non poſſunt cu-
mulari,ideò quia eſt eadem cauſa petendi in furto & condi-
ctione furtiua. Quare enim petis actione furti?quia furatus
eſt mihi reus. Quare petis condictione furtiua rem ipſam?
quia reus furatus eſt. Ecce eadem cauſa petendi,& ſunt ta-
men diuerſæ actiones,furti,& condictio furtiua, quarum al
tera non conſumit alteram.l.ſi pro fure.§.j.ff.de cond. furt.
Poſſum enim pœnam furti petere, & poſſum rem furatam,
vt ita loquar,petere condictione furtiua, diuerſis iudicijs:
ſed nō poſſum iſtas actiones cumulare,quia in vtriſq; idem
peterem. Et ſic obſtat regula prohibitoria, regula prima,
quia

quia abſolutoria in prima actione pareret except.rei iudi.in ſecunda.Et ſub hac ſpecie comprehendimus etiam l.fundum. & l.fundi.ff.de excep.vbi actor petierat diuerſas res, fundum, & ſeruitutem viæ:& diuerſis actionibus,fundum actione reali rei vendicat.viam actione confeſſoria:ſed fuit quaſi eadem cauſa petendi,imò abſolutoria ſententia in prima peperit excep.rei iud.in ſecunda. Hæc pulchra doctrina fallit,ſi damnum pro fure ſit deciſum tranſactione,quia tunc non includitur condictio furtiua. Tranſactio enim eſt ſtricti iuris, quæ vltra expreſſa non extenditur. Vnde ſi peterem æſtimationem damni tranſancti ex tranſactione, & condicerem cõdictione furtiua rem ipſam,iſta benè poſſunt cumulari,quia nulla regula prohibitiua impedit,& eſt tamẽ eadem cauſa petendi,ſcilicet propter furtum.Sed hoc eſt ideo,quia abſolutoria in prima actione non parit exceptionẽ rei iud. in ſecunda. Nam ſi iudex diceret,Abſoluimus reum ab articulo trãſactionis,nihilominus maneret condictio furtiua illæſa,non vulnerata,quia damnum tantummodo fuit tranſactum,non pœna furti,non furtum. Secunda ſpecies, quando actiones ſunt diuerſæ, & cauſa petendi diuerſa, ſed eſt eadem res.hîc ſunt opiniones inter Dynum & Petr.de bell.pert. Dyn.admittit cumulationẽ licet ſit eadem res, dum tamen ſit diuerſa cauſa petendi, quia à fine omnia denominantur. Petrus negat cumulationem. Bart.in d.l.edita.eleganter concordat iſtas opiniones.Nam quando duæ actiones ſic ſe habent, ꝙ ſatisfactione facta ex vna cauſa tollitur alia,id eſt,ſolutionẽ & perceptione eius rei quæ petita eſt in prima actione, tunc tollitur omne ius ex ſecunda actione, hoc loco cumulari nõ poſſent.Dedimus exemplum,quando concurrunt duæ cauſæ lucratiuæ in diuerſis actionibus,in diuerſa cauſa petendi: vt, ſi mihi legatus fuerit calix ex teſtamento Titii, hæc eſt cauſa lucratiua, quia cauſa legati, & idem calix legetur mihi in teſtamento Flacci, vt ſaltem conſequar æſtimationem: & ſcimus quòd res aliena legari poteſt. ſuprà de legatis. §. ſi cui fundus. Ecce iſta eſt alia cauſa lucratiua. Nunc ego peto ex teſtamento Titii calicem, & volo accumulare ex teſtamento Flacci eundem calicem: iſtæ ſunt diuerſæ actiones, & diuerſa cauſa petendi, certè non poſſum cumulare, quia ſi ſoluitur mihi calix ex teſtamento Titii, iam ſublata

eſt petitio ex teſtamento Flacci, quia duæ cauſæ lucratiuæ non concurrunt.d.l.omnes.j.ff.de act.l.Mæuius.§.duorum teſtamentis.ff.de leg.ij Et hoc loco opinio Petr.eſt verior,& probatur per text.in d.l.j.§.fin.ff.ſi fam.fur.fe.dic.vbi ſi peto à domino nomine Stichi rem mihi ablatam,non poſſum cu mulare quòd petam à domino nomine Pāphili eandē rem: quia ſi dominus ſatisfacit mihi nomine Stichi, iā ſublata eſt omnis actio nomine aliorum ſeruorū.& ita procedit l.item illa.§.vetus fuit dubitatio.ff.de conſtit pecu.vbi quidam tenebatur mihi ex mutuo ad decē.hæc eſt prima obligatio. Iſte debitor conſtituit ſe ſoluere decem,& ſic tenetur ex conſtituto,vt audiuimus ſuprà eod.§.de conſtituta.& hæc eſt ſecunda actio. Fingite,Ego peto ab iſto debitore decem ex conſtituto,quia cōſtituerat,& nihilominus accumulo primam obligationem,peto eadem decem ex mutuo. Ecce iſta accumulatio non eſt recepta, ideo quia ſolutione & perceptione ſeu ſatisfactione facta ex prima actione, ex conſtituto, tollitur ipſo iure ſecunda,ſcilicet actio mutui. Iſta eſt opinio Petri. Vide Bart.in d.§.vetus.vbi ſunt ambæ cauſæ petendi oneroſæ,& ſunt diuerſæ cauſæ petēdi,vna ex conſtituto,alia ex mutuo,& ſic diuerſæ actiones, tamen non cumulantur,ex cauſa quam iam dixi,quòd perceptione tollitur altera.Si verò duæ cauſæ petendi cōcurrerent cum diuerſis actionibus, & res eſſet eadē,ſed non lucratiūa,quia cauſæ eſſent oneroſæ, vel eſſent partim lucratiuæ partim oneroſæ, hic admitteretur accumulatio,iuxta opinionem Dyni. Habetis exemplum in l. non eſt nouū.ff.de act.empt.ibi, ego emi fundum à Titio,& ſic Titius tenetur mihi de euictione.Hæc eſt cauſa oneroſa. Fingite,Flaccus etiam emit fundum ab iſto Titio,& ſic tenetur ei etiam de euictione, quæ pariter eſt cauſa oneroſa.Fingamus,ego ſucceſsi Flacco,& ſic duæ obligationes reciderūt in meam perſonam,mea obligatio qua emeram fundū à Titio,& obligatio Flacci hæreditaria, quia Titius vtriſque tenetur de euictione:& ſic in perſona mea ſunt duæ obligationes.Hoc loco,ſi peto euictionem à Titio ex cauſa hæreditaria Flacci,nihilominus poſſum acumulare meam obligationem qua is Titius mihi ex cōtractu tenetur. Ecce ibi ſunt diuerſæ actiones,ibi eſt diuerſa cauſa petēdi, quia ex mea propria obligatione, & ex hæreditaria obligatione: ſed eſt ea-
dem

dem res in ſpecie,ſcilicet euictio. Vnde dicit Iuriſconſultus, hoc non eſſe nouum quòd duæ obligationes reperiantur in vna perſona: intelligite,ſi ambæ cauſæ ſunt oneroſæ,& non lucratiuæ.habetis tex.etiam in l.ſi is qui.ff.de act.vbi ſtipulabar à te ſeruum ex cauſa oneroſa. Ecce vna obligatio. Iſtum ſeruũ legat mihi Flaccus in teſtamento ſuo. Ecce alia cauſa, ſed lucratiua.Iſtum ſeruum poſſum petere vtraque actione, ſcilicet ex ſtipulatu à Titio,& ex legato ab hærede Flacci: & ſic duæ cauſæ concurrunt,ſed altera eſt oneroſa,& altera tãtùm lucratiua,vnde conſequor ſeruum ex actione ex ſtipulatu, & conſequor æſtimationem ſerui ex teſtamento Flacci: quo caſu opinio Dyni eſt vera,& eſt pulchra concordia Bar. & not.Pro prædictis fa.l.ſi actor.ff.de iureiu.Hæc eſt ſecũda ſpecies.Tertia ſpecies,ſi diuerſæ quidẽ ſint actiones, ſed eadem res & eadem cauſa petendi,tunc ſine dubio non admittitur cumulatio,prohibẽte prima & ſecunda regula, quia licet actiones ſint diuerſæ,eadem tamen quæſtio manet. Et dicit Iuriſconſultus in not.l.eadem.ff.de except.rei iud.quòd mutatione actionis idem factum reuocatur in iudicium, & manet eadem quæſtio:Quæſtio hic ſumitur pro eadem cauſa & eodẽ facto.Exẽplum habetis in l.j.in prin.ff.vi bon.rap.vbi qui egit vi bonor.rapt.ad quadruplum,non poteſt cumulare actionẽ furti ad duplum,quia licet ibi ſit diuerſa actio,vi bonor.rapt.& furti,tamẽ res eſt eadem vtrobique,videlicet rem eſſe ablatam:& eadẽ cauſa petendi,ſcilicet propter rem ablatam:& ſic eadẽ quæſtio reuocatur in iudiciũ,licet actio mutetur.Addo quòd ſententia abſolutoria in prima actione pareret exceptionẽ rei iud in ſecunda. Sic procedit l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribut. vbi creditores, ſi agunt de peculio, & ſic pater deducet ſuum debitũ, non poſſent accumulare tributoriã, quo caſu pater non deduceret ſuum debitũ, vt ſuprà ſatis declarauimus circa ſecundam regulam. Et ſic obſtat regula tertia,ſcilicet contrarietatis, quia contraria ſunt quòd pater deducat debitum ex peculio, & non deducat: ibi ſunt etiam diuerſæ actiones,ſcilicet tributoria & de peculio, ſed eſt eadem res vtrobique,ſcilicet debita creditorum: & eadem cauſa petendi in vtriſque, quia propter hoc debitum agunt creditores. Item aliud exemplum habetis in l. ſed ſi ex parte.§.fi.ff.quod cum eo.vbi creditores ſi agunt de peculio

filiifamil. vel ſerui, quo caſu patiuntur & cogũtur pati, quòd pater deducat ſua debita ex peculio, iam nõ poſſent accumulare actionem quod iuſſu, id eſt, quòd agerent ad totum debitum eorum ſine deductione, quia pater iuſsiſſet filium ſic cõtrahere. Et hæc dicitur actio quod iuſſu. Ecce iſtæ duę actiones non cumulantur obſtante tertia regula. Aliud exemplum habetis in l. licet. §. poſſumus. ff. naut. caup. ſtab. vbi cùm vectores vel hoſpites deponũt res eorũ apud ſtabularios, apud nautas, apud caupones, & committunt eis cuſtodiam, certè ſi committitur furtum in iſta re cõmiſſa, quod præſumitur factum per familiam iſtorum hominũ, tunc hoſpes habet duas actiones, actionem furti contra nautam &c. & actionẽ damni iniuriæ, quòd damnificatus eſt hoſpes iniurioſè: ſed vtraſque non poteſt cumulare, debet vna eſſe contentus, dicit text. ibi. Ecce ibi ſunt diuerſæ actiones, ſed eadem cauſa petendi, & eadem res, vnde dicit ibidem moralis text. non debere fieri quòd de commiſſo hominis ſæpe inquiratur. Accipite aliud exemplum in l. metũ. iij. §. licet. ff. quod metus cauſa. vbi qui agit contra eum qui metum intulit, ſi agit ad pœnam quadrupli, non poteſt poſteà petere rem metu ablatã, quia res eſt petita in quadruplo, vt audiuimus in §. quadrupli. Vnde nõ poteſt peti, quòd non eſſet in cauſa furti, quia actio furti cõtinet merã pœnam legitimã quadrupli vel dupli extra rem furto ſublatã. Vnde qui agit actione furti ad quadruplũ, poteſt nihilominus poſteà petere rem ex condictione furtiua, vel etiã vẽdicare. l. ei qui. ff. de furt. ſuprà eo. tit. §. fi. Vnde hic nõ eſſet bonum argumentũ ab actione furti ad condictionem furtiuam. Sumite aliud exẽplum & pulchrũ. Vos ſcitis quòd† hæ-
19 reditatem petere, eſt petere ius ſucceſsionis. l. quædã. §. nihil intereſt. ff. de eden. Vnde hæreditas eſt iuris, vt ſæpe diximus: ſed res hæreditariæ particulares conſiſtunt in facto: licet cõtineantur in hæreditate, tamen diuerſos habent reſpectus hæreditas & res hæreditariæ, & nihilominus quo ad ſenſum, quo ad effectum ambæ ſunt vna res hæreditas & res hæreditariæ, habent tamen diuerſos conceptus, quod Scotiſtæ bene intelligunt, quia vna eſt iuris, altera facti. Nunc ad propoſitum. Finge, ego peto hæreditatem à Titio, ibi ago ſuper iuris ſucceſsione, & cumulo nihilominus actionem ſuper res hæreditarias: iſta cumulatio non eſt recepta, quia ſunt
diuerſæ

diuerſæ actiones vtrobiq;,ſed in effectu eſt vna res, licet cõceptus ſint varij:& eſt eadem cauſa petendi,quia vtrobiq; petitur hæreditas defuncti. Hoc colligimus ex not.text.in l.ſi quis cum totum.§.& generaliter.ff.de except.rei iud.Habetis etiam exemplum in l.duobus.§.colonus.ff de iureiur.vbi colonus meus [illegible] locaui fundum ſucciderat mihi arbores fructiferas,ego ago cõtra eum actione arb.furt.cæſ.& accumulo actionẽ l.Aquiliæ, & iterũ accumulo interdictum quod vi aut clàm:vi hoc feciſti,clàm hoc feciſti.Dicitur iſtas actiones cumulari non poſſe,quia dantur ad idem ex eadẽ cauſa: & iuramentum præſtitum per colonum in vna actione, obſtaret mihi in omnibus alijs actionibus.d.§.colonus. Et ad prædicta facit eleg.text.in l.nemo ex his.§.quoties.ff.de reg. iur.Et iſta tertia ſpecies cumulationis impeditur per ſecundam regulam,quia iſtæ actiones electione tolluntur. Hanc tertiã ſpeciem limitate (quod Doct.nõ tangũt) niſi in altera actione eſſet quiddã plus, quiddã amplius, quiddam auctius quàm in prima actione,quia tunc in eo qđ plus eſt, poſſent cumulari omnia exempla quæ ſuprà recenſuimus.Exemplũ habetis (vt intelligatis) in l.qui ſeruum.ff.de act.vbi dicitur † qui ſeruum alienũ verberat, is tenetur domino iniuriarũ, 29
& l.Aquila,damni iniuriæ.Debet autẽ altera actione eſſe cõtentus,propter iſtam tertiã ſpeciem, quòd licet diuerſæ ſint actiones,tamẽ eadem eſt res & eadem cauſa petendi. Cæterũ poſtquam Iuriſconſultus ibi eruditè diſputat,cõcludit,quòd ſi in altera actione plus ſit quàm in altera, iſtud plus poſſe cumulari cum altera actione.Exempli gratia:Tu verberaſti mihi ſeruum meũ,& vulneraſti eum,ego ago contra te iniuriarum,quia feciſti contumeliã,& æſtimo iniuriã ad xx.florenos:poſtea accumulo actionẽ l.Aquiliæ,damni iniurię,tu iniurioſe dãnificaſti me in ſeruo,& damnũ paſſus ſum x L. florenorum,quib.ſeruus minus valet quàm prius:iſtud plus, iſtos excurrentes x x.florenos peto actione l.Aquiliæ.ſic habetis not.in l.ſi pignore.aliàs.eum qui.§.cũ furti actio.ff.de furt.vbi licet is cui furtũ factum eſt poſsit agere condictione furtiua ad rem,& poſsit agere rei vend. etiã ad rem, debet tamen alterã eligere,quia altera per alterã tollitur,niſi in altera aliquid plus ſit:qa ſi cõſecutus eſt actor litis æſtimationẽ ex condictionę furtiua,tamen ſi pinguior eſt rei vendicatio,

iſtud

iſtud plus non prohibetur accumulare. Secūdo fall. quando actio prima ſubſeruiret actioni ſecundæ, vel eſſet præparatoria ad ſecundā, quia tūc bene admittitur accumulatio, nulla regula impediēte. Nam actio ad exhibendū, ſubſeruit actioni reali rei vēdicationis, præparat ei viam: quia qui vult rem mobilem vendicare, calicē, equum &c. à poſſeſſore, debet primò agere ad exhibendū: Domine Iudex, facite [illegible]um aduerſarium quòd exhibeat talem calicem, oſtendat in iudicio talis formæ, auratum, capularem, vt exhibito calice poſsim eum vendicare. Ergo actio ad exhib. eſt præparatoria, ſubſeruit rei vendica. vnde proponuntur in diuerſis libellis & inſtantijs regulariter, poſſunt tamen in vno libello cumulari, quod etiam dixi in §. præterea, ſuprà eo. quòd eſt nota digniſ. Domine iudex, facite exhiberi hunc equum, quo exhibito, peto equū cuius ſum dominus. Ecce ibi ſunt diuerſæ actiones, ad exhibendum, & rei vend. & eſt eadem res, ſcilicet, equus, calix: & eadē cauſa petendi, licet actio mutetur, tamen eadem quęſtio in iudicium reuocatur: ſed hoc eſt propterea, quia altera actio alteri non præiudicat, ſed ſubſeruit prima actio ſecundæ, & eſt præparatoria, vt dixi. Et ita nouiter procedit Auth. de fideiuſſ. §. ſed neque. quia ibi actio hypothecaria ſubſeruit principali obligationi. Et eſt noua ſolutio, & fortè melior omnib. alijs. Quòd autem poſsint cumulari, gl. tenet in l. j. in verb. inſtituitur. ff. de interrog. act. & gl. in d. l. qui de inofficioſo. in verb. exercere. ad fi. ff. de inoff. teſt. cum alijs cōcor. per Iaſo. in d §. præterea. in ix. col. Et hoc non ſolum procedit in rei vend. ſed etiam in alijs actionibus, quibus actio ad exhibend. eſt præparatoria, quæ recenſet Iuriſconſultus in l. iij. §. eſt autem perſonalis. ff. ad exhib. ſicut eſt hypothecaria. Antequàm petam hypothecā à tertio poſſeſſore, poſſum petere exhiberi, ſi eſt res mobilis. Sic etiā ſi peto vſumfructum in re mobili, præcedit actio ad exhib. imò cumulari poteſt cum eis. Tertiò fall. iſta tertia ſpecies, ſi altera actio concurrat acceſſoriè, vel conditionaliter, vel disiunctiuè, ſicut latiùs diximus ſuprà circa primam regulam, quæ hic repeto. Quarta ſpecies, quando omnia ſunt diuerſa, ſcilicet, actiones, res ipſa, & cauſa petendi, hoc loco ſine dubio admittitur cumulatio tanquam diuerſarum actionum, diuerſarum rerum, & diuerſæ cauſæ petendi. Ita procedit l. ſi idem cum

codem.

eodem.ff.de iur. omniũ iud.vbi poſſum à reo petere decem ex cauſa depoſiti, viginti ex cauſa mutui, centũ ex cauſa emptionis & vend.& ita de alijs. Et iſta cumulatio diuerſarum rerum poteſt fieri in eodem libello, ſecundũ Paul.de Caſt.in d.l.edita.ad fin.qui ad hoc allegat.c.querelam.in princ.& ibi glo.de elect.licet Bar.in d.l.edita.diuerſum ſenſerit,videlicet oportere cumulari in diuerſis libellis,non in eodem:ſed non eſt verum,aſſertio Pauli eſt verior,quia aliàs d.l.ſi idem cum eodem.eſſet ſuper indubitabili,& ſuperflua, ſi ibi requirerẽtur diuerſi libelli. Exemplũ huius ſpeciei habetis etiã in tribus interdictis poſſeſſorij & petitorij, quia iſta tria interdicta poſſe cumulari diximus ſuperius in pen. regula Bart.qđ procedit ſine dubio, & eſt hodie expeditum in c.cum eccleſia Sutrina.in c.paſtoralis.de cauſ. poſſeſ.& prop. Niſi in caſu poſſeſſorij retinendæ,quod poſſeſſoriũ præcedit aliquando ratione cõtrarietatis, aliquando ratione incertitudinis, quo ad cauſam dominij,id quod ſuprà declarauimus in d.regula pen.Bart.Nam cùm † poſſeſsio nihil commune habeat cum 21
proprietate,l.ſi mater.§.fin.ff.de except. rei iud. rectè cõſtat quod cumulari poſsint.Nam rectè ago,ſi dico,Domine iudex,mihi debetur poſſeſsio huius hęreditatis ex interd.quor. bonor.& dico etiã quod ſim dominus iſtarum rerum hæreditariarum. Ecce quomodo cumulatur poſſeſſorium adipiſcendæ cum cauſa dominij,cum petitorio.Sic exemplum eſt expeditũ in poſſeſſorio recuperandi, quia ago contra te ex interdicto violentiæ ad res ablatas,& vendico etiã res meas à te tãquàm dominus.Iſta exempla ideo dedi vobis,quia res poſſeſſorij & petitorij eſt multum impedita, vt in vulgato §. nihil cõmune. Exemplum etiam habetis in l.rerum amotarum.iij.ff.rerum amot.vbi maritus egit cõtra vxorem,quòd ipſa ei res amouerit.hæc eſt actio ciuilis,& nihilominus accuſat eam adulterij.Iſtæ ambæ actiones cumulantur,etiam ſi vna ciuilis ſit,altera criminalis,ſecũdum vnam lecturam: & habetis ibidem caſum vbi cõcurrunt ciuilis & criminalis in eadem perſona,quod nõ reciperetur in alijs cauſis ciuilibus & criminalibus in quibus verſaretur res familiaris.d.l.interdum.ff.de publ.iud. Verùm iſte tractatus de concurſu criminalis actionis & ciuilis latè patet,de quo Doct.in l.adulterij. C.de adulter.in l.de crimine.C.eod.tit.in l.ij.§.hoc edicto.&

ibi

ibi latè Bart.ff.vi bon.rapt.Hæc quarta ſpecies ampliatur in not.caſu, etiã ſi actiones ſint eædem ſpecie, quia adhuc procedit cumulatio,dum tamen actiones ſint diuerſæ numero. Exempli gratia,vt intelligatis: Mihi obuenit hæreditas à Titio, tibi obuenerat hæreditas à Flacco. Sempronio obuenit hæreditas à Valerio,& ita plures hæreditates obuenerunt nobis ex diuerſis cauſis,quas hæreditates ſimul cõmunicamus, promiſcuè vtimur iſtis hæreditatibus ac ſi eſſemus ſocij.Ecce in his omnibus perſonis eſt vna tantum hæreditas ſpecie, quia hæreditas cum hæreditate ſunt eadẽ ſpecie,quia homo ſicut homo,eſt idẽ in ſpecie.In his omnibus quæ nominaui eſt eadem hæreditas quo ad ſpeciẽ,ſed tamen iſtæ hæred.ſunt diuerſæ numero, quia alia eſt mea hæreditas, alia tua, alia Sempronij.Sicut Socrates & Plato,Ioannes & Paulus differunt numero,ita iſtæ hæred. Si volumus diuidere inter nos, tunc poſſumus cumulare in vno iudicio. Ecce pulchra ampliatio,quòd plura quæ ſunt eiuſdem ſpeciei,poſſunt cumulari ac ſi eſſent protinus diuerſa,& ſufficit ꝙ ſint diuerſa numero,licet ſpecie eadẽ.Et hoc fit cauſa dirimendarũ litium: per hoc dirimuntur lites,quæ per plures proceſſus efficerentur immortales.ita habetis tex.not.dig.in l.hæredes.§.de plurib.ff.fam.erciſc.Paria dixerimus ſi plurium perſonarũ ſint plures ſocietates:ſunt quatuor aut quinq; ſocij,ille habet ſocietatẽ papyri,alius panni,tertius ſalis,quartus frumenti, & ita de alijs:iſtæ omnes ſocietates ſunt eædem in ſpecie, quia in omnibus iſtis eſt ſocietas, ſed in diuerſis rebus: res ſunt eædẽ ſpecie,& ſunt diuerſæ numero:certè vno iudicio cõmuni diuid.poſſunt ſocietates eorũ diuidere.l.cũ duobus, aliàs, ſi fratres.§.ſi plures.ff.pro ſocio.ita etiã procedit d.l.non eſt nouũ.ff.de act.empt.vbi in vnã perſonã cadunt duæ obligationes de euictione, quæ ſunt eædẽ ſpecie, diuerſæ numero. Alia eſt euictio cõtra meũ venditorẽ, alia eſt euictio eiuſdẽ vẽditoris mea,quia ſum hæres defuncti. Hæc ſpecies ſic ampliata fall.primò, ſi diuerſæ res ſint adinuicẽ contingentes: vt cùm petitur fundus tanquã meus, & nihilominus petitur ſeruitus ad fundũ:hæ ſunt res diuerſæ,item actiones diuerſæ, denique diuerſa cauſa petendi,omnia ſunt diuerſa:ſed quia ſecunda habet contingentiam,id eſt, tangentiam, reſpectum ad primam actionem propter ſententiam abſolutoriam, vt iam

iam ſæpe declaraui, quapropter ratione huius contingentiæ. prohibetur cumulatio.d.l.fundum.d.l.fundi.ff.de except. & ibi in l.fundi.in gl.didici hoc nomen, hoc verbum, Ratione contingentiæ, id eſt, ratione reſpectus. Secundò fallit, ſi diuerſæ actiones, diuerſæ res, diuerſa cauſa petendi concurrãt inter diuerſas perſonas, quia tunc ratione maioritatis prohibetur cumulatio, & maior cauſa præfertur minori.d.l.per minorem.cum omnibus exemplis ibidem per gl.poſitis.ff.de iud.vbi, vt ſæpe declaraui, peto debitum ciuili actione à reo, reus obijcit mihi crimen, eſſe furem, vel raptorem, vel homicidam &c.iam cauſa criminalis inter diuerſas perſonas præfertur, præcedit, trahit ad ſe minorẽ.Sic ſi petam hæredit. vel vendicem aliquam rem, reus accuſat me eſſe ſeruum, qui nõ poſsim ſtare in iudició, ecce hæc eſt cauſa ſtatus, quæ procedit. Et ita potuit verificari quarta regula quæ fuit prima Bartoli, in diuerſis perſonis. Expediti de iſtis quatuor ſpeciebus, in quibus credo nihil eſſe omiſſum quod nouiſſe conueniat, videamus nunc pro cõplemento aliqua miſcellanea. Et quæro primò, in caſibus in quibus eſt recepta cumulatio, an poſt litem cõteſt. in primo iudicio cumulari poſsit ſecũda actio? Certum enim eſt quòd cumulatio poteſt fieri ante litem cõteſt. ſed an poſtea, hoc dubitari poteſt. Dicite breuiter ex ſententia Bart.in d.l edita.quòd imò etiam poſt litem conteſt. pendente iudicio primæ actionis, ſecunda cumulari poteſt, ſed tunc opus erit proprio libello, & noua inſtantia.arg.l.nõ poteſt videri.ff.de iud. Secundò quæro cum Bar.in d.l.an in caſibus in quibus eſt recepta cumulatio, debeat etiam iurari de calumnia in ſecunda actione? Breuiter ex mente Bart.dic, quòd non ſit neceſſe, cùm ſemel iuratũ ſit in prima actione. per pulchram Authent. in iſto.C.de iureiur. propter calum. vbi dicitur iurãdum eſſe de calumnia ſuper tota lite & ſuper omnibus probationibus quòd ex veritate procedant. Non enim eſt ſæpe iurandum de calumnia, dicit Imperator. Quid autem ſi in caſibus in quibus eſt recepta cumulatio, iudex ſententiam ferat tantum in vna cauſa, & in vna actione cumulata non ferat ſententiam? Certum eſt quòd iudex debet de vtraque pronuntiare.l.de qua re.ff.de iud. Quid autem ſi omittat in altera diffinire, an ſua ſententia ſit nulla? Videtur prorſus eſſe nulla, per l.in hoc iudicio.ff.familiæ erciſcund.

vbi

vbi niſi iudex de toto pronuutiet, nihil cenſebitur feciſſe. Sed dic contrà, quòd iudex poſsit omittere ſententiam in altera cauſa, arg. l. etiam. & ibi gl. ff. de min. vbi potuit puella minor in integrũ reſtitutionem obtinere aduerſus vnum caput ſen tentiæ, & non aduerſus alia: & habetis text. in l. non idcirco. ff. de iud. vbi plura fuerunt capita in ſententia, & aliquibus tutoribus abſentib. iudex tulit ſententiã, nõ in omnibus capitulis, ſed in his quibus partes fuerunt præſentes. Et ſic habe tis, iudicẽ poſſe diffinire in vna cauſa, & nõ in alia cumulata, niſi requiratur per partes. Et non obſtat d. l. in hoc iudicio. quia loquitur in connexis, ſicut in diuiſione hæreditatis: nos loquimur in actionibus ſeparatis. Penultimò quæro, quid ſi in caſibus in quibus cumulatio eſt prohibita, nõ opponeretur de cumulatione, reus non exciperet, an iudicium nihilominus procedat? Bald. in d. l. edita. quædam docet, ſed imperfectè. Vos dicetis breuiter: Aut cumulatio eſt prohibita propter ſecundam & tertiam regulam, quia actiones electione tolluntur, vel contrarietate, vel etiam in concurſu duarũ lucratiuarum: hoc loco ſi actor accumulat, iudicium non procedet, etiã ſi reus non opponat, quia vna actione electa, ipſo iure tollitur altera, & iudex poteſt ex officio reijcere ſecundam actionem, quia nemo ſine actione experitur. l. ſi pupilli. in fin. ff. de neg. geſt. Hoc eſt expeditũ. Si autem cumulatio eſſet prohibita, quia contra primam regulam, videlicet quòd prima actio contingeret ſecundam, tunc refert an reus abſol uatur, an cõdemnetur actori in prima actione. Si reus abſol uitur per ſententiã à prima actione, tunc orta eſt ei exceptio rei iud. perpetua, ſicut ſuprà diximus: quo caſu ſecundum iudicium non procederet obſtante exceptione. Si autem reus condemnetur actori in prima actione, tunc ſecundum iudicium procedet: poteſt poſtea diſcuti, examinari, an ſeruitus debeatur fundo. Sed actor non poteſt ſe iuuare ex iſta prima ſententia quã obtinuit: quia nõ ſequitur, actor eſt dominus fundi, ergo ſeruitus ei debetur. Et ita ſentite in iſtis ꝓhibitis cumulationib. ſi pars rea non opponat. Iſta ſunt ſatis clarè tradita, & obſcurè tractantur per Doct. Quid autem in iſta prohibita cumulatione, quæ prohibetur ratione cõtingentiæ ex prima regula? quid ſi ordo cumulationis cõuertatur, ita quòd actor primò petat ſeruitutem viæ, deinde petat fundum

dum

dum Titianũ? ſicut eſt tex. in l. ſed ſi antè. vbi ponitur iſte caſus. ff. de excep. Dicite no. quòd tunc ceſſat ratio cõtingẽtiæ: altera actio alterã nõ cõtingit, nõ reſpicit, quia ſeruitus viæ poteſt peti tanquam corpus ſeparatum, & fundus tanquã corpus. hoc eſt quod dicit tex. in d. l. ſed ſi antè. eſſe diſparia corpora: hoc loco cumulatio non eſt prohibita, bene poteſt primò peti ſeruitus viæ, & deinde fundus. Quid ergo in iſtis iudicijs? an iudiciũ procedat in vtriſq; actionibus? Dicite, iterum diſtinguẽdũ eſſe, an reus abſoluatur in prima actione, an actor obtineat. Si reus abſoluitur, ita quòd nõ debet ſeruitutẽ viæ, per hoc non eſt ſublata alia actio, quia iudicium nihilominus procedit in rei vendica. in feudo petito: quia non ſequitur, reus non debet ſeruitutem viæ, ergo non debet fundũ actori. Si verò reus cõdẽnaretur in prima actione, quòd actor obtineret victoriam, iudex decerneret ſeruitutem viæ actori deberi. hæc ſententia facit magnam præſumptionẽ ad ſecundũ iudicium: quia ſi ſeruitus viæ actori debetur ad fundum Titianum, ergo fundus Titianus eſt actoris, quia ſeruitutes nemini debẽtur niſi dominis fundorum. l. ij. ff. ſi ſeruit. vend. tamen non eſſet plena probatio, cum difficilis ſit probatio dominij. Quid autẽ ſi reus eo caſu abſolueretur in ſecunda actione, ita quòd actor ſuccũberet in dominio? Dicit Pau. de Caſt. qui obſcuriſsimè loquitur in d. l. edita. ad finẽ, quòd tunc detegeretur, aperiretur iniquitas primæ ſententiæ: quia quomodo poteſt deberi ſeruitus viæ actori, ſi actor ſuccubuit in dominio? Tandẽ pro cõplemento, quæro de pulchra quæſtionę, quam habui in practica, & quam Doct. non tangunt. Quid ſi actiones quæ prohibẽtur cumulari per primã regulam propter contingentiã, non cumulentur apertè, ſed tacitè, implicitè, per obliquum? vt ſi actor dicat, Peto ſeruitutem viæ ad fundum meum Titianum, an iſta implicita cumulatio procedat? quia ita faciunt callidi & verſuti procuratores, prę ſupponunt pro certo, quòd adhuc eſt dubium, vt illaqueetur aduerſarius. Dicite ſicut ego puto, quòd iſta actio nõ recipitur, poteſt excludi, nõ virtute cumulatiõis, quia hic nulla eſt cumulatio aperta, ſed per † exceptionẽ præpoſterationis, id eſt, quòd prępoſteratur, cõfunditur, perplectitur debitus ordo callidè & captioſè: quia dicet reus, tu nectis fraudem, petis ſeruitutem viæ ad fundum Titianum quaſi tuum, 22

& nō probaſti eum eſſe tuum, proba prius cauſam dominii, deinde agito ſi velis.ita eſt tex.valde not.in l.j.ad fi.ff.fam.erciſc.vbi quidam dicebat,diuide mecum hæreditatem tanquã cum cohærede: dicit text.eum eſſe reiiciendum ſi non poſsideat,vt prius probet ſe cohæredē,poſteà diuidat:& dicit not. gl. quod actio cõmuni diuid.non datur donec ſeparatur rei vend.Hanc cauſam ego habui in Camera Imperii.Baro conuenerat iudicialiter Abbatem,& conquerebatur per aſtutum aduocatũ quòd Abbas ſuccidiſſet arbores in ſylua ſua,& petiit pœnam ab eo.Aduocatus Abbatis erat perplexus quid reſponderet,ego dixi quòd Baro captioſè ageret ad pœnam ex ſylua ſua,cùm tamen ſylua nō eſſet ſua,ſed eſſet Abbatis,vnde petii eum & actionem ſuam reiici tanquam præpoſterã, & probaret primo ſyluam eſſe ſuam.poſteà de pœna eſſet ſolicitus. Allegaui iſtas duas ll.fundũ.& fundi.ſed non potui obtinere:credo rem fuiſſe nimis ſubtilem aſſeſſorib. Decreuerunt Abbatem debere reſpondere ad pœnam,ad actionem, quod erat impoſsibile Abbati,cùm ſylua eſſet Abbatis,quod poterat docere.Et ſi cùm DEI laude imponimus finem huic difficili materiæ cumulationis,

§.Sunt præterea.

1 Peculium quomodo inter creditores peculiares diuidatur.

ISTI §.ponit ſextam & vltimam diuiſionem: quia quidam ſunt qui poſſunt conſequi ſolidũ debitum per eorum actiones, alii ſunt qui non poſſunt conſequi ſolidum debitum. Et hoc tractat Imp.per ſex exempla vſq; in finem. Primũ exemplum eſt in peculio,ſecundum in dote. Tertium exemplum,ſi maritus fecit neceſſarias impēſas in rebus dotalibus, iſtas impenſas retinet,& non reſtituit totam dotem. Quartum exemplum eſt in parente, patrono,ſocio, donatore:iſti omnes nō poſſunt conueniri inſolidum, ſed oportet eis relinquere alimēta. Quintum exemplum eſt in compenſatione. Sextum eſt in eo qui bonis ceſsit propter inopiam. Iſta ſex exempla ſeorſim tractabimus, quia habent aliqua pulchra;multa etiã in ſuperioribus diximus propterea breuiter

tranſibimus.Collige ex iſto text.vnum vel duo verba, quòd †creditóres peculiares,ſi peculium ſufficiat, poſtquā pater 1
aut dominus deduxerunt ex peculio quod eis debetur,tunc creditores ſolidum conſequuntur ex peculio:ſin verò eo caſu peculium ſerui vel filij non ſufficiat, tunc creditores minus debito conſequuntur in peculio,eatenus quatenus in peculio inuenitur, poſtquam pater vel dominus deduxerunt quod eis debetur.Iſta tractantur infrà tit. primo.Fallit hæc doctrina,niſi pater vel dominus commiſiſſent dolum in peculio,diminuiſſent peculium dolo,quia tunc tenentur inſolidum vltra vires peculij. l. in bonæ fidei.ff.de pecul.cum concord.

§. Item.

1 ☞ *Maritus quatenus ſuper dote reſtituenda exigatur.*

ACCIPIO ſecundum exemplum in dote. Collige ex iſto verſiculo,quòd†ſi maritus non ſit 1
ſoluendo in totum,tunc non tenebitur ad ſolidam dotem, ſed deducet alimenta: & hoc eſt quod text.noſter dicit,eatenus conueniri eum poſſe,quatenus facere poteſt:id eſt,eatenus condemnabitur, quatenus commodum eſt marito,hoc eſt,ne egeat,ne inopia prematur & egeſtate.ita declarat Iuriſconſultus in l.in condemnatione.ff.de reg.iur.Et ſi quæras,quomodo ergo æſtimabitur iſta res,ſcilicet,vt cōmodè dicatur facere poſſe? Io. Fab. hic dicit, tria eſſe attendenda, qualitatem patrimonij, item conditionem perſonæ,& qualitatem temporis:iſta tria ſunt in multis vtilia notatu.Primò conſiderantur facultates patrimonij,an dos ſit magna vel parua,an patrimoniū mariti ſit pinguius vel exilius,& ſic pro modo facultatū ſit æſtimatio.arg.l.tutor ſecundum dignitatem.& l.cum plures.§.cum tutor.ff.de admi.tutor.vbi inſpiciuntur & cōſiderantur facultates pupilli dum debet aliquid erogari.& fa.l.cum poſt.§.gener.ff.de iure dot.vbi dos cōſtituitur pro modo facultatum. Secundū quod attēditur eſt cōditio perſonæ:quia ſi maritus eſſet in dignitate,eſſet fortè miles, doctor, nobilis,vel aliàs honeſtorū nataliū,illis pro eorū dignitate ſunt conſtituendi

liberaliores ſumptus,ex dote,vt poſsint delicatè viuere pro eorum ſtatu.Si verò maritus ſit artifex aliquisvel operarius, vel ſit in aliquo officio,tunc ſumptus & alimenta magis exigua conſtituuntur ex dote,quia deducuntur operæ artificij. ita habetis textum in l.ſi quis à liberis.§.ſed ſi filius.ff.de lib. agnoſ.vbi licet pater teneatur alere filium inopẽ,ſi tamen filius nouit artificium,vel poteſt operari,iſta deducũtur ex alimentis.habetis bon.gl.in l.ſi quis argentũ.§.ſed & ſi quis.in verb.quantũ donarit.C.de donat.& pulchrum tex.in l.cum alimenta.quẽ videte,quia eſt facilis.ff.de ali.leg.Quòd ſi ſit ruſticus maritus,homo groſſus,debet modicũ deduci ex dote,quia ruſtici facilè aluntur,non debent veſci pane albo vel delicatiscibis,ſed pane atro & groſſo,caſeo,cepis,& fabis.ita eſt gl.delectabilis in l.ſeruis vrbanis.ff.de leg.iij.Tertiò conſideratur qualitas temporis,an maritus ſit ſenex,valetudinarius,vel iuuenis,plenus ſucco & ſanguine,quia iuueni deducetur maior ſumptus quàm ſeni,quia pręſumitur diutius victurus.Habetis ergo quòd maritus nõ exuitur vſq; ad ſacculũ & peram,ſed relinquũtur ei alimẽta.hoc verũ eſt in dote. Quid in cæteris contractibus?Si maritus cõtraxerit cũ vxore alia ſpecie contractuũ,an etiam habeat priuilegium competentiæ,id eſt,relinquendi competentiam?Quicquid dicat gl.in l.maritum.ff.ſol.mat.veritas eſt,quòd in contractibus conſtante matrimonio celebratis,quicunq; illi ſint,maritus habet priuilegiũ,imò etiam vxor,ſi eſſet debitrix mariti.tex. eſt in l.non tantũ.ff.de re iud.& ibi dixi.Cæterùm ſi maritus cõueniretur ab vxore vel eius hæredibus ex delicto,ex malo cõtractu,puta,quia maritus amouit res vxoris, in hoc non haberet priuilegiũ,quia delinquenti non datur priuilegiũ.l. ſi rerũ.ff.de re iud.Idem ſi maritus dolo & culpa verſatus fuiſſet in re dotali,& multo maximè ſi dolo & culpa verſaretur in bonis proprijs in necem vxoris,vt incõmodaret vxori in dote,pergit decoquere quicquid habet vt vxor nihil inueniat. Hoc quoq; noueris,quòd ſi facultates mariti ſufficerẽt,tunc ceſſaret priuilegium,vt eſt hîc not.tex.Idem ſi res dotales extarent,fundus datus in dotem extaret,vel ſi res dotales eſſent venditæ,& aliæ res eſſent emptæ,vel pecunia eſſet congeſta, quia & tũc ceſſat priuilegiũ.l.j.ff.de impen.in reb.dot.fact. melior tex.in l.in bonæ fidei.in iij.reſponſo,vbi eſt caſus.ff. de pecul.

de pecul. Quid autem ſi maritus eſſet quidem inops, ſed vxor pauperrima, an maritus habeat priuilegiũ ſi aliquid dotis ſu pereſſet? Dic non habere, ſed vxorem in dote præferri, quia vxor certat de dãno vitando. arg. gl. in l. verũ. ff. de mino. Denique charitas ordinata incipit à ſeipſo. l. præſes. C. de ſer. & aq. Tandem hoc ſciendũ eſt, quòd priuilegium competentię non ſolùm marito datur, ſed etiam filijs eiuſdem matrimonij, ſi dos ab eis repetitur. l. quia tale. l. etiã. in prin. ff. ſo. mat.

§. Propter retentioné.

1 Impenſæ à marito factæ, dotem minuunt.
2 Impenſæ triplices.
3 Impenſæ quotuplices, quæ, & quomodo doti impenſæ repetantur.

Accipio verſiculum, Propter retentionem. Hũc verſ. ſuprà ſummauimus. Coll. ex iſto tex. quòd † impenſæ à marito factæ, dotẽ minuũt. 1 Diſtinguite tamẽ circa impẽſas, vt hîc per gl. quia † aliæ ſunt neceſſariæ, aliæ vtiles, & aliæ 2 voluptariæ. Neceſſarię impenſæ ſunt, quę niſi fierẽt, res interiret, vbi neceſſariò ſubuenitur rei iã labenti, vel detrimentũ minanti. Iſti † ſumptus neceſſarij meritò repetũtur ex dote, 3 quia dos non eſſet, non extaret, niſi iſtis factis impenſis. Alię ſunt vtiles, quæ conferunt quidem doti, faciunt dotẽ meliorem, ſed non erat neceſſariũ quòd fierent, vt ſi nobiles arbores plantarẽtur in horto vel in fundo, ſi haberetur puteus, & ſi aliæ vtiles impenſæ in re dotali fierent, quia domus erat lignea, facta eſt lapidea, piſtrinũ eſt ædificatum in domo, officina eſt erecta in domo, & ita in ſimilibus, has impẽſas omnino retinebit maritus, & tex. noſter in eis non procedit: ſed is maritus poſſet agere neg. geſt. cõtra vxorem, vel hæres eius, ad conſequendas impenſas vtiles: vel poſſet agere mandati contra vxorem vel hæredes, ſi de voluntate & mandato vxoris iſtas impenſas feciſſet, vt hic per gloſſ. Tertiæ ſunt voluptariæ, vt cùm putei fodiuntur in fundis cauſa delectationis, cùm prætoria, item & balnea ædificantur, cùm pinguntur ædes, & his ſimilia, pro iſtis voluptarijs impenſis dos non poteſt retineri, imò etiam nullam habet actionem contra vxo-

rem vel hæredes eius,etiam ſi voluiſſet vxor. l.in voluptarijs. & toto tit.de impen.in reb.dot.fact.qui eſt ti.pulcherrimus & facilis & delectabilis.Hoc quoque notãdum eſt, impenſas eas non conſiderari,quas facit maritus cauſa quærendorum fructuum, vel etiam ad cuſtodiam rei dotalis. Si maritus, vt colligat fructus ex dote,ex fundo dotali, colendo agrum fecit ſumptus,vel ſi adhibuit cuſtodes rebus dotalibus,iſti ſumptus nõ imputantur.l.pen.ff.de impẽſ.in reb.dot.fact.Quid autem ſi maritus acceperit nomina debitorũ in dotem,& facit impenſas in debitis exigendis,an iſtas impenſas etiam imputet in reſtituenda dote?habetis gl.in l.j.§.in neceſſarijs.in verbo,non ſint.de imp.in reb.dot.fact.quæ ex ſentẽtia Azonis negat impẽſas iſtas imputari poſſe,cùm iſta nomina debitorum non ſint dotalia antequam fuerint exacta.Ioã.Fab. dicit hic eam ſententiam eſſe duram maritis ; vnde aliter diſtinguit.arg.l.ſi nomen.ff.de hæred.& act.vend.Ego puto ſic diſtingui oportere:quia aut debita necdũ ſunt liquida,& verum dicit gl.aut debita ſunt liquida,& tunc credo maritum poſſe imputare impenſas in colligendis debitis factas. arg.l. ſi extraneus.ff.de iure dot. Niſi fortè quiſpiam comparauerit debita liquida colligendo,fructibus colligendis, tunc verior eſſet ſententia gl.

§.Sed & ſi quis.

1 ¶Parentes reuerenter habendi.
2 Filius emancipatus patrem inopem habens,tenetur eum alere.
3 Frater quomodo fratrem exigat.
4 Patronus quomodo per libertum tractandus.
5 Socii quomodo ſe inuicem exigant.
6 Donatarius quomodo donatorem exigat.

1 Coll.ex tex. noſtro,quòd † parentibus vtriuſque ſexus in infinitum ſuprà,liberi hanc reuerentiam debent,vt non exigant eos inſolidum, Et intelligo liberos emancipatos quo ad patrem vel auum. quia inter patrem & filium in poteſtate nulla lis eſſe poteſt.l.lis nulla.ff.de iud. Imò etiam tex.noſter eſt generaliter intelligendus etiam de filijs in poteſtate,in caſibus certis in quibus filius poteſt conſiſtere con

tra

tra patrē,vt eſt peculium caſtrenſe,qui caſus denotātur in d. l.lis nulla. Et hoc eſt nota dignum,quod tex.noſter intelligatur generaliter de liberis,& eſt viua ratio quare parēti debeatur hoc priuilegiū:quia † ſi filius in poteſtate ve emancipatus habeat patrem inopem,tenetur eum alere.l.ſi quis à liberis §.ſi vel parens.ff.de lib.agnoſcend. multò fortius filius debet parenti inopi relinquere alimenta ex debito,ad vitandum circuitū,quę eſt ratio mea,licet aliam rationem dicāt Doct. 2
noſtri.† Quid in fratribus?an ſi frater fratri ſit obligatus,an poſsit inſolidū exigi?vel an teneatur frater fratri relinquere alimenta?Breuiter,gl.in l.verum.in prin.ff.pro ſocio. tenet quòd non,licet Faber hîc contrarium cudat ſuo malleo: ſed verior eſt ſententia gl.quia poſtquā enumerantur certæ perſonæ,inter quas non enumerantur fratres,non debent includi noſtro capite.arg.eorum quæ ſuprà in §.actionum.diximus,de actionibus bonæ fidei.Secūdò collige ex tex.† de pa- 3
trono qui habet priuilegium , ne libertus exuat eum inſolidum:& hoc priuilegium debet libertus non ſolùm patrono, 4
ſed etiā parentibus & liberis patroni. Et hoc fuit neceſſariū vt prouideretur , quia frequentiſsimum eſt quòd liberti ſint ingrati erga dominos,proptereà ſunt coërcendi:imò etiam libertus non poteſt impetere patronum, niſi prius venia poſtulata à prætore:quod niſi faciat,mulctabitur in quinquaginta florenis.l.fi.ff.de in ius voc.& ſuprà in §.pœnales. verſ.in eum. Hæc ſunt inculcanda ſacerdotibus quibus concedūtur ſacerdotia à patronis,quia coguntur alere patronos inopes, ſecundum vires ſacerdotii, qui nō eſt vilis fructus in iure patronatus,ſed non ſeruatur in practica propter imperitiā iuris.Tertiò coll.circa perſonam ſociorum,† quia habēt inuicem hoc priuilegium , ſiue ſint ſocii omnium bonorum,ſiue 5
in aliqua negotiatione: tunc enim gaudent priuilegio , cùm in cauſa negotiationis conueniuntur.de iſtis multa dixi in l. ſunt qui in id.ff.de re iud.Quartò coll.† circa promiſſorem 6
ex cauſa donationis.nam tex.noſter qui loquitur de donatore,non poteſt intelligi de eo qui iam donauit ſi tradidit:vnde intelligas de eo qui promiſit ſe donaturū, vel de eo qui actu donauit , ſed necdum tradidit : quæ eſt bona declaratio,quia is habet priuilegium competentiæ , & ſolus ipſe deducit æs alienum quo eſt obligatus aliis.l.inter eos.ff.de re iudicata.

Erit ergo ordo cũ donator conuenitur, dicet enim donator. Ego ſum cæteris creditoribus etiã obligatus, fortaſſe in centũ, iſta centũ deducã ex ſumma donata, vt poſsim eis ſatisfacere: deinde ego deducã alimenta, ſum Doctor, deducã quingẽtos florenos ex ſumma donata, vt poſsim honeſtè exhiberi: tandẽ id quod reſiduũ eſt, numerabitur tibi ex dono. Ecce proptereà ſuprà rectè dixi, quòd huiuſmodi text. intelliguntur vbi ſunt ingẽtes res donatæ, aliàs facilè euaneſceret, eluderetur iſta liberalitas. l. ſi ſocietatẽ. in fi. ff. pro ſoc. Quid autẽ in donatore qui donauit ob certã cauſam? vt, dono tibi mille, vt ędifices mihi domũ, vbi cauſa annectitur, an talis donator habeat priuilegium? Iaſon hîc tractat ſatis prolixè. Dicite breuiter, aut iſta cauſa reſpicit commodum donãtis, & tũc donator non habet hoc priuilegiũ, quia eſt quædam permutatio, & quidam contractus innominatus: vt, do tibi mille, vt mihi domum ædifices: eſt contractus innominatus, do vt facias. ita habetis tex. & quæ ibi colliguntur, in l. j. ad prin. & in l. Ariſt. ff. de donat. vbi dicitur viciſsim interuenire negotiũ. Si autem cauſa reſpicit commodum recipiẽtis: vt, do tibi mille vt tibiipſi domum ædifices: hoc loco cauſa adiecta non impurat donationem, non prophanat, & donans habebit priuilegium. Hinc eſt, quòd quamuis extraneus dederit dotẽ puellæ vt nubat, quæ eſt cauſa donationis, tamen nihilominus habet priuilegium iſte extraneus, quia iſta cauſa reſpicit cõmodum puellæ: ſicut Plin. poſterior promiſit ſe donaturũ Quintiliano viginti millia æris quòd poſſet dotare filiã, vt in epiſtolis Plinianis. fa. l. ſi extraneus: iij. reſpõſo. ff. de iur. dot. Vltimò habetis caſum in quo donator non habet priuilegium, ſcilicet ſi quis donat vel promittit Reipubli. aliquid, quia in ſolidum exigitur. l. ex pollicitatione. ff. de pollicit.

§. Compenſationes.

1 ☞ Compenſatio vim habet ſolutionis.

DICITE breuiter, quòd ſi Titius mihi eſſet obligatus in viginti, ego ei viciſsim in decem, non poſſum exigere ſolidum debitum, ſcilicet viginti, nam ipſe compenſando deducet ſua decem. De hoc diximus plura in §. in bonæ fidei. ſuprà eod.

eod.ad quem vos remitto. Vnum tamen nouiter perpēdo, & videtur mihi quòd iſte verſus ſit impertinens ad hanc ſextā diuiſionem.quia diuiſio loquitur de his qui non ſolidū conſequuntur:at iſte qui viginti debita petit,ſi reus compenſando deducit decem, iam actor conſequitur ſolidum debitum, quia † compenſatio habet vim ſolutionis.l.ſi conſtat.C.de compenſat.Cogitate ſuper eo. 1

Verſ.final.

1 ℭ Cedens bonis quomodo in poſtea quæſitis exigatur.
2 Expoliati qui dicantur.
3 Afflictio non debet addi afflicto.
4 Cedere bonis qui poſsint.
5 Ceſsio bonorum quibus caſibus non procedat.
6 Luere.Qui non poteſt ſoluere in ære,luat in corpore.

COL L.ex textu noſtro, quòd † cedens bonis,in his quæ poſtea acquirit,habet priuilegium cōpetentiæ: quod intelligite reſpectu creditorū priorum qui tempore ceſsionis imminebant. Nam ſi poſteà nouos creditores conflaſſet,nō habet priuilegium aduerſus eos. Secūdò coll.quòd quamuis cedens bonis habeat priuilegium in poſtea quæſitis, vt dixi, tamē hoc priuilegium perdit,ſi bona ſua in fraudem ita alienauit quòd recuperari non poſſent per reſciſſoriam,vt ſi creditores vellent iſta bona recuperare vel reuocare alienata,tamen non poſſent,quia alienatio nimis fraudulēter facta fuit, fortaſſe in virum potentē rixoſum,vel qui timori ſit,hoc loco cedens bonis non haberet priuilegium in poſteà quæſitis, ſecundum vnū intellectū l.fi.§.fi.ff.de his quæ in fraud.cred. Vel ſecundum alium intellectū gl.ibi poſt tex.is cedens poſſet detrudi in carcerem, vt lueret pœnam fraudis, quamuis qui cedit bonis aliàs non poſsit carcerari.l.j.C.qui bon.ced. poſſ.Quid autē in eo qui ceſsit bonis,& nihil poſteà acquirit niſi modica aliqua,fortaſſe inſtrumenta, quorū occaſione Reipublicæ intereſt vt ſeruentur, vt non diſtrahantur,an habeat priuilegium,vel an poſsint talia vendi? Vt,ſi ſcholaris ceſsiſſet bonis,& poſteà acquireret libros iuris,intereſt Reipu.vt ſeruētur:vel ſi miles ceſsiſſet bonis,& poſteà acquiſiſ-

ſet arma,quæ debet retinere: aut ſi clericus ceſsiſſet bonis,&
poſteà acquireret quæ ſunt officii eccleſiaſtici: certè in illis
caſibus hi qui ceſſerunt,ſunt ſecuri,quia non poſſent impeti
etiam poſt ceſsionē,& ſic non egerent priuilegio.habetis ſin
gularem gl.in l.nepos Proculo.ad fi.ff.de verb.ſig.in ver.di-
gnitate ſalua. Hoc quoq; non eſt prætereūdum,quòd is qui
ceſsit bonis non audiretur niſi agnoſceret debita, vel in iure
confiteretur,ita quòd conſtaret eum debitorem eſſe credito
ribus. Nam inueniuntur homines perditi,qui potius volunt
cedere bonis,vbi fortaſſè non cogerentur,quā quòd commo
dent creditoribus.Bart.in l.pen.ff.de ceſſ.bon. Modus autem
agnoſcendi debitum eſt, quòd debitor cōfiteatur vltro extra
iudicium,vel det fideiuſſores vel pignora, quæ tamē nō ſuffi
ciant,quia tunc debitum per hoc redditur liquidū: vel etiam
ſi in iure cōfiteatur,in iudicio,& factis legitimis probationi
bus condemnetur per ſententiam,qui eſt melior modus & v-
tilior creditoribus.quia res iud.habetur pro veritate. Qua-
propter fit aliquando quòd creditoribus non ſatisfit ſi extra
iudicium confiteantur debita, propterea cogunt aliquando
eum qui cedere vult,vt in iudicio confiteatur, & poſt legiti-
mas probationes cōdemnetur.ita Bart.qui iſta latius tractat
in d.l.pen.ff.de ceſſ.bon. Porrò quidam ſumunt arg.ex tex.
noſtro,cùm dicit,Expoliatum bonis, inhumanum eſſet du-
rius tractari:quòd is qui ſpoliatus eſt in bello,ex neceſsitate
belli,ſi poſteà aliquid acquirat, quod habeat priuilegiū, arg.
huius verbi,expoliatum,quod dicit Ioan. Fab.eſſe æquum &
pium. Tu dices eſſe ridiculū & plane impiū:hi Doctores nō
intellexerunt elegantiam verbi expoliatus: quia iſti eleganti
2 figura loquendi dicuntur † expoliati,qui ſunt priuati,qui ia-
cturam in bonis paſsi ſunt.ita Iuriſcōſultus in l.j.ff.de don.
int.vir.& vx.dicit,donationem eſſe prohibitam inter coniu
ges,ne ſe mutuo amore ſpoliarēt.Sic in l.ij.ff.de bon.dam.is
qui detruditur in carcerē propter crimen,non debet ſpoliari
bonis antequam feratur ſententia. Spoliari,id eſt,priuari. Et
quod Imp.hic dicit,Expoliatū bonis, Iuriſconſ.in d.fina.ad
fin.ff.de his quæ in fraud.dicit exutū bonis, vt paria ſint,exui
bonis,& expoliari bonis,id eſt,iacturā bonorum pati. Nihil
ergo cū text.noſtro cōmune habet id quod in bello expolia-
3 tur.Coll.tamen ex iſto text. Inhumanum eſt &c.quòd † non
debet

debet afflictio addi afflicto:qui tex.eſt not.& peregrinus ad hoc,& nunquam ad hoc allegatur.concord.habetis per gl.in l.diuus.ff.de officio præſi.in c.pen.de cler.ægrot.& in d.l.fi. ad fi.de his quæ in fraud.Pro complemento huius materiæ, vt finis rectè imponatur,cũ quæritur qui poſsint cedere bonis,& cui competat priuilegium competentiæ: Dicite, quòd.
† cuilibet debitori indultum eſt quòd cedat bonis,dum debitum agnouerit,vt ſuprà diximus.Etiam filijfami.poſſunt cedere bonis,quia filijfam.poſſunt habere bona.text.eſt expreſſus in l.pen.& ibi gl.C.qui bon.ced.poſſ.Itẽ & fœminæ poſſunt cedere bonis.d.l.pen.ibi,Vtriuſq; ſexus homines.Et dicitur ibidem lamentabile adiutorium.Itẽ & eccleſia poteſt cedere bonis,quod ſatis rarum eſt.tex.habetis in Authẽ.vt determ.ſit num.clericorũ.§.ſi quis autẽ adiecerit.col.j.vbi Imperator nominat infeliciſsimam cauſam ceſsionis. Quibus conſequẽter Ang.Aret.infert hic,quòd etiam quælibet vniuerſitas,quælibet cõmunitas poſsit cedere bonis:quia ſi hoc indultum eſt presbyteris & eccleſiæ,in quibus exuberare debet fides.l.presbyteri,C.de epiſ.& cler.quãto fortius hoc debet cõceſſum eſſe populo & prophanis,qui omnes habẽt beneficium hoc lamentabile & priuilegiũ competentiæ,vt conueniantur,deducto ne egeant.Hæc doctrina † fallit primò, 5
niſi is qui cedere pergit,nolit indicare bona,ad hoc enim tenetur vt omnia bona indicet creditorib. glo.Bar.& Doct.in d.l.pen.de ceſſ.bon.Secũdò fallit in eo qui tenetur ad factũ, quia tenetur facere domum, fodere foſſam, ædificare ſepulchrũ &c.is non poſſet cedere bonis,vt ſubterfugeret obligationem facti.hoc eſt quod dicit gl.in l.ſtipulatio.§.opus autem.in verb.ſiue.de op.no. nun.quòd ſcriptor qui promiſit ſcribere libros,poteſt poni in compedibus vt cogatur ſcribere.Hæc vera ſunt,ſi is qui eſt obligatus ad factum,poſſet factum explere,ſi vſquã ei poſsibile eſſet,quia ad impoſsibile nemo obligatur:& dum compellitur ad factum,debet ei ſubminiſtrari ſumptus.arg.l.ſuo victu.ff.de op.libe.Nõ tamen ignoro quin multi dubitẽt de veritate d.gl.in d.l. ſtipulatio. quæ poterat fortaſſe tunc procedere,cũ neſciretur impreſsio librorum:nunc autẽ fortaſſe aliud eſſet,vt hic per Iaſonem. Tertiò fallit,ſi aliquis teneatur ex delicto vel quaſi, ad pecuniariam ſummam:quia ſi punitus eſſet in aliqua pecunia,is non

non poſſet cedere bonis, ad ſubterfugiendam pœnam: quia
6 vulgatum eſt, † Qui nō poteſt ſoluere in ære, luat in corpore. l. j. §. generaliter. ff. de pœn. & l. fi. ff. de in ius voc. quod applicat hic Eab. Si quis damnatus eſſet in magna ſumma, in cauſa iniuriarũ, ſi diceret, antequã velit ſoluere, velit potius cedere bonis, non eſt audiendus, ſed in corpore puniendus. Hoc notate, quia cõtingit de facto ſæpenumero. Quartò fallit, ſi aliquis vellet cedere bonis ne publicis muneribus fungeretur, ne collectas publicas ſolueret, quia non eſt audiendus. Bal. in d. l. j. qui bon. ceſ. poſ. Vltimò fall. ſi iſte decoctor ſciebat ſe non eſſe ſoluendo, & nihilominus negotiatus eſt cum creditoribus: vel quia ſperabat infelix beneficium ceſſionis, eò ſecurius contraxit, quia tales ſi cedant bonis, non habebunt priuilegium. eſt optimũ arg. in l. pen. ad ſi. ff de iur. dot. Bar. in l. j. §. j. ff. ſi quis teſta. lib. eſſ. iuſ. furt. fec. Et ita imponimus finem huic titulo de Actionibus.

VDALRICI ZASII ENARRATIONVM IN TIT. INSTIT. DE ACTIONIBVS, FINIS.

Index in Enarrationes titul.

INSTITVTIONVM DE ACTIONIBVS, D. VDALRICI ZASII.

Prior numerus paginam, poſterior numerum marginalem denotat.

Ablocatio quę .f. 96.17
Abſens quis dicat̃, & quãdiu. 56.1.63.25
Abſens rem pręſentis vſucapiens reſciſſoria tenetur 58.6
Abſens contra præſentẽ reſtituitur 62.23
Abſens ante completam vſucapionem reuerſus, quomodo reſtitutionem petere debeat 64.26
Abſentia quintuplex 56.3
Abſẽtia affectata nõ releuat 63.24
Acceptilatio alienatio eſt 76.7
Accidentis non eſt accidens 24.15
Accurſius errat 264.61
Accuſatio in criminalibus eſt 5.13
Actio quid 3.2
Actio quo iure inuenta 3.3
Actiões corã quib. ĩſtituãtur 10.1
Actio dicitur quando perſequimur 3.4
Actio natiua 4.8
Actio datiua 4.9
Actio perſonalis quo ad actorem & reum quare ſic dicta 11.3
Actio in rem 12.9
Actio in ciuilibus 5.13
Actio in rem cõtra quẽ detur 12.9
Actio realis 14.11
Actio miſta 14.14
Actio perſonalis in rem ſcripta vnde dicatur 15.15
Actio in rem quot modis intentetur 16.17
Actio realis duo requirit 17.20
Actio in factum datur pro poſſeſſione dolo interuerſa 22.18
Actio pro ſeruitutib⁹ duplex 21.8
Actio quando dicatur ciuilis vel prætoria 36.2
Actio ciuilis quæ 36.38
Actio reſciſſoria 57.6
Actio in factũ ex iuramento producta 133.16
Actio vtilis ex iuramento 134.17
Actio popularis 153.16
Actio dupliciter dicitur directa 175.18
Actio perſonalis ad transferendum dominium confert 181.1
Actio ex mutuo 189.4
Actio ex ſtipulatu ad quid competat 189.6
Actio depoſiti quibus caſibus ad duplum detur 190.9
Actio depoſiti miſtam cauſam habet 191.12

Actio

Actio l.Aquiliæ mixta, quãdo pœnitentiam admittat 197.10
Actio quot modis miſta dicatur 204.1
Actio in ſimplum aut duplũ 216.1
Actio in ſimplum aut rei perſecutoria idem ſunt 216.2
Actio ſerui corrupti pœnalis pro quibus detur 217.5
Actio in ſcriptis inſtituenda 224.1
Actio quod metus cauſa, quando competat 235.11
Actio bonæ fidei & ſtricti iuris 239.1
Actio directa & contraria 240.5
Actio præſcriptis verbis quæ 240 4.& 243.10
Actio ex teſta.an bonæ fid. 244.21
Actio præſcriptis verbis quadruplex 245.24
Actio in factũ quadruplex 245.29
Actio in factũ nullatenus coërceri poteſt,an & quando bonæ fidei vel ſtricti iuris 247.32
Actio præſcriptis verbis ex interdict. precarij, an bonæ fidei vel ſtricti iuris 248.34
Actio ex ſtipulatu tam ſuper mari to quàm vxore fingit 280.8
Actio quot modis arbitraria 311.2
Actio arbitraria quæ 311.1
Actio an iuranti ex iuramento oriatur 319.16
Actiones ſex diuiſionib.diuiſæ 1.1
Actiões corã quib.inſtituanť 10.1
Actiones reales & perſonales differunt 14.13
Actiones ſemper directæ 241.11
Actiones bonæ fidei & ſtricti iuris quibus differant 239.3
Acta aſſertoria ſunt quæ allegant, ſed non probant 129.19
Ad exhibendum & rei vendicatio ſimul intentari poſſunt 19.26
Ad exhib.actio in rẽ ſcripta 19.27
Adiudicare iudicijs duplicibus peculiare 205.3
Adiunctum quid faciat 170.7
Adumbratio pecorum 26.19
Aduocati boni 53.39.praui 47.24. cauti 107.40.& 108.41.improuidi 17.19.verſuti 111.5.cauilloſi,nequam 167.4
Aduocati nouitij 8.22.&.322.10
Aduocati qualiter ſalaria petãt vel recipiant 226.7
Aduocati errãtes 274.77.& 321.9
Afflictio nõ addẽda afflicto 196.8
Album prætoris corruptũ 147.10
Albi corrupti practica 154.17
Album prætoris triplex 146.8
Alienare in fraudem creditorũ nõ licet 75.3
Alienata in fraudem quomodo reuocentur, & qua actione repetantur 75.4.& 83.20
Alienatio qñ fieri dicatur 76.7
Allodia 213.29
Alternatiua obligatio 301.15
Alternatiua petitio incerta 321.9
Alternatiua cui electionẽ det 342.1
Alternatiuæ multiplices 343.4
Alternatiua actio qñ recepta 345.6
Alteruter quid importet 340.11
Altius tollere an ſit ſeruitus 24.18
Animus noſter quomodo per nos probetur 46.22
Annus vtilis 16.5

Annus vtilis an & quomodo hodie ſit mutatus 61.20
Angelus errat 97.20
Antecedens & conſequens eiuſdem iuris 160.30
Antiquius ius potius eſt 265.64
Apparere 183.5
Arbiter diuiſionis iudex 214.31
Arbitraria actio quæ, quare, & quot modis dicatur 311.1
Arbitrariæ in rem & perſonã quæ ſint 316.7
Arbitriũ quomodo iudici in arbitrarijs, & bonæ fidei, & quàm differenter permiſſum 312.4
Arbitrium iudicis duplex 315.6
Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus 344.5
Argumẽtũ à cõtrario duplex 334.6
Argumẽtũ à cõtrario ſenſu 152.15
Arg. à cõſequẽtib. 12.10. & 160.30
Argumentum relationis 105.35
Argum. à cõſequẽtib. Teneris reſtituere, ergo obligatus es 12.10
Artificialia functionem recipiunt, ergo compenſantur 303.19
Aſcriptitij 174.16
Aucupandi ſeruitus 28.14

B

BAldus ſibi contrarius 107.11
Bartolus errat 3.3. & 5.11. & 96.18. & 181.2. & 285.26
Bar. ſibi cõtrari⁹ 102.34. & 267.66
Barones liberant à ſupplicio condemnatos 162.32
Beati poſsidentes 106.37
Beneficia eccleſiaſtica titulus lucratiuus ſunt 84.28
Bona fides requiritur vt publiciana compet ta 44.18
Bonus vir, id eſt, iudex 263.58
Bona fides quibus tẽporibus in cõtractib. attendatur 43.15
Bonæ fidei & ſtricti iuris practica 258.53

C

CAdere cauſa, rhetoricũ 330.2
Cæſa quæ 255.49
Caluiſiana reuocato. 87.40
Calũniator quã pœnã mereat 228.2
Canonica purgatio 130.3
Cardinales cõdemnatum à ſupplicio liberant 162.32
Caſtra prædatoria 162.35
Captus ab hoſtib⁹, eſt ſeruus 59.12
Captus ab hoſtib. rẽ præſentis vſucapiens reſciſſoria tenetur 58.10
Cauſa ex qua aliquid deberi poteſt, duplex eſt 4.6
Cauſa remota in libello non obmittenda 7.18
Cauſa petendi 6.16
Cã petẽdi & actio diuerſa ſũt 342.2
Cauſa proxima in actione reali exprimenda 14.13
Cauſa & re plus petere, quomodo differant 342.3
Cauſæ lucratiuæ quæ 83.23
Cautela delati iuramenti 131.6
Cautela in actione reali 17.19
Cautio de non turbando in ſeruitute 3.34
Cedens bonis quomodo in poſtea quæſitis exigatur 393.1
Cedere bonis qui poſsint 395.4
Cẽſiti qui hodie ĩtelligãtur 174.15
Certitudo ſequens præcedentem præſuppotui 323.11

Chiro

Chirographari 285.21
Citatio per iudicẽ pmittẽda 231.8
Ciues & incolæ quibus fiãt & differant 337.5
Clàm facta pœnã merentur 79.12
Clauſulæ libellares 9.27
Codicillaris clauſula 369.14
Colonus quis 92.10
Coloni duplices 93.12
Colonus quomodo pro cenſibus obligetur 92.9
Coloni & inquilini differẽter obligantur 94.16
Collegium delinquens quomodo puniatur 149.13
Comites condemnatum à ſupplicio liberant 162.32
Commercium quid 97.21
Communi diuid.practica 234.32
Communi diuidundo duplex iudicium eſt mixtum 210.18
Cõi diuid.actio directa 242.16
Communitas delinquens quomodo puniatur 149.13
Communio an in perpetuũ coiri poſsit 210.16
Compater in ius vocari non poteſt 156.24
Comparatiuus abuſiuus ſine poſitiuo 333.4
Compenſatio quomodo olim cõpetierit, & hodie cõpetat 293.3
Compenſatio quomodo ipſo iure introducatur 295.6
Compenſatio quomodo in realibus locum habeat 299.11
Cõpẽſatio vbi locũ habeat 300.14
Compẽſatio facit euitari pœnam 308.27
Cõpenſatio cõtra Remp.aut fiſcũ locum non habet 310.28
Concluſio omnia in libello regulat 8.22
Cõcluſio ſola ĩ libello attẽdit 8.21
Concluſio libelli nunquam obmittenda 8.22
Concordia opinionum per Do. Zaſium 129.5
Condemnatus per quos à ſupplicio liberetur 162.32
Condicere quid 186.11.& 187.5
Condictio ex lege 5.11.& 228.3
Condictio furtiua rẽ pſeqt 185.6
Condictio perſonalis, vendicatio realis 187.14
Condictio certi ſpecialis 189.5
Condictio certi generalis ſtricti iuris quando competat 247.33
Cõdictionis furtiuæ libell.& practica 188.16
Cõditio purificata retro trahitur 82.17
Conducere vel locare operas vel opus 263.60
Conducti actio directa 242.14
Conducti practica 260.57
Conductor ad quid locatori teneatur 263.59
Confeſſoria ad quid detur, & quare ſic dicta 22.9
Confeſſoria cuius naturæ 21.13
Confeſſoria & negatoria cui dentur 29.28
Confeſſoriæ practica 33.33
Confinare 138.18
Cõqueri qd in libello operet 8.24
Conſcientia noſtra qualiter per nos probetur. 46.22

Conſeq

Conſequens & antecedens eiuſdem iuris 160.30

Conſtituere quomodo accipiatur 112.1

Conſtituere qui poſsint 119.17

Conſtituens indebitum an donare videatur 115.12

Conſtituens an ante principalem excuti poſsit 120.10

Conſtituti actio vnde orta 112.2

Conſtituti practica 120.19

Conſtitutum ad quid vtile 116.13

Conſtitutum qualiter fiat 118.14

Conſtitutum, actio prætoria 113.5

Conſtitutum & receptitia differũt 113.6

Cõſtitutũ quare introductũ 113.5

Conſulens an de cõſilio ſuo teneatur 217.7

Contractus contra ſolennitates facti fraudem ſonant 79.14

Contractus comprehẽdit quaſi cõtractum 11.5

Contractus innominati ſecũdum nominatorum naturam regulãtur 94.15

Contractus omnes bonam fidem habent 251.42

Contractus bonæ fidei & ſtricti iuris quibus differant 252.43

Contractus præſcriptis verbis innominati 246.31

Cõtraria actio quãdo detur 175.10

Contrariorum eadem diſciplina 134.6

Contrarium vnum alterum remouet 368.13

Conuentionale pro iudiciali 224.2

Copulatiua diuerſa coniungit 244.21

Corrumpens ſeruũ ad quid teneatur 216.4

Corruptor an etiam corrupto teneatur 217.8

Corruptus an cõtra corruptorem agat 217.8

Creditores triplices 285.20

Criminalis quæſtio præcedit ciuilem 167.4

Crimen vindicandum etiam ſi nõ ſit accuſatum 9.26

Cuiuſcunq; extẽſiua dictio 119.18

Cumulatio quid, & quãdo recepta 361.12

Cumulationum quatuor ſpecies 374.18

Curatores & tutores quomodo obligentur 99.26

Curtiſani 84.30

D

Dare, tradere, reſtituere rem, differunt 182.5

Deberi verbũ, quomodo in actionis diffinitione accipiatur 3.5

Debet, neceſsitatẽ importat 120.2

Debetur nobis ex duplici cauſa 4.6

Debitum actione perſequimur 3.4

Debitor an fideiuſſor excutiendus 82.37

Debitores inquilini locatori tenentur 56.19

Debitor conditionalis cautionem debet 257.50

Debitum quadruplex 113.7

Decretum iud. omiſſum fraudẽ ſapit 79.13

Delictum cum delicto compenſa-

C

tur 308.26
Delictum nõ debet eſſe commodo 340.7
Delictum filii nihil ad patrẽ 127.17
Depoſitarius doloſus in caſu incendii, ruinarum 190.10
Depoſiti actio quibus caſibus ad duplum detur 190.9 (191.12
Depoſiti actio miſtã cauſam habet
Depoſiti actio bonę fidei, directa & contraria 142.6
Detentor, poſſeſſor 31.31
Dictio ſimplex, propriè & impropriè venit 314.9
Diffidari, barbarè 187.15
Dynus errat 283.14
Directa actio duplex 175.18
Directa actio cui detur 175.19
Diſpoſitiuum quomodo intelligatur 360.9
Diſtinctio noua in confeſſoria & negatoria 30.29
Diſtinctio Dn. Zaſii 43.16.& 53.39.& 207.10
Diſtinguere non debemus vbi lex non diſtinguit 285.22
Diuiſio communionis an & quouſque peti poſsit 207.11
Diuiſio hæreditatis quandiu duret, an & quomodo ei præſcribatur 207.11
Diuiſio hæred. ſaltem ſemel fit 213.27
Doct. ſemper contra Placentinum 339.10
Doct. errant 106.37.& 181.2 & 272.72.& 304.21.& pag. 365
Dolo poſsidere deſinens, pro poſſeſſore habetur 272.73
Dolus cũ dolo cõpenſatur 308.26
Dolus duplex 252.44
Dolus dans cauſam cõtractui, ipſo iure nullum reddit 252.45
Dolus nemini patrocinari debet 85.35
Dolus non parit Publicianam, ſed ſuum edictum 51.32
Dominium quãdo cum vel ſine traditione tranſeat 39.10
Dominiũ vel quaſi in actione reali 17.20
Dominium iuris gentium firmius ciuili 77.9
Dominus quõ ſeruũ adſerat 172.12
Domin⁹ & dominiũ omnẽ omnino cauſã dominii ĩportãt 16.18
Donatarius quomodo donatorem exigat 301.6
Donatio propter ingratitudinem reuocata, apud donãtem titulus oneroſus dicitur 83.24
Donatio ob cauſam, titulum oneroſum habet 83.25
Donatio propter nuptias 84.27.& 283.14
Dos titulus oneroſus 83.26
Dos quomodo & quibus actionibus olim exacta 277.2
Dos quomodo priuilegiata, & quomodo per maritum conſequatur 282.12
Dos putatiua 283.13
Dos & fiſcus pares 286.23
Dos cauta & confeſſata 286.24
Dos quomodo reſtituatur 290.36
Dotis practica 291.37
Dubitatio textu tollitur 284.15
Duplicia iudicia 31.31.& 242.17

Dupliciorum iudiciorum, fam.erciſc.cõm.diuid.& fi.reg.practica 142.25
Duplũ in furto mera pœna 194.4
Duplum pœnale ibidem

E

Ecceſia quomodo publiciana vtatur 41.13
Edictũ fraudatorium 87.39
Edicta prætorum, ius honorarium 146.9
Electio in alternatiuis cuius ſit 342.2
Emẽdatio libelli quomodo & quãdo admiſſa 355.5
Empti actio directa 242.12
Empti & venditi practica 260.56
Emptio imaginaria quæ 79.11
Emptores an & quomodo ſocij ſint 210.19
Emptor vẽditori pretium dare debet 259.54
Enũtiatiuum quomodo intelligatur 360.10
Erciſci quid 206.7
Ercius Iupiter ibid.
Error 317.14
Et, pro id eſt 37.4
Euictio qũo in fam.erciſc.iudicio conſideretur 213.28
Ex ſtipulatu actio ad quid compe tat 280.6
Ex ſtipulatu actio rei vxoriç actioni ſurrogata 277.1
Ex ſtipulatu actio tã ſuper marito quam vxore fingit 280.7
Exceptio cõtra libellũ generalem & incertum 7.19
Exceptionis via quando perpetua 70.39
Exceptio præpoſterationis 167...
& 212.26.& 385.22
Exceptio, replicatio & c. quãdo pr... iudiciales dicantur 172...
Exceptio nõ numeratæ dotis quã diu duret 287.2...
Exceptio præfeſtinationis 349...
Exercitoria, Exercitor 128.1...
Executores teſtamẽtarij qũo pr... legatis conueniantur 199.1...
Exorbitantia qñ extenſionem rec... piant 41.13.& 155.21.& 191.1...
Expenſæ quæ, & quomodo com... penſentur. 304.2...
Expenſæ licet incertæ, petuntur t... men 324.1...
Expenſæ indebitæ fatigationis re... ſtituendæ 348...
Expoliati 394...
Extraneus quis 280...

F

Facio vt facias 245...
Facio vt des 245.2...
Facta incerta ſunt, & qua acti... ne petantur 189.7.& 324.1...
Factũ alterius promiſſum quom... do præſtetur 118.1...
Factũ quomodo in libello narra... dum 6.1...
Falſum pro vero fictiõe iuris 75...
Famil.erciſc.duplex & miſtũ iudi... cium 206...
Famil.erciſc.iudicium quod 205...
Familia pro hæreditate 206...
Famil.erciſc.cohæredibus tãtu... datur 206...
Famil. erciſcund. actio vnde ... quando enaſcatur, & quand...

durет 206.9
Famil.erciſc.actio directa 24.16
Famil.erciſc.practica 212.25
Familiæ erciſc.iudicium non niſi ſemel agitur 213.27
Famoſa actio per filiũ, libertum, vaſallũ cõtra patrem,dominum & patronũ nõ intentãda 51.29
Famoſæ actiones 185.7
Fauiana reuocatoria 87.40
Fictio operatur tanquam veritas 25.6
Fictio in quib⁹ fiat.280.6.& 281.19
Fideiuſſor quãdo hodie conueniatur 115.10. (115.9
Fideiuſſor obligatur vt principalis
Fideicõmiſſum & legatũ quomodo differant 199.14
Fides quanti olim habita. 111.3
Figuræ cauſarum variæ. 12.8
Figurata locutio. 75.4.& 123.8
Filius quos complectatur. 154.19
Filius quomodo ſe filium vel non filium eſſe adſerat. 178.26
Filius de iure ciuili non obligat patrem. 124.10
Filius delinquens patrem nõ obligat. 127.17
Filius cõtra patrẽ famoſam actionem non intentet. 51.29
Filiusfa. quando peculium profectitiũ vel aduentitiũ habere præſumatur. 123.8
Filiusfa.quomodo obligetur.123.8
Filiifa.quomodo per creditores peculiares exigantur. 124.12
Finis,primum & vltimum. 189.2
Finium regund.duplex & miſtũ iudicium. 211.20
Finium regund. actio ſtricti iuris & directa. 242.18
Finiũ reg.actio arbitraria. 36.10
Fiſcus & dos pares. 286.23
Forma libelli. 6.16
Fortè. 146.7
Forum quib.& quot modis ſortiatur. 337.4
Frater quõ fratrẽ exigat. 391.3
Fraus quãdo & per quæ fieri dicatur 78.10
Fraus quib⁹ fieri intelligatur.81.16
Fraus quibus mediis fiat. 81.18
Fraudatorium edictum. 87.39
Fraus & dolus nemini patrocinari debent 85.35
Friburgentium mos debitores capiendi 339.8
Fructus fundi pro penſione fundi obligantur 64.18
Fructus in contractu bonæ fidei etiam poſt ſententiam peti poſſunt 254.47
Fructus qũo in petitione hæreditatis veniant 274.78
Fructus licet incerti, petuntur tamen 324.13
Fruſtrare 159.29
Fũdus dominãs vel ſeruiens 29.26
Fundus quid importet 29.27
Fungibiles rés quæ 110.2.& 303.17
Fungibile cum fungibili compẽſatur 303.18
Fur pluribus actioni.tenetur 186.10.& 195.5
Fur quare durius quàm raptor tractetur 196.7
Furtum quomodo puniatur 194.3
Furti pœna 227.1

Furti

Furti practica 201.18

G

GEneralia iudicia quæ 321.9
Generis obligatio 322.10. & 345.7
Genus cum genere non compenſatur 299.12
Genus omnes ſpecies comprehendit 305.23
Gloſſa corruptrix tex. 88.41. & 146.7
Gloſſ. diabolica 101.32
Glo. errat 29.28. & 93.11. & 106.37 & 281.9. & 304.21
Gl. ridetur, ſed per Dn. Zaſiũ ſaluatur & declaratur 292.13
Gratia apoſtolica, qualis titulus 84.28
Grauatus in vno, releuandus eſt in altero 196.8

H

HAbitatio ſeruitus perſonalis 21.4
Hæc petit coniunctim &c. clauſula libellaris 9.27
Hæres quaſi herus 48.26
Hæres & defunctus eiuſdem iuris 102.34
Hæres depoſitarij doloſi quomodo teneatur 190.10
Hæres hæredis, hæres eſt 270.69
Pro hærede, an ſit poſsidendi titulus 272.72
Hæreditas ius vniuerſale intellectuale 274.77. & 305.22
Hæreditas legitima, honoraria, teſtamentaria 77.9
Hæreditariæ res dupliciter petuntur 273.76
Hauriendi aquam ſeruitus 18.24
Hoĩes pro fundo vel prędio 29.27
Honorarium ius 147.10
Hypotheca quomodo tacitè enaſcatur 99.24
Hypothecaria in rem 16.17
Hypothecariá & Saluianũ interdictũ quõ differant 101.31
Hypothecaria & pignoratitia in tri. differũt qñ naſcãtur, ad quid vtiles, & quãdiu durent 264.62

I

IActitãs ſe poſsidere, pro poſſeſſore condemnatur 18.21
Iaſon iactator 2[illegible]
Iaſon errat 3.3. & 5.11. & 13.14. & 45.21. & 89.41.
Ignorantia quando excuſet 330.[illegible]
Illicitum non facit titulum oneroſum 84.29
Imaginaria emptio 79.1[illegible]
Impenſæ quotuplices, quæ & quõ doti impenſæ repetantur. 389.[illegible]
Incarceratus non vi eximendus 161.31
Incerta, qua actione petãtur 189.7
Incerta petitio toleratur 320.6
Incertitudo probabilis 53.38
Incolæ & ciues quibus fiant & differant 337.[illegible]
Infames non poſſunt eſſe teſtes 140.21
Infamia facti duplex 185.[illegible]
Ingratitudo debitum tollit 289.3
Iniuria nõ naſci debet ex iure 5.1
Iniuria pluribus facta, à pluribus perſequitur 219.1[illegible]
Iniuſtè factũ iuſtè irritatꝰ 160.3[illegible]
Inquilinus quis, & quõ pro pen[illegible]

ſionibus obligetur 93.11
nquilini & coloni differēter obligantur 62.16
nſtitoria, Inſtitor 128.20
ntellectus noſter qualiter per nos probetur 46.22
ntēdere quomodo in iure capiatur 10.2
ntentio, id eſt, actio. Intendere, id eſt, agere. 330.1
nterdicta ſunt actiones perſonales in rē ſcriptæ 15.16.& 212.22
nterdicta quo pacto olim propoſita 246.30
ntereſſe in reo pœnale 135.2
ntereſſe vſuras contegit 223.14
ntereſſe propter moram peti poteſt 245.23
ntereſſe qūo in bonæ fidei & ſtricti iuris cōtractu veniat 254.46
ntereſſe incertum eſt 303.11
ntereſſe debitoris nō ſuo loco cōuenti multiplex 335.2
ntereſſe debitoris & creditoris an ſimul vna & eadē cauſa conſideretur 339.9
nuētarium ad qd cōducat. 100.28
nutile & nihil, paria ſunt 69.36
pſe pronomē præciſiuum 285.18
pſo iure 294.5
udex qūo in arbitrariis & bonæ fidei actionibus arbitretur & compelli poſsit 315.5
udices quomodo ſportulas recipiant 216.6
udicia duplicia 31.31.& 242.17
udicium reſcindens & reſciſſorium 56.4.& 57.6
upiter Ercius 206.7
Iuramentū ea quæ animo cōſiſtūt probat 46.23
Iuramentum triplex 129.1
Iuramētū neceſſariū triplex 130.2
Iuramentum iudiciale quomodo præſtetur 130.4
Iuramentum dupliciter dicitur voluntarium 130.5
Iuramētū delatū referri pōt 131.7
Iuramentum quo tenore præſtandum 131.5
Iuramentū delatum incontinenti præſtandum 132.9
Iuramentū litis deciſiuum 133.12
Iuramentum acceptatū remitti poteſt 133.13
Iuramentum iudiciale quas actiones producat 133.16
Iuramentū nō eſt probatio 232.7
Iuramentum qūo ſuper intereſſe præſtetur 318.15
Iuramētū ſentētię ęquiparatur, an verò etiā actionē præſtet 319.16
Iuramentum ad extraneos nō extenditur 338.19
Iuramentum in litem quid reſpiciat 158.28
Iuri offerēdi an pſcribat 265.63
Iuris prudentiæ libri per D. Sebaſtianum Derrer 270
Ius dominii vel quaſi qūo in libellis intelligatur 52.25
Ius honorarium 147.10
Ius prætorium quod 37.4.
Iuuenta & iuuentus diuerſa 331.5

L

Læſus contra lædentem reſtituitur 60.16
Læſus delicto vel quaſi, rectè creditor

creditor dicitur 82.17
Latores, excoriatores 219.5
Legata pia quõ exigãtur 229.6
Legata pia non ſoluta, quomodo pœnam infligant 198.12
Legata ex teſtamento non ſolenni naturaliter debentur 114.8
Legatum quibus actionibus petatur pag. 368
Legatum & fideicommiſſum quomodo differant 199.14
Legitima eſt quota bonorum 274.79
Legitima quomodo hodie relinquatur & petatur 274.79
Legitimũ eſt quod ex legibus duodecim tabularum deſcendit 37.5
Legis Aquiliæ practica 201.19
Lex Aquilia quomodo cõmittatur & quõ cõmiſſa puniatur 229.5
Lex Aquilia miſta, quando pœnitẽtiam admittat 197.10
Lex correcta non alleganda 111.5
Libelli forma 6.16
Libellus tria complecti debet 6.14
Libellus Iuriſtarũ ſyllogiſm⁹ 6.15
Libell⁹ præſũptiuè concludẽs 7.18
Libellus generalis &c. non admittendus 7.19
Libellus in actione in rem, ſuper re mobili & immobili 18.24
Libellus actionis realis ex iuramẽto 141.24 Actionis ex iuramento 141.23 Albi corrupti 15.17 Cõdictorius furti 183.16 Cõmuni diui. 14.32 Cõfeſſorius & negatorius 33.33 Empti & venditi 260.56 Familiæ erciſcũdæ 213.30 Fin. reg. 214.33 In actione cõ-

ſtituti 120.19 In actione de pe... lio 128.21 In actione furti ... 18 Incertus quando admittat... 320.7. & 323.11. In ſcriptis offe... dus 224.1 Legis Aquiliæ 202.... Locati & conducti 261.57 Pet... tionis hæreditatis 275.80 Pet... dæ & reſtituẽdæ dotis 291.38 P... gnoratitiæ directæ & contrar... 269.68 Plus petitionis 341.... Pœnalis 164.37 præiudicialis 17... 27 Publicianæ 54.41 Quod n... tus cauſa 236.13 Quõ addend... detrahendo &c. emendari poſ... 353.3 Quomodo mutetur 36... 11 Reicõſſorius 72.43 Reſtitu... rius 70.41 Reuocatoriæ Paul... næ 88.42 Seruianæ, quaſi Seru... næ, Saluiani interdicti 108....
Serui corrup. 223.
Liber ſum quo ad te 33....
Liberi pignora dicuntur 9...
Libertus contra patronum fam... ſam actionẽ non intentet 51....
Libertus quomodo patronum ius vocet 156....
Libertus quõ ſe defendat 177....
Libri ſcholarium pro penſione ... obligantur 58....
Limitatio noua 24.17. & 3... 3. & 344.19
Liptote figura 146
Liquidum quando dicatur vt co... penſari poſsit 307....
Litis conteſtationis natura 35...
Locare vel conducere operas ... opus 263....
Locatio verà quæ 93....
Locati actio directa 242....

Locati practica 261.57
Locator ad quid conductori tenea tur 261.57
Longum tempus quod 210.14
Loqui ſine lege rubor eſt 45.20
Lucratiuæ cauſæ quæ 83.13
Lucratiuæ cauſæ non concurrunt 370.15
Luere. Qui nõn habet in ære, luat in corpore 156.25
Lumen habere, ſeruitus 26.20
Luminibus non offici, & proſpiciẽ di ſeruitus, differunt 26.21
Luſus eſt titulus lucratiuus 85.31

M

MAcedo vſurarius 126.14
Mai⁹ad ſe trahit min⁹ 371.16
Mala fides authoris an ſucceſſori noceat ne Publiciana locum habeat 43.16
Male quæſitum, lucrum dicitur, licet illicitum 85.32
Maleficium comprendit quaſi maleficium 12.7
Mãdati actio bonæ fidei, directa & contraria 240.5
Maritus priuilegium competentię habet 292.40
Maritus quatenus ſuper dote reſti tuẽda exigatur 337.1.§.Item.
Matrimonium putatiuum 283.13
Medici quãdo ſalaria recipere debeant 227.9
Mẽtiri permiſſum, & p Imperatorẽ edoctũ, dicit Placẽtinus, quod ementitum ait Zaſius 51.34
Mercatores cur tabernas opacent 26.19
Merces an pro domus penſione ob ligentur 97.10
Metati qui dicantur 228.4
Metus nõ parit Publicianã, ſed ſuũ edictum 51.32
Metus quintuplex 233.10
Metus illati pœna 235.12
Meũ non poteſt amplius fieri meũ 183.4
Minor facilitate ſua labi præſumitur 331.4
Minus petens, & reliquũ petere poteſt 351.1
Miſtum ſub ſimplicibus continetur 194.2
Miſtum potentius ſimplex ſequitur 205.4
Modicum non curatur 64.27
Mœniana 27.23
Monachi quomodo iurent 132.9
Monachus ſeruo vel filiof. æquiparatur 128.22
Mora abuſiua 244.22
Mora nullis certis finibus cõcludi poteſt 247.32
Mulier nõ ſoluẽs dotẽ quũ & quã do in mora conſtituatur 282.11
Mulier cæteris creditoribus præfertur 284.17
Multitium veſtis linea 19.28
Mutatio libelli quomodo & quãdo fiat 361.11
Muti matrimonium contrahentes priuilegia dotis habent 281.10
Mutuũ qua actione petatur 289.3

N

NArratiuũ quomodo in libello intelligatur 360.10
Negatiua vniuerſalis quomodo omnia deſtruat 13.11

Nega

Negatiua quō probetur 242.18
Negatoria 33.34
Negatoria duplex 30.29
Negatoria & confeſſoria 30.36
Negatoria & cōfeſſ.cui dentur ibi.
Negligētia ſua cuiq; dānoſa 65.28
Negot.geſt.actio bonæ fidei, directa & contraria 241.8
Nicedula in veprecula, prouerbiū 106.36
Nihil & inutile paria ſunt 69.36
Nobiles,titulos multiplicātes 11.4
Nō adſtringēs,clauſula libell. 9.28
Nō eſſe & nō apparere,paria ſunt 45.19.& 296.7
Nō entis nō ſunt qualitates 289.32
Noua ſeruitus,nō deprimendi ſcilicet ædificii 26.19
Noua diſtinctio in materia cōfeſſoriæ & negatoriæ 30.29
Nouum 26.19.& 29.26.& 32.31. & 70.39.& 173.13.& 340.12
Nouerca an in ius vocari poſsit 155.22
Noxæ deditio 127.18
Numeralia cardinalia, ſimplicia, multiplicatiua 222.13
Nuntii ſalarium excedentes 229.5

O

Obligatio mater actionis 4.7
Obligatio & ſoluendi facultas 315.5
Occulta quando grauius puniātur quàm manifeſta 155.6
Occultās alteri debitores ſuos quo modo ei teneatur 162.33
Occultē facta,pœnam merentur 195.6
Officium iudicis niſi petitum non impartitur 8.2
Officium iudicis triplex 319.17
Omnimodo, omnino, verba ſun intenſiua 320.
Operæ ſeruorū an ſint ſeruitute 21.7
Opiniones per Dn.Zaſium cōco dutæ 229.

P

Pactum ad tertium non extenditur 287.27
Pactum nudum actionem non pa rit 4.1
Pactum ad delinquendum inuitās non valet 207.12
Pactum perpetuū communionis an valeat 218.17
Pactum de non petendo alienatio eſt 76.7
Parapherna 284.16
Parētes in ius vocari non poſſunt 154.18
Parentes qui 155.20
Parentes reuerenter habēdi 390.1
Pars bonorum & hæreditatis diffe runt 274.79
Partiarii 93.14
Particeps fraudoſæ alienationis, rē ſiue pretio reſtituere cogitur 85.34.& 87.40
Paſcendi ſeruitus 28.14
Pater quomodo filiæ dotem reſtituendam paciſcatur 281.9
Pater mulieris quomodo in dote ꝓ filia priuilegio gaudeat 289.30
Pater de iure ciuili pro filio non te netur 124.10
Pater pro filio peculio tenus tenetur 124.18

ater de in rē verſo tenetur 126.15
ater ſpiritualis an in ius vocari poſsit 156.24
ater quomodo filium, ſe patrem vel non eſſe,adſerat 178.26
Pater filiam dotare tenetur 289.31
Patientia pro traditione 39.12
Patron⁹ quō libertū adſerat 177.13
Patronus quomodo per libertum tractandus 391.4
Pauliana reuocatoria 87.38
Paul.Citadi.Zaſii præceptor 279.3
Pecora adumbrari 26.19
Peculium quadruplex 122.3
Peculium quomodo inter creditores peculiares diuidatur 382.1
Peculium quid 121.1
Peculium iuſtum quod 121.2
Peculium quando aduentitium vel profectitium prēſumatur 122.4
De peculio actionis practica 128.21
Pecunia corpus,non quantitas 302.16
Pecunia conductoris locatori obligatur 98.22
Pené. 146.5
Penitus,verbum intenſiuum 310.1
Peregrinum arg.à cōſequentibus 166.30
Periurus vtrum & quomodo puniendus 139.19
Perpetuum quomodo accipiatur 96.18.& 210.17
Pertinentiæ ſunt incertæ 125.14
Perſonalis actio quo ad actorem & reum quare ſic dicta 11.3
Perſonalis actio non tam ex contractu & maleficio,quā ex quaſi contractu & quaſi maleficio datur 11.4
Perſonalis actio ex variis etiā cauſarum modis datur 11.8
Perſonalis actio in rem ſcripta 11.14
Perſonalia perſonam non egrediūtur 28.15. (181.1
Perſonalis actio ad quid competat
Petens ſibi iuſtitiā miniſtrari, clauſula libellaris 9.27
Petitio in libello nunquam obmittenda 8.21
Petitio libelli omnia in actione regulat,& ſola attenditur 8.22
Petitio hære.eſt actio realis 211.28
Petitio hæreditatis bonæ fidei,q.b. & contra quos competat 243.35
Pignus prætorium,iudiciale,conuentionale 51.1
Pignus an vendi poſsit 99.27
Pignora pro liberis 92.5
Pignora quomodo & qualiter repetantur 101.32
Pignoratitia actio bonæ fidei,directa & contraria 241.7
Pignoratitia & hypothecaria in tribus differunt, ad quid vtiles, & quandiu durent 264.62
Piſcandi ſeruitus 28.24
Placentinus errat 7.20
Plus cauſa & re petere, quomodo differant 342.2
Plus cauſa petere quid 342.3
Plus petētiū pœna 226.4.& 350.4
Plus petitionis practica 341.13
Plus quomodo,quib.& quot modis petatur 332.1
Plures ſimul delinquentes quomodo teneantur 143.11

Pog

Poggianus iudex 329.20
Poſſeſsio dolo interuerſa pro poſ ſeſsione eſt 18.22
Poſſeſsio & proprietas nihil habẽt commune 351.21
Poſſeſſor, detentor 31.31
Poſſeſſor duplex tituli lucratiui & oneroſi 83.10
Poſſeſſoruim & petitorium quomodo cumulentur 37.17
Poſſeſſus nihil poſsidet 59.12
Poſsidere pro poſſeſſore, pro hærede, qui dicantur 249.18
Pœna corrupti albi ꝑtoris 147.10
Pœna quadrupli 227.1
Pœna furti 229.6
Pœna cui applicetur 152.14
Pœna per vnum ſoluta, an alterum liberet 148.12.& 159.29
Pœna plus petentium 317.1
Pœna quando rem cõtineat 195.6
Pœna l. Aquiliæ quomodo committatur 198.11.& 199.15
Pœna conuentionalis an augeri poſsit 221.12
Pœna legalis quantum augeri poſſit 218.10
Pœna tripliciter petitur 144.1
Pœnæ non extendendæ 229.5
Pœnales & rei perſecutoriæ differunt 145.4
Pœnales actiones triplices 144.1
Pœnalia quando extendanẽ 191.11
Pœnalia dupliciter petũtur 192.14
Pœnalium practica 164.37
Pœnitentia quando in l. Aquilia locum habeat 198.11
Popularis actio quæ 153.6
PRACTICA. Vide actionũ noĩa.
Præceptor an in ius vocari poſsit 156.23
Prædatoria caſtra 162.35
Prædium etiam homines dicuntur vel aliæ res 29.27
Prædiũ dominans vel ſeruiẽs 21.6
Præfeſtinationis exceptio 349.3
Præiudicium quid 165.1
Præiudiciales actiones triplices 165.2
Præiudiciales ꝑtorię in rem 169.6
Præiudiciales dupliciter controuertuntur 171.9
Præiudiciales quare ſic dictæ 173.13
Præiudicialium practica 179.27
Prælationis priuilegiũ vxori cõpetens, cõtra quos extẽdaẽ 285.19
Præſcriptio an cõtra ignorantem currat 66.29
Præſcriptio in quibus verbis locũ habeat 167.66
Præſcript. vtile dominium parat 69.34
Præſcriptis verbis actio 248.34
Præſens quis dicatur 56.2
Præſens cõtra abſentem reſtituitur 60.15
Præſens quomodo reſtitutionem contra abſentem petat 62.21
Præſtiti iuramẽti practica 141.24
Pretium in emptione quomodo ſoluendum 259.54
Priuilegiatus cõtra priuilegiatum reſtituitur 60.17
Priuilegium nõ extenditur 201.16
Pro ſocio actio directa 242.15
Procurator mulieris dotẽ exacturus, an mulieris priuilegio gaudeat 288.29

Procuratores minores 228.4
Pro hærede an ſit poſsidendi titulus 48.6.& 272.22
Proijciendi ſeruitus eſt duplex 27.22
Propoſitio vniuerſalis negatiua quō omnia deſtruat 13.11
Proprij homines 124.16
Proſpiciendi ius, ſeruitus vrbana 262
Proſpiciendi ſeruitus, & ne luminib. officiatur, differunt 26.21
Protutelæ actio quæ 241.10
Publiciana actio quę & quid 37.6
Publiciana quaſi dño datur 37.7
Publiciana an etiam vero domino competat 37.8
Publiciana & rei vendi. quomodo conueniant & differant 39.9
Publiciana an per malā fidē authoris ſucceſſori auferatur 43.16
Publiciana quib. requiſitis competat 39.11
Publiciana an detur contra pro hærede poſsidentem 48.26
Publiciana non datur contra dñm niſi in quibuſdā caſibus 49.27
Publiciana pro amiſſa poſſeſsione competit 50.28
Publicianæ practica 51.33
Publiciana prætoria 92.3
Purgatio canonica 130.3

Q

Quadruplatores 237.14
Quadruplum in furto mera pœna 194.4
Quæſtio dominij quando referri dicatur 102.33
Quæſtus illicitus lucrum dicitur 85.32
Qualitates compenſantur 304.20
Quantitas cum quantitate cōpenſatur 300.13
Quaſi contractus 207.10
Quaſi maleficium 12.7
Quaſi Seruiana, actio p̄toria. 91.3
Quaſi Seruiana vel hypothecaria pro quibus rebus cōpetat 92.8
Quaſi Seruianæ, id eſt, hypothecariæ practica 92.7
Quicūq; extenſiua dictio 119.13
Quod certo loco, arbitraria actio 39.9
Quod metus cauſa, actio perſonalis in rem ſcripta 212.23
Quod metus cauſa, pœnam habet quadrupli 215.12
Quod metus cauſa, actio quando competat 235.11
Quod metus cauſa actio, arbitraria 135.12
Quod metus cauſa practica 235.9
Quotæ compenſantur 305.23

R

Raptor quare mitiùs quā fur puniatur 196.7
Raptor qualis fur 196.9
Re & cauſa plus petere an differant 342.3
Receptitia vnde dicta 110.3
Receptitia & conſtitutum differunt 113.6
Recipere 110.3
Redhibitoria arbitraria 316.11
Rei vendicatio quot modis intentetur 16.17
Rei vendic. quando poſsidenti detur 31.31

Rei

Rei vend. & publiciana quomodo conueniant vel differant 39.9
Rei vxoriæ actio, in ex ſtipulatu actionem mutata 277.1
Renuntiatio hæreditatis non præſumitur ex longa taciturnitate 210.15
Requiſita ad publicianam 39.11
Rerũ amot. actio arbitraria 316.13
Res coloni in fundum inuectæ tacite obligantur 91.6
Reſcindens & reſciſſorium iudicium 57.5
Reſciſſoria an ſit natiua vel datiua 69.25
Reſciſſoria duplex 57.7
Reſciſſoria prætoria 69.35
Reſciſſoriæ practica 68.33. & 71.43
Reſciſſoria intra annũ vtilem intentanda 69.37
Reſciſſoria litis conteſtatæ perpetuatur 69.38
Reſpublica quomodo publiciana vtatur 41.13
Reſpublica de Romana tantũ intelligitur 59.11
Reſtituere, dare, & tradere rem, differunt 18.3
Reſtituere & inſtituere actionem differunt 58.8
Reſtitutio tantum reponit quantum læſio abſtulit 67.11
Reſtitutoriæ practica 70.41
Reſtituere, eſt verbũ generale 182.3 & 297.8
Reuerentia pacto remitti non poteſt 177.23
Reuocatoria contra quos competat 87.33
Reuocatoria Pauliana 87.38
Reuoca. Fauiana, Caluiſiana 87.40
Reuocatoria, actio datiua & annicula 88.41
Reuocatoriæ practica 89.42
Reus rei vẽdicatione cõuentus nõ habet actionem qua petitorem dominum eſſe neget 32.31
Rhetorica præcepta 12.8
Roma ſola rempublicã habere dicitur: abuſiue autẽ quælibet ciuitas, quodlibet municipiũ, vel oppidũ, remp. habere dicunt 59.11
Ruta quæ 255.48

S

Salarium nunciorum quomodo hodie detur 226.
Saluianũ interdictũ etiã datur ad pignora cõſequenda 101.29
Saluiannm interdictum vnde dicatur 101.30
Saluianum interdictum & hypothecaria quomodo differant. 101.31. & 108.41
Saluianum interdictũ adipiſcẽdæ dupliciter proponitur 107.40
Saluiani interdicti practica 108.4
Saluo iure ſuperflui, clauſula 333.
Sebaſtiani Derrer Doctoris Iuriprudentiæ noui libri pag.
Secandi ligna ſeruitus 28.2.
Sententia in arbitrarijs qualiter feratur 317.1
Sententia debet ferri certa 320. & 326.15
Sententia quando libello conformis ſit 126.1
Serui corrupti actio pœnalis eſt in

in duplũ datur, & ad quid detur 216.3
erui quomodo ſe liberos adſerãt 174.16
erui corrupti practica 223.15
eruiana, actio prætoria 91.3
eruiana vnde dicta 92.4
eruiana pro quibus rebus compe tat 92.7
eruianæ practica 108.41
ɛruitus perſonalis & realis 20.1
ɛruitus realis vrbana & ruſtica 21.5
ɛruitus quãdo & quæ ruſtica vel vrbana dicatur 24.16
ɛruitus non deprimendi vel deſtruendi ædificij 26.19
ɛruitus proijciendi duplex 27.22
ɛruitus morti comparata 178.25
ɛruitutes Germaniæ peculiares 28.24
ruitutis non eſt ſeruitus 24.15
qua mihi iuſta cauſa, clauſula 66.30
mile ſimilis iuris 286.24
militudo generis 75.2
mplex quando cõtineat miſtum 15.16
ngulare 75.6
ocer, ſocrus, an in ius vocari poſſint 155.22
ocij quomodo ſe inuicem exigant 391.5
ocietas dupliciter coitur 210.19
ocietas an in perpetuũ coiri poſſit 210.16
luat Apollo 114.8
lutio gl per Dn. Zaſium ſaluata & declarata 192.14
Solutio pro inuito fieri poteſt 306.24
Solutio miſerorum pag. 366
Species cum quantitate non compenſatur 298.10
Species cum ſpecie non compenſatur 298.9
Sportulæ iudicum, aduocatorum 226.6
Sportulæ nuntiorum ſalaria 224.3
Status cauſa, præiudicialis 169.5
Statuta Nobiliũ ſup matrimonio, & cõmunione perpetua 208.13
Stellionatus 140.20
Stellionatus pœna 350.7
Stipulatio vnde dicta 280.6
Stipulatio firmiſsimus cõtractus 113.4
Stipulatio in dote cõſtituenda interueniſſe fingitur 279.4
Stipulatio vitioſa an valeat vt conſtitutum 119.16
Subſtantiale contractuum 239.2
Subſtantialia libelli criminalis & ciuilis 355.6
Superflua in libello reſecari poſſunt 359.8
Subrogatum ſapit naturã eius cui ſubrogatur 247.31, & 278.2
Syllogiſmus Iuriſtarũ, libell⁹ 6.15

T

Tacita hypotheca quomodo inducatur 99.24
Tacitę hypothecæ q̃ 99.25
Tempus ab initio vtile, deinde fit continuum 61.19
Tenus, quibus caſibus iũgaẽ 123.9
Teſtamentarij quomodo pro legatis conueniantur 199.13

Titul

Titulus in Publiciana neceſſarius 42.14
Titulus oneroſus & lucratiuus qui 82.21
Tituli multiplicati 111.4
Tit. Ne quis eum qui &c. &. De eo per quem fact. &c. quib. differat 161.36
Titulus poſſeſsionis regulariter non oſtendendus 271.70
Titulus malus non releuat 48.25 & 272.74
Totũ ratione partis negatũ 350.5
Tradens non plus tradit quàm ha beat 42.14
Tradere, dare, reſtituere rem diffe-runt 181.27
Traditio quãdo ad transferendum dominium ſit neceſſaria 39.12
Traditio, alienatio eſt 76.7
Tunc, extremitatem temporis ſi-gnificat 62.22
Tutores & curatores quomodo obligentur 99.16
Tutelæ actio bonę fidei, directa & contraria 241.9
Tyrannus debitor qui commodè conueniri non poteſt pro ſatiſ-factione, habetur quaſi non ſit ſoluendo 87.16

V

Vagabundus vbiq; conueniri poteſt 318.7
Vaſallus quomodo dominũ in ius vocet 157.26
Vaſalli libertis æquiparati 178.24
Venandi ſeruitus 28.24
Vendicatio realis, condictio perſo nalis eſt 107.14
Venditi actio directa 242.13
Venditor rem venditã tradere de-bet, & dñm facere, vel vſucapiẽdi conditionem tribuere 260.55
Verſum in rem patris, patrem ob-ligat 126.15
Verſuram facere 83.19
Vi eximere non licet 158.27
Vigilandum 64.27
Viliora nonnunquam chariora 346.8
Villicus iniquitatis 76.8
Vitricus an in ius vocari poſsit 155.22
Vniuerſalis negatiua quomodo omnia deſtruat 13.11
Vniuerſalitas ad apta reſtringitur 119.17
Vniuerſalia iudicia quæ 320.8
Vniuerſitas & communitas delin-quens quomodo puniatᷓ 149.13
Voluntas coacta eſt voluntas 51.32
Voluntati nõ præſcribitur 267.65
Votum filijfam. nihil valet 125.13
Vſucapio ſine poſſeſsione nõ pro-cedit 59.13
Vſus, ſeruitus perſonalis 20.2
Vſusfructus, ſeruitꝰ pſonalis 20.3
Vſufructuarius confeſſoria agit 34.16
Vſuræ prohibitæ, ſed ſub intereſſe conteguntur 113.14
Vtile à principio, deinde fit conti-nuum 61.19
Vtiles domini vtilem rei vendica-tionem habent 16.17
Vtilis annus 60.8
Vtilis actio quæ & qualiter detur 176.22

D. N.

VDALRICI ZASII IVRECONSVLTI FRIBVRGEN. IN VSVS FEVDORVM EPITOME, ORDINE ET VTILITATE COMMENDABILIS.

EIVSDEM *Orationes aliquot diſertæ, tum in laudem Legum, tum funebres.*



LVGDVNI,
Excudebant Godefridus & Marcellus
Beringi, fratres, 1552.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

duret 206.9
Famil.erciſc.actio directa 24.16
Famil.erciſc.practica 212.25
Familiæ erciſc.iudicium non niſi ſemel agitur 213.27
Famoſa actio per filiũ, libertum, vaſallũ cõtra patrem, dominum & patronũ nõ intentãda 51.29
Famoſæ actiones 185.7
Fauiana reuocatoria 87.40
Fictio operatur tanquam veritas 75.6
Fictio in quib⁹ fiat.280.6.& 281.19
Fideiuſſor quãdo hodie conueniatur 115.10. (115.9
Fideiuſſor obligatur vt principalis
Fideicõmiſſum & legatũ quomodo differant 199.14
Fides quanti olim habita. 111.3
Figuræ cauſarum variæ. 12.8
Figurata locutio. 75.4.& 123.8
Filius quos complectatur. 154.19
Filius quomodo ſe filium vel non filium eſſe adſerat. 178.26
Filius de iure ciuili non obligat patrem. 124.10
Filius delinquens patrem nõ obligat. 127.17
Filius cõtra patrẽ famoſam actionem non intentet. 51.29
Filiusfa. quando peculium profectitiũ vel aduentitiũ habere præſumatur. 123.8
Filiusfa.quomodo obligetur.123.8
Filiifa.quomodo per creditores peculiares exigantur. 124.12
Finis,primum & vltimum. 189.2
Finium regund.duplex & miſtũ iudicium. 211.20
Finium regund. actio ſtricti iuris & directa. 242.18
Finiũ reg.actio arbitraria. 3.6.10
Fiſcus & dos pares. 286.23
Forma libelli. 6.16
Fortè. 146.7
Forum quib.& quot modis ſortiatur. 337.4
Frater qũo fratrẽ exigat. 391.3
Fraus quãdo & per quæ fieri dicatur 78.10
Fraus quib⁹ fieri intelligatur.81.16
Fraus quibus mediis fiat. 82.18
Fraudatorium edictum. 87.39
Fraus & dolus nemini patrocinari debent 85.35
Friburgentium mos debitores capiendi 339.8
Fructus fundi pro penſione fundi obligantur 64.18
Fructus in contractu bonæ fidei etiam poſt ſententiam peti poſſunt 254.47
Fructus qũo in petitione hæreditatis veniant 274.78
Fructus licet incerti, petuntur tamen 324.13
Fruſtrare 159.29
Fũdus dominãs vel ſeruiens 29.26
Fundus quid importet 29.27
Fungibiles res quæ 110.2.& 303.17
Fungibile cum fungibili compẽſatur 303.18
Fur pluribus actioni.tenetur 186.10.& 195.5
Fur quare durius quàm raptor tractetur 196.7
Furtum quomodo puniatur 194.3
Furti pœna 227.1

Furti

Furti practica 201.18

G

Generalia iudicia quæ 321.9
Generis obligatio 322.10. & 345.7
Genus cum genere non compenſatur 299.12
Genus omnes ſpecies comprehendit 305.23
Gloſſa corruptrix tex. 88.41. & 146.7
Gloſſ. diabolica 101.32
Glo. errat 29.28. & 93.11. & 106.37 & 281.9. & 304.21
Gl. ridetur, ſed per Dn. Zaſiũ ſaluatur & declaratur 292.13
Gratia apoſtolica, qualis titulus 84.28
Grauatus in vno, releuandus eſt in altero 196.8

H

Habitatio ſeruitus perſonalis 21.4
Hæc petit coniunctim &c. clauſula libellaris 9.27
Hæres quaſi herus 48.26
Hæres & defunctus eiuſdem iuris 102.34
Hæres depoſitarij doloſi quomodo teneatur 190.10
Hæres hæredis, hæres eſt 270.69
Pro hærede, an ſit poſsidendi titulus 272.72
Hæreditas ius vniuerſale intellectuale 274.77. & 305.22
Hæreditas legitima, honoraria, teſtamentaria 77.9
Hæreditariæ res dupliciter petuntur 273.76
Hauriendi aquam ſeruitus 18.24
Hoĩes pro fundo vel prędio 29.27
Honorarium ius 147.10
Hypotheca quomodo tacite enaſcatur 99.24
Hypothecaria in rem 16.17
Hypothecaria & Saluianũ interdictũ quõ differant 101.31
Hypothecaria & pignoratitia in tri. differũt qñ naſcãtur, ad quid vtiles, & quãdiu durent 264.62

I

Iactitãs ſe poſsidere, pro poſſeſſore condemnatur 18.23
Iaſon iactator 25
Iaſon errat 3.3. & 5.11. & 13.14. & 45.21. & 89.41.
Ignorantia quando excuſet 330.
Illicitum non facit titulum oneroſum 84.29
Imaginaria emptio 79.11
Impenſæ quotuplices, quæ & quõ doti impenſæ repetantur. 38 9.
Incarceratus non vi eximendus 161.31
Incerta, qua actione petãtur 189.7
Incerta petitio toleratur 320.6
Incertitudo probabilis 53.38
Incolæ & ciues quibus fiant & differant 337.
Infames non poſſunt eſſe teſtes 140.21
Infamia facti duplex 185.
Ingratitudo debitum tollit 289.3
Iniuria nõ naſci debet ex iure 5.1
Iniuria pluribus facta, à pluribus perſequitur 219.11
Iniuſtè factũ iuſtè irritatᵉ 160.3
Inquilinus quis, & quõ pro pen

ſionibus obligetur 93.11
quilini & coloni differẽter obligantur 62.16
ſtitoria, Inſtitor 128.20
tellectus noſter qualiter per nos probetur 46.22
tẽdere quomodo in iure capiatur 10.2
tentio, id eſt, actio. Intendere, id eſt, agere. 330.1
terdicta ſunt actiones perſonales in rẽ ſcriptæ 15.16. & 212.22
terdicta quo pacto olim propoſita 246.30
tereſſe in reo pœnale 145.2
tereſſe vſuras contegit 223.14
tereſſe propter moram peti poteſt 245.23
tereſſe quõ in bonæ fidei & ſtricti iuris cõtractu veniat 254.46
tereſſe incertum eſt 323.11
tereſſe debitoris nõ ſuo loco cõuenti multiplex 335.2
tereſſe debitoris & creditoris an ſimul vna & eadẽ cauſa conſideretur 339.9
uẽtarium ad qd cõducat. 100.28
utile & nihil, paria ſunt 69.36
ſe pronomẽ præciſiuum 285.18
ſo iure 294.5
dex quõ in arbitrariis & bonæ fidei actionibus arbitretur & compelli poſsit 315.5
dices quomodo ſportulas recipiant 226.6
dicia duplicia 31.31. & 242.17
dicium reſcindens & reſciſſorium 56.4. & 57.6
piter Ercius 206.7
Iuramentũ ea quæ animo cõſiſtũt probat 46.23
Iuramentum triplex 129.1
Iuramẽtũ neceſſariũ triplex 130.2
Iuramentum iudiciale quomodo præſtetur 130.4
Iuramentum dupliciter dicitur voluntarium 130.5
Iuramẽtũ delatũ referri põt 131.7
Iuramentum quo tenore præſtandum 131.5
Iuramentũ delatum incontinenti præſtandum 132.9
Iuramentũ litis deciſiuum 133.12
Iuramentum acceptatũ remitti poteſt 133.13
Iuramentum iudiciale quas actiones producat 133.16
Iuramentũ nõ eſt probatio 232.7
Iuramentum quõ ſuper intereſſe præſtetur 315.15
Iuramẽtũ ſentẽtię ęquiparatur, an verò etiã actionẽ præſtet 319.16
Iuramentum ad extraneos nõ extenditur 138.19
Iuramentum in litem quid reſpiciat 158.28
Iuri offerẽdi an pſcribat 265.63
Iuris prudentiæ libri per D. Sebaſtianum Derrer 270
Ius dominij vel quaſi quõ in libellis intelligatur 52.25
Ius honorarium 147.10
Ius prætorium quod 37.4
Iuuenta & iuuentus diuerſa 331.5

L

Læſus contra lædentem reſtituitur 60.16
Læſus delicto vel quaſi, rectè creditor

creditor dicitur 81.17
Latores, excoriatores 219.5
Legata pia quō exigātur 229.6
Legata pia non ſoluta, quomodo pœnam infligant 1..12
Legata ex teſtamento non ſolenni naturaliter debentur 114.8
Legatum quibus actionibus petatur pag.368
Legatum & fideicommiſſum quomodo differant 199.14
Legitima eſt quota bonorum 274.79
Legitima quomodo hodie relinquatur & petatur 274.79
Legitimū eſt quod ex legibus duodecim tabularum deſcendit 37.5
Legis Aquiliæ practica 201.19
Lex Aquilia quomodo cōmittatur & quō cōmiſſa puniatur 229.5
Lex Aquilia miſta, quando pœnitētiam admittat 197.10
Lex correcta non alleganda 111.5
Libelli forma 6.16
Libellus tria complecti debet 6.14
Libellus Iuriſtarū ſyllogiſm⁹ 6.15
Libell⁹ prę ſūptiuè concludēs 7.18
Libellus generalis &c. non admittendus 7.19
Libellus in actione in rem, ſuper re mobili & immobili 18.24
Libellus actionis realis ex iuramēto 141.24 Actionis ex iuramento 141.23 Albi corrupti 15..17 Cōdictorius furti 183.16 Cōmuni diui. 14.32 Cōfeſſorius & negatorius 33.33 Empti & venditi 260.56 Familiæ erciſcūdæ 213.30 Fin. reg. 214.33 In actione cōſtituti 120.19 In actione de peculio 128.21 In actione furti ... 18 Incertus quando admittatur 320.7. & 323.11 In ſcriptis offerendus 224.1 Legis Aquiliæ 202.1.. Locati & conducti 261.57 Petitionis hæreditatis 275.80 Petendæ & reſtituēdę dotis 291.38 Pignoratitiæ directæ & contrariæ 269.68 Plus petitionis 341... Pœnalis 164.37 piudicialis 17.. 27 Publicianæ 54.4.. Quod metus cauſa 236.13 Quō addendo & detrahendo &c. emendari poſſit 353.3 Quomodo mutetur 36.. 11 Reſciſſorius 7..43 Reſtitutorius 70.41 Reuocatoriæ Paulianæ 88.42 Seruianæ, quaſi Seruianæ, Saluiani interdicti 10.. Serui corrup. 223.
Liber ſum quo ad te 33..
Liberi pignora dicuntur 92..
Libertus contra patronum famoſam actionē non intentet 51..
Libertus quomodo patronum in ius vocet 156..
Libertus quō ſe defendat 177..
Libri ſcholarium pro penſione non obligantur 58..
Limitatio noua 24.17. & 33.. 3. & 344.5
Liptote figura 146..
Liquidum quando dicatur vt compenſari poſsit 307..
Litis conteſtationis natura 35..
Locare vel conducere operas vel opus 263...
Locatio vera quæ 93..
Locati actio directa 242..

Locati practica 261.57
Locaror ad quid conductori tenea tur 261.57
Longum tempus quod 210.14
Loqui ſine lege rubor eſt 45.20
Lucratiuæ cauſæ quæ 83.13
Lucratiuæ cauſæ non concurrunt 370.15
Luere. Qui non habet in ære, luat in corpore 156.25
Lumen habere, ſeruitus 26.20
Luminibus non offici, & proſpiciē di ſeruitus, differunt 26.21
Luſus eſt titulus lucratiuus 85.31

M

Acedo vſurarius 126.14
Mai⁹ ad ſe trahit min⁹ 371.16
Mala fides authoris an ſucceſſori noceat ne Publiciana locum habeat 43.16
Male quæſitum, lucrum dicitur, licet illicitum 85.32
Maleficium comprendit quaſi maleficium 12.7
Mādati actio bonæ fidei, directa & contraria 240.5
Maritus priuilegium competentię habet 292.40
Maritus quatenus ſuper dote reſti tuēda exigatur 337.1.§. Item.
Matrimonium putatiuum 283.13
Medici quādo ſalaria recipere debeant 227.9
Mētiri permiſſum, & p Imperatorē edoctū, dicit Placētinus, quod ementitum ait Zaſius 51.34
Mercatores cur tabernas o pacent 26.19
Merces an pro domus penſione ob ligentur 97.10
Metati qui dicantur 128.4
Metus nō parit Publicianā, ſed ſuū edictum 51.32
Metus quintuplex 233.10
Metus illati pœna 235.12
Meū non poteſt amplius fieri meū 183.4
Minor facilitate ſua labi præſumitur 331.4
Minus petens, & reliquū petere poteſt 351.1
Miſtum ſub ſimplicibus continetur 194.2
Miſtum potentius ſimplex ſequitur 205.4
Modicum non curatur 64.27
Mœniana 27.23
Monachi quomodo iurent 132.9
Monachus ſeruo vel filiof. æquiparatur 128.22
Mora abuſiua 244.22
Mora nullis certis finibus cōcludi poteſt 247.32
Mulier nō ſoluēs dotē quō & quādo in mora conſtituatur 282.11
Mulier cæteris creditoribus præfertur 284.17
Multitium veſtis linea 19.28
Mutatio libelli quomodo & quādo fiat 361.11
Muti matrimonium contrahentes priuilegia dotis habent 281.10
Mutuū qua actione petatur 289.3

N

Arratiuū quomodo in libello intelligatur 360.10
Negatiua vniuerſalis quomodo omnia deſtruat 13.11

Nega

Negatiua quō probetur 242.18
Negatoria 33.34
Negatoria duplex 30.29
Negatoria & conſeſſoria 30.30
Negatoria & cōfeſſ.cui dentur ibi.
Negligētia ſua cuiq; dānoſa 65.28
Negot.geſt.actio bonæ fidei, directa & contraria 241.8
Nicedula in veprecula, prouerbiū 106.36
Nihil & inutile paria ſunt 69.36
Nobiles, titulos multiplicātes 11.4
Nō adſtringēs, clauſula libell.9.28
Nō eſſe & nō apparere, paria ſunt 45.19.& 296.7
Nō entis nō ſunt qualitates 289.32
Noua ſeruitus, nō deprimendi ſcilicet ædificii 26.19
Noua diſtinctio in materia cōfeſſoriæ & negatoriæ 30.29
Nouum 26.19.& 29.26.& 32.32.& 70.39.& 173.13.& 340.12
Nouerca an in ius vocari poſsit 155.22
Noxæ deditio 127.18
Numeralia cardinalia, ſimplicia, multiplicatiua 222.13
Nuntii ſalarium excedentes 229.5

O

Obligatio mater actionis 4.7
Obligatio & ſoluendi facultas 315.5
Occulta quando grauius puniātur
impartitur 8.
Officium iudicis triplex 319.
Omnimodo, omnino, verba ſu intenſiua 320
Operæ ſeruorū an ſint ſeruitut 21.7
Opiniones per Dn. Zaſium cōce datæ 229.

P

Pactum ad tertium non exten ditur 287.2
Pactum nudum actionem non p rit 4.1
Pactum ad delinquendum inuitā non valet 207.1
Pactum perpetuū communioni an valeat 218.1
Pactum de non petendo alienati eſt 76.
Parapherna 284.1
Parētes in ius vocari non poſſun 154.18
Parentes qui 155.2
Parentes reuerenter habēdi 390.
Pars bonorum & hæreditatis diff runt 274.7
Partiarii 93.14
Particeps fraudoſæ alienationis rē ſiue pretio reſtituere cogitu 85.34.& 87.40
Paſcendi ſeruitus 28.2
Pater quomodo filiæ dotem reſtituendam paciſcatur 281.

Pater de in rẽ verſo tenetur 126.15
Pater ſpiritualis an in ius vocari poſsit 156.24
Pater quomodo filium, ſe patrem vel non eſſe, adſerat 178.26
Pater filiam dotare tenetur 289.31
Patientia pro traditione 39.12
Patron⁹ quõ libertũ adſerat 177.23
Patronus quomodo per libertum tractandus 391.4
Pauliana reuocatoria 87.38
Paul.Citadi.Zaſii præceptor 279.3
Pecora adumbrari 26.19
Peculium quadruplex 122.3
Peculium quomodo inter creditores peculiares diuidatur 387.1
Peculium quid 121.1
Peculium iuſtum quod 121.2
Peculium quando aduentitium vel profectitium prę ſumatur 122.4
De peculio actionis practica 128.21
Pecunia corpus, non quantitas 302.16
Pecunia conductoris locatori obligatur 98.22
Pene. 146.5
Penitus, verbum intenſiuum 310.1
Peregrinum arg. à cõſequentibus 166.30
Periurus vtrum & quomodo puniendus 139.19
Perpetuum quomodo accipiatur 96.18. & 210.17
Pertinentiæ ſunt incertæ 125.14
Perſonalis actio quo ad actorem & reum quare ſic dicta 11.3
Perſonalis actio non tam ex contractu & maleficio; quã ex quaſi contractu & quaſi maleficio datur 11.5
Perſonalis actio ex variis etiã cauſarum modis datur 11.8
Perſonalis actio in rem ſcripta 211.24
Perſonalia perſonam non egrediũtur 28.25
(151.1
Perſonalis actio ad quid competat
Petens ſibi iuſtitiã miniſtrari, clauſula libellaris 9.27
Petitio in libello nunquam obmittenda 8.21
Petitio libelli omnia in actione regulat, & ſola attenditur 8.22
Petitio hære. eſt actio realis 211.21
Petitio hæreditatis bonæ fidei, qb. & contra quos competat 240.35
Pignus prætorium, iudiciale, conuentionale 51.1
Pignus an vendi poſsit. 99.27
Pignora pro liberis 92.5
Pignora quomodo & qualiter repetantur 101.32
Pignoratitia actio bonæ fidei, directa & contraria 241.7
Pignoratitia & hypothecaria in tribus differunt, ad quid vtiles, & quandiu durent 264.62
Piſcandi ſeruitus 28.24
Placentinus errat 7.20
Plus cauſa & re petere, quomodo differant 342.2
Plus cauſa petere quid 342.3
Plus petẽtiũ pœna 226.4. & 350.4
Plus petitionis practica 341.13
Plus quomodo, quib. & quot modis petatur 332.1
Plures ſimul delinquentes quomodo teneantur 143.11

Pog

Poggianus iudex 329.20
Poſſeſsio dolo interuerſa pro poſſeſsione eſt 18.22
Poſſeſsio & proprietas nihil habēt commune 351.21
Poſſeſſor, detentor 31.31
Poſſeſſor duplex tituli lucratiui & oneroſi 83.10
Poſſeſſoruim & petitorium quomodo cumulentur 371.17
Poſſeſſus nihil poſsidet 59.12
Poſsidere pro poſſeſſore, pro hærede, qui dicantur 249.18
Pœna corrupti albi ꝑtoris 147.10
Pœna quadrupli 227.1
Pœna furti 229.6
Pœna cui applicetur 152.14
Pœna per vnum ſoluta, an alterum liberet 148.12. & 159.29
Pœna plus petentium 317.1
Pœna quando rem cõtineat 195.6
Pœna l. Aquiliæ quomodo committatur 198.11. & 199.15
Pœna conuentionalis an augeri poſsit 221.12
Pœna legalis quantum augeri poſſit 218.10
Pœna tripliciter petitur 144.1
Pœnæ non extendendæ 229.5
Pœnales & rei perſecutoriæ differunt 145.4
Pœnales actiones triplices 144.1
Pœnalia quando extendant 191.11
Præceptor an in ius vocari poſſi[t] 156.23
Prædatoria caſtra 162.3[?]
Prædium etiam homines dicuntu[r] vel aliæ res 29.27
Prædiũ dominans vel ſeruiẽs 21.6
Præfeſtinationis exceptio 349.[?]
Præiudicium quid 165.1
Præiudiciales actiones triplices 165.2
Præiudiciales ꝑtoriç in rem 169.6
Præiudiciales dupliciter controuertuntur 171.9
Præiudiciales quare ſic dictæ 173.1[?]
Præiudicialium practica 179.17
Prælationis priuilegiũ vxori cõpetens, cõtra quos extẽdat 285.19
Præſcriptio an cõtra ignorantem currat 66.29
Præſcriptio in quibus verbis locũ habeat 167.66
Præſcript. vtile dominium parat 69.34
Præſcriptis verbis actio 248.34
Præſens quis dicatur 56.2
Præſens cõtra abſentem reſtituitur 60.15
Præſens quomodo reſtitutionem contra abſentem petat 62.21
Præſtiti iuramẽti practica 141.24
Pretium in emptione quomodo ſoluendum 259.54
Priuilegiatus cõtra priuilegiatum

Procuratores minores 228.4
Pro hærede an ſit poſsidendi titulus 48.·6.& 272.72
Proijciendi ſeruitus eſt duplex 27.22
Propoſitio vniuerſalis negatiua quo omnia deſtruat 13.11
Proprij homines 174.16
Proſpiciendi ius, ſeruitus vrbana 262
Proſpiciendi ſeruitus, & ne lumini.officiatur,differunt 26.11
Protutelæ actio quæ 241.10
Publiciana actio quę & quid 37.6
Publiciana quaſi dn̄o datur 37.7
Publiciana an etiam vero domino competat 37.8
Publiciana & rei vendi. quomodo conueniant & differant 39.9
Publiciana an per malā fidē authoris ſucceſſori auferatur 43.16
Publiciana quib.requiſitis competat 32.11
Publiciana an detur contra pro hærede poſsidentem 48.26
Publiciana non datur contra dn̄m niſi in quibuſdā caſibus 49.27
Publiciana pro amiſſa poſſeſsione competit 50.28
Publicianæ practica 51.33
Publiciana prætoria 92.3
Purgatio canonica 130.3

Quadruplatores 237.14
Quadruplum in furto mera pœna 194.4
Quæſtio dominij quando referri dicatur 102.33
Quæſtus illicitus lucrum dicitur 85.32
Qualitates compenſantur 304.20
Quantitas cum quantitate cōpenſatur 300.13
Quaſi contractus 207.10
Quaſi maleficium 12.7
Quaſi Seruiana,actio ꝑtoria.91.3
Quaſi Seruiana vel hypothecaria pro quibus rebus cōpetat 92.8
Quaſi Seruianæ,id eſt,hypothecariæ practica 92.7
Quicūq;,extenſiua dictio 119.13
Quod certo loco,arbitraria actio 39.9
Quod metus cauſa,actio perſonalis in rem ſcripta 212.23
Quod metus cauſa,pœnam habet quadrupli 2.5.12
Quod metus cauſa, actio quando competat 235.11
Quod metus cauſa actio,arbitraria 1.5.12
Quod metus cauſa practica 233.9
Quotæ compenſantur 305.23

R

Raptor quare mitius quā fur puniatur 196.7
Raptor qualis fur 196.9
Re & cauſa plus petere an differant 342.3
Receptitia vnde dicta 110.3
Receptitia & conſtitutum differunt 113.6
Recipere 110.3
Redhibitoria arbitraria 316.11
Rei vendicatio quot modis intentetur 16.17
Rei vendic.quando poſsidenti detur 31.31

Rei

Rei vend. & publiciana quomodo conueniant vel differant 39.9
Rei vxoriæ actio, in ex ſtipulatu actionem mutata 277.1
Renuntiatio hæreditatis non præſumitur ex longa taciturnitate 210.15
Requiſita ad publicianam 39.11
Rerũ amot. actio arbitraria 316.13
Res coloni in fundum inuectæ tacitè obligantur 92.6
Reſcindens & reſciſſorium iudicium 57.5
Reſciſſoria an ſit natiua vel datiua 69.35
Reſciſſoria duplex 57.7
Reſciſſoria prætoria 69.35
Reſciſſoriæ practica 68.33. & 72.43
Reſciſſoria intra annũ vtilem intentanda 69.37
Reſciſſoria litis conteſtatæ perpetuatur 69.38
Reſpublica quomodo publiciana vtatur 41.13
Reſpublica de Romana tantũ intelligitur 59.11
Reſtituere, dare, & tradere rem, differunt 182.3
Reſtituere & inſtituere actionem differunt 58.8
Reſtitutio tantum reponit quantum læſio abſtulit 67.11
tat 81.35
Reuocatoria Pauliana 87.38
Reuoca. Fauiana, Caluiſiana 87.40
Reuocatoria, actio datiua & annicula 88.41
Reuocatoriæ practica 89.42
Reus rei vẽdicatione cõuentus nõ habet actionem qua petitorem dominum eſſe neget 32.32
Rhetorica præcepta 12.8
Roma ſola rempublicã habere dicitur: abuſiue autẽ quælibet ciuitas, quodlibet municipiũ, vel oppidũ, remp. habere dicunt 59.11
Ruta quæ 255.48

S

Salarium nuntiorum quomodo hodie detur 226.5
Saluianũ interdictũ etiã datur ad pignora cõſequenda 101.29
Saluiannm interdictum vnde dicatur 101.30
Saluianum interdictum & hypothecaria quomodo differant. 101.31. & 108.41
Saluianum interdictũ adipiſcẽdæ, dupliciter proponitur 107.40
Saluiani interdicti practica 108.41
Saluo iure ſuperflui, clauſula 333.2
Sebaſtiani Derrer Doctoris Iuriſprudentiæ noui libri pag.2
Secandi ligna ſeruitus 28.24
Sententia in arbitrarijs qualiter fe

in duplū datur, & ad quid detur 216.3
Serui quomodo ſe liberos adſerāt 174.18
Serui corrupti practica 223.15
Seruiana, actio prætoria 91.3
Seruiana vnde dicta 92.4
Seruiana pro quibus rebus compe tat 92.7
Seruianæ practica 108.41
Seruitus perſonalis & realis 20.1
Seruitus realis vrbana & ruſtica 21.5
Seruitus quādo & quæ ruſtica vel vrbana dicatur 24.16
Seruitus non deprimendi vel de- ſtruendi ædificij 26.19
Seruitus proijciendi duplex 27.22
Seruitus morti comparata 178.25
Seruitutes Germaniæ peculiares 28.24
Seruitutis non eſt ſeruitus 24.15
Si qua mihi iuſta cauſa, clauſula 66.30
Simile ſimilis iuris 286.24
Similitudo generis 75.2
Simplex quando cōtineat miſtum 15.16
Singulare 75.6
Socer, ſocrus, an in ius vocari poſ- ſint 155.22
Socij quomodo ſe inuicem exi- gant 391.5
Societas dupliciter coitur 210.19
Societas an in perpetuū coiri poſ- ſit 210.16
Soluat Apollo 114.8
Solutio q̄ per Dn. Zaſium ſalua- ta & declarata 192.14
Solutio pro inuito fieri poteſt 306.24
Solutio miſerorum pag. 366
Species cum quantitate non com- penſatur 298.10
Species cum ſpecie non compen- ſatur 298.9
Sportulæ iudicum, aduocatorum 226.6
Sportulæ nuntiorum ſalaria 224.3
Status cauſa, præiudicialis 169.5
Statuta Nobiliū ſup matrimonio, & cōmunione perpetua 208.13
Stellionatus 140.20
Stellionatus pœna 350.7
Stipulatio vnde dicta 280.6
Stipulatio firmiſsimus cōtractus 113.4
Stipulatio in dote cōſtituenda in- terueniſſe fingitur 279.4
Stipulatio vitioſa an valeat vt con- ſtitutum 119.16
Subſtantiale contractuum 239.2
Subſtantialia libelli criminalis & ciuilis 355.6
Superflua in libello reſecari poſ- ſunt 359.8
Subrogatum ſapit naturā eius cui ſubrogatur 247.33, & 278.2
Syllogiſmus Iuriſtarū, libell⁹ 6.15

T

TAcita hypotheca quomodo inducatur 99.24
Tacitę hypothecæ q̄ 99.25
Tempus ab initio vtile, deinde fit continuum 61.19
Tenus, quibus caſibus iūgat̄ 123.9
Teſtamentarij quomodo pro le- gatis conueniantur 199.13

Titul

Titulus in Publiciana neceſſarius 42.14
Titulus onerofus & lucratiuus qui 82.21
Tituli multiplicati 111.4
Tit. Ne quis eum qui &c.&. De eo per quem fact.&c.quib. differāt 162.16
Titulus poſſeſsionis regulariter non oſtendendus 271.70
Titulus malus non releuat 48.25 & 272.74
Totū ratione partis negatū 350.5
Tradens non plus tradit quàm habeat 42.14
Tradere, dare, reſtituere rem differunt 181.2
Traditio quādo ad transferendum dominium ſit neceſſaria 39.12
Traditio, alienatio eſt 76.7
Tunc, extremitatem temporis ſignificat 62.22
Tutores & curatores quomodo obligentur 99.26
Tutelæ actio bonę fidei, directa & contraria 241.9
Tyrannus debitor qui commodè conueniri non poteſt pro ſatiſfactione, habetur quaſi non ſit ſoluendo 87.6

V

Vagabundus vbiq; conueniri poteſt 338.7
Vaſallus quomodo dominū

Venditi actio directa 241.1
Venditor rem venditā tradere debet, & dñm facere, vel vſucapiēd. conditionem tribuere 260.5
Verſum in rem patris, patrem obligat 126.15
Verſuram facere 83.19
Vi eximere non licet 158.27
Vigilandum 64.27
Viliora nonnunquam chariora 346.8
Villicus iniquitatis 76.8
Vitricus an in ius vocari poſsit 155.22
Vniuerſalis negatiua quomodo omnia deſtruat 13.11
Vniuerſalitas ad apta reſtringitur 119.17
Vniuerſalia iudicia quæ 310.8
Vniuerſitas & communitas delinquens quomodo puniatꝰ 149.13
Voluntas coacta eſt voluntas 51.32
Voluntati nō præſcribitur 267.65
Votum filijſam. nihil valet 125.13
Vſucapio ſine poſſeſsione nō procedit 59.13
Vſus, ſeruitus perſonalis 20.2
Vſusfructus, ſeruitꝰ pſonalis 20.3
Vſufructuarius conſeſſoria agit 34.16
Vſuræ prohibitæ, ſed ſub intereſſe conteguntur 223.14
Vtile à principio, deinde fit conti-

Z

ZAſius contra communiter Docto homines fundum nominat 29.26

Zaſius Notarius Cõſtantien. 353.3

Zaſius pro Paulo Patauino præceptore ſuo titulum de cond. inſtit. legit. 279.3

Zaſius Protonotarius Friburgenſis 19.26

Zaſius ſtatutorum Friburgenſium author 290.34

FINIS.

LVGDVNI,

EXCVDEBAT IOANNES FRELLONIVS.

ANNO M. D. LI.

ANT 12318996